











HENRIK GABRIELIS FORTMAN  
OPLA SALLI  
Suomalaisen Kirjallisuuden Seuran

Toimituksia.

21 Osa.

2 nro.







HENRICI GABRIELIS PORTHAN

OPERA SELECTA.

PARS SECUNDA.

---

H. G. PORTHANS SKRIFTER

I URVAL

UTGIFNA

AF

FINSKA LITTERATUR-SÄLLSKAPET.

ANDRA DELEN.

---

HELSINGFORS,

Finska Litteratur-Sällskapets tryckeri, 1862.

HENRICI GABRIELIS PORTIANI

OPERA SELECTA

LIBRO SEPTIMO

Imprimatur: L. Heimbürger.

LIBRO SEPTIMO

LIBRO SEPTIMO

LIBRO SEPTIMO

LIBRO SEPTIMO

LIBRO SEPTIMO



M. PAULI JUUSTEN

CHRONICON EPISCOPORUM FINLANDENSIUM,

ANNOTATIONIBUS ET APPARATU MONUMENTORUM  
ILLUSTRATUM.

DISPUTATIONIBUS ACADEMICIS

PROPOSUIT

HENR. GABR. PORTHAN.

II.



## DECIMUS SEPTIMUS.

D. MAGNUS *Olai*, ex nobili et famoso vasallo *Olavo Tavast* in Paroecia Virmo, et Villagio Alasjoki oriundus, Magister Pragensis, quondam Archidiaconus Aboënsis et Cancellarius Erici Regis, ab eo plurimum dilectus <sup>50</sup>. Consecratus Romae apud S. Catharinam, ad mandatum D. Johannis Papae XXIII, Anno D:ni 1412. Hic in reditu suo Parrisiis hyemavit, et redeundo in Patriam, D. Regem visitavit, ab eo honorifice suscipitur, et tributum regium Paroeciae Masko sibi ad dies vitae conceditur. Hic sacellum Corporis Dominici *t)* in Ecclesia fundavit Aboënsi. Monstrantiam preciosam valde, in summitate altaris positam superfecit, et ipsum altare preciosis indumentis aliisque reliquiariis et clenodiis quam plurimis magnifice decoravit. Missas quotidianas ibidem in perpetuum celebrari instituit. Praebendam vero ipsam, quam multis coloniis ad altaris et praebendati sustentationem honorifice dotavit. Domum etiam lapideam pro residentia Praelati *u)* constitui fecit: jus patronatus sibi et suis haeredibus quoque reservavit, ut in literis foundationis satis patet. Hic ob devotum quem

---

*t)* A. *Christi.* *u)* [Leg. *Praebendati.*]



erga passionem Dominicam habebat zelum, horas de sancta cruce et passione Dominica, ad singulas canonicas horas legi per dioecesin instituit Aboënsē. Hic etiam in sacello proprio, ubicunque constituebatur, Matutinas, Vesperas, et Completorium, quotidie in persona propria devote praecinuit. Missam vero per suos Sacellanos canere nullo modo aut tempore praetermisit; in horis et orationibus dicendis multam gravitatem, devotionem, magnamque diligentiam adhibere consuevit. Archidiaconatum, quem suus fundaverat praedecessor D. *Bero*, ne propter redituum paucitatem annihilaretur, ipsum praediis dotavit aliquibus, ibique reditus adauxit annuales; et sic ipsum quasi de novo fundavit. Ante eum tantum sex erant Canonici, et totidem Chorales, Abo. Hic vero quatuor adauxit Canonicos, similiter et Chorales <sup>51</sup>. Ad ejus persuasionem D. Johannes Amundi, suus Archidiaconus, B. Johannis fundavit sacellum, eumque (*idque*) satis dotavit competenter. Ad ejus consilium D. Jacobus Detmarus *v*) de *Löffel*, et frater suus *x*) Fridericus, beati Georgii praebendam fundaverunt. Hic Praebendam Animarum in Ecclesia erexit Aboënsi, et missas quotidianas ibidem in perpetuum celebrari instituit. Ad ejus exhortationem dicitur quod Hinzechinus *y*) *Knaap*, Consul Aboënsis, Apostolorum Petri et Pauli Praebendam erexit in Ecclesia Aboënsi. Altare

*v*) A. vitiose *Demarus*. *x*) A. *ejus*. *y*) N. *Hinzerbinus*, vitiose. In vetusto libro Privilegiorum Ecclesiae Aboënsis vocatur *Hinza Knaap*.

S. Annae sub eo erigitur, et ejusdem fraternitas *z)* <sup>52</sup> inchoatur. Sub eo et per ipsum inchoata est fraternitas trium Regum, altare erigitur, Chorus instruitur, et ipse primus ac praecipuus est fundator. Sacellum Divae Virginis, quod nunc Altare Clericorum nuncupatur, sub eo, et ejus consilio, per Nicolaum Lydichini *a)* Capitaneum Castri Aboënsis <sup>53</sup> erigitur et fundatur. Ad ejus suggestionem D. Carolus Rex Sveciae tres in Ecclesia Viburgensi fundavit Praebendas, S. Johannis, Catharinae, et Annae, et eas competentibus dotavit redditibus. Hic domum lapideam pro residentia Episcopi in civitate Aboënsi, (ubi penitus nulla ante ipsius tempora aedificia *b)* erant,) <sup>54</sup> de novo construi fecit. Castrum etiam Cuusto pro majori parte erexit. Sanctimoniales ordinis S. Salvatoris de Vastenis ad dioecesin transtulit Aboëensem, et monasterium earum in Valle Gratiae *c)*, primus exstruxit fundator <sup>55</sup>. Sacristiam ibidem (et) summum chorum propriis erigi fecit expensis, et ob devotum, quem erga religionem *d)* illam habebat, zelum, propriam ibidem sibi construi fecit ultra aquas residentiam, et nullam sibi infra *e)* Fratrum clausuram domum aedificari fecit. Speciales proventus Curati *f)* ex Paroecia Masko provenire *g)*, cum singulis redditibus et juribus Episcopalibus, eidem monasterio Vallis Gratiae, pro dote,

---

*z)* A. et M. *cultura*. *a)* A. Lydicsson. *b)* An excidit *lapidea*? Vel num aedificia modo in usum Episcopi exstructa intelligit? *c)* A. addit *Nååndaala*. *d)* h. e. Ordinem monachalem. *e)* A. *intra*. *f)* A. *curavit*. *g)* Omittit M. Forte legendum *provenientes*?

in perpetuum assignavit. Sed quia fratres ejusdem monasterii, ejus successori Domino Olavo tanquam ingrati rebellabant, et propter alias satis rationabiles *h)* causas, illa dotatio, per eundem Olavum, et suum venerabile Capitulum revocatur <sup>56</sup>. Jus patronatus quod habebant Fratres monasterii Padensis in Livonia ad Ecclesias Borgo, Sibbo et Perno, per ipsius industriam obtinent Aboenses <sup>57</sup>. Ex earundem etiam Ecclesiarum censibus prima Missa, quae quotidie in aurora in Ecclesia Aboënsi dicitur, perpetuata est. Hic Magnus ab eadem missa aurorae inchoando, usque ad summam missam terminando, statuit in Ecclesia Aboënsi omnibus horis intermediis in perpetuum Missas speciales, ita quod *i)* nulla hora intermedia absque Missa praeteriret. Hujus tempore anno videlicet 1429 *j)*, die 8 Corporis Christi, exusta est Ecclesia Aboënsis; sed in brevi, ante ejus vitae terminum, in melius reparatur. Eodem tempore residentia sua Corois *k)* in una parte exuritur, et ex eodem incendio Sacellanus suus Dominus Bero incineratus est. Terram Sanctam in magnis periculis et expensis adiit, Venetiisque preciosiora hujus Ecclesiae indumenta fieri fecit, et comparavit. Hic plurimos Theologiae et Juris libros, ad usum Ecclesiae acquisivit <sup>58</sup>: ejus tempore, et eo cooperante, caput et brachia beati Henrici argentea facta sunt, Calix, Patena et Monile ex

---

*h)* A. probabiles, M. notabiles. *i)* A. ut. *j)* A. 1425.  
*k)* Ita, vero nomine aliis locis appellat Auctor. M. Corovia, N. Corona, A. Corobia (Korciß); forte fuit Korosia?



auro purissimo, Crux illa magna et preciosa *l)* de argento, fabricatur, Evangeliare et Epistolare diligentissime conscripta argento ornantur, et alia quam plurima Ecclesiae indumenta et Clenodia coëmuntur <sup>59</sup>. Hic inter optimates et Regni Consiliarios, velut alter Joseph, magnus et re et nomine, per tria regna aquilonaria reputatur. Hic milites et singulos nobiles, ac de tota dioecesi incolas, ad manum habebat paratissimos, et eundo ad comitia quae Holmiae, vel aliis in locis, solenniter celebrabantur, ei *m)* tanquam regiae serviebant majestati <sup>60</sup>. Hic licet decrepitus et senio gravi confectus, quasi invitus extra suam dioecesin propter varia regni negotia expedienda, et consilia ab eo salubria exhaurienda, in regno apud Regem Carolum tempore non modico, id est, tota hyeme occupatur. Tertiam partem ex tributo regio, quod gravissimum et importabile erat, per totam dioecesin Aboëensem diminui impetravit; sed singulariter propter praedia et terras Coronae, quae vel Ecclesia vel Nobiles patriae acquisiverant, quinta pars tributi regii ad ejus petitionem eis remittebatur <sup>61</sup>; sed non diu post ejus mortem, gratia ista ad monetam reparandam, regnante Carolo, defalcata est <sup>62</sup>. Seditiones in Satacundia exortas, quae valde periculosae erant, suis et consiliis et persuasionibus, edomavit <sup>63</sup>. Legiferum unicum per totam dioecesin habebat Finlandia; et ideo minus sufficienter eodem tempore justitia

---

*l)* A. addit (Christi Crucifix). *m)* A. *et.*

Finnonibus administrabatur; sed D. Magno procurante, duo discreti eliguntur Legiferi, qui populo Finlandensi jus dicerent <sup>64</sup>. In electione Regis Sveciae Finlandia ante ejus tempora nullum habebat votum, sed jam ad ejus procuracionem, sicuti aliae dioeceses in regno, sic et Finlandenses, eligendi Regem Sveciae plenariam habent facultatem <sup>65</sup>. Pauperes et debiles, coecos et claudos, singulis suis residentiis, Christi fidelium decimis et suis propriis redditibus, enutrivit. Quanta bona non tantum singulariter suis amicis et parentelae *n*), sed generaliter ac communiter omnibus exhibuerit, non facile dixerim. Vitam honestam, castam, et multum temperatam habebat. Nomen ejus famosissimum *o*), et fama laudabilis non solum in sua dioecesi et vicinis partibus, verum etiam apud Ruthenos et multas externas gentes, longe lateque per regiones remotissimas magnifice et honorifice divulgabatur. A singulis plus quam dici potest, miro venerabatur affectu; ita ut a plerisque Ecclesiarum praelatis, nec non ab aliis quam plurimis, summo sacerdotio dignus judicaretur <sup>66</sup>. Omnes enim de eo bene sentiebant, quia multa et varia virtutum opera suo peregit tempore, et in regno Sveciae, et Ecclesia Finlandensi. In Ecclesia Aboënsi *p*) beato *Hemmingio*, et sibi, (post beatum *Henricum* Episcopum) nunquam reperti sunt similes, qui tot et tanta laudabilia suis temporibus perpetrarunt opera <sup>67</sup>. Hic postquam

*n*) M. et N. *Parentibus*. *o*) A. *formosissimum*. *p*) A. *inserit excepto*, male.

38 annos laudabiliter Ecclesiam rexerat Aboënsē, senio praegrandi devictus juri suo Episcopali renunciāns, (adhuc enim duobus postea supervixit annis) Anno D:ni 1452 die nona Mensis Martii *q*), Anno postquam Episcopalem ascendit Cathedram 40, aetatis vero suae 95, apud monasterium Vallis Gratiae, in domo residentiae suae, in bona senectute extinctus, (et) *r*) in choro corporis Christi, directe in medio, ante gradus altaris, in Domino jacet sepultus.

### Notae Editoris.

*Re et nomine Magnum* hunc Episcopum <sup>1)</sup>, laudibus haud esse iis indignum, quibus eum Auctor noster ornat, (paullo licet illarum cumulandarum celebrandarumque videatur cupidior), recentiores etiam judicarunt scriptores <sup>2)</sup>. Non tribui autem JUUSTENO auctori debere pleraque quibus Antistes priscus decoratur judicia, lectori intelligenti facile patet, ab hominis studio aperte profecta placitis Pontificiae religionis addictissimi: cfr. supra Praef. p. 6.

Natum fuisse *Magnum* nostrum a. 1357, ex anno mor-

*q*) M. *Maji*. *r*) Delendum videtur.

<sup>1)</sup> Verba sunt *Fragmenti Palmshöldiani*, a nobis saepe laudati, ab auctore nostro repetita.

<sup>2)</sup> MESSENIUS et RHYZELIUS in *Chronicis Episcoporum*. Auctor *Positionum Historico-Ecclesiasticar. e Chronico Episcoporum Pauli Justen excerptar.* hic Aboae a 1726, ab ISR. ESCHOLIN, Praeside ALG. SCARIN, 8:o, editar. (quas exhibet etiam NETTELBLADT *Schwed. Biblioth. 1 St.* p. 92 sqq.) verborum eundem fere lusum adoptans, dicit: „Alter (noster sc.) *nomine et omine* „*Magnus Episcopus*, in vinea Domini operarium non minus industrium (quam Hemmingus) sese praestiterit; prudentia vero, justitia, munificentia, vitae mansuetudine et denique officiis in regem et patriam, inusitato illis temporibus exemplo antistites „sui ordinis et loci omnes antecelluerit“. *Theo. VIII.* Sed cfr. quae supra monuimus p. 247, not. (69).



tis, cum annis aetatis suae comparato (quales ab auctore infra exhibentur) facile afficitur; diem etiam (S. *Calixti*, 14 Octobr.) prodit RHYZELIUS (*Episcoposc.* p. 334), nescio quam certa fide<sup>3)</sup>. De Patre Episcopi *Olavo Tavast* (*Nicolai*, ut perhibent, filio), quem *nobilem et famosum vasallum* appellat JUUSTENUS, quemque ut veteri et illustri prosapia satum laudat RHYZELIUS, nihil nobis innotuit; nec quid *Vasallus* auctori hoc loco proprie significet, (utrum officio publico ornatum, an servitio equestri obstrictum, *Frälseman?* etc.), definire valemus. [Denotasse feudi insignioris possessorem videtur, *Länð-Höfdinge?* *Canuto Posse* (quem nunc Alandiam nunc Tavastiam, nunc Careliam Feudi jure tenuisse notum est) idem honoris Auctor tribuit. De *Genealogia Tavastiana* cfr. etiam CHR. LIMNELL Disp. de *Tavastia* (hic Aboae a. 1748, Praeside Cel. HASSEL edita) C. I p. 13, not.] Ab Episcopo *Hemmingo* arci fuisse Custoënsi praefectum, uxoremque habuisse *Catharinam Fincke*, in schemate Familiae Tavastianae (a. 1756 Stockh. typis edito), asserit JONAS BÅNG; quibus testibus? penitus nos fugit<sup>4)</sup>.

<sup>3)</sup> Auctoritate sine dubio inductus D:ni VON STIERNMAN (in *Append.* ad PETRI NIGRI *Historiam Episcoporum Arosiensium*, svet. editam, p. 85), qui neque ille fontem suum indicat.

<sup>4)</sup> Non pauca in schemate illo desideres, multa offendas incerta, quaedam falsa: qualis fere ratio est talium Genealogiarum. Sic omittuntur fratres duo Episcopi nostri, *Lasse Olafsson* (qui, utrum idem fuerit ac *Laurintz* ille *Tavest*, qui consentiente filio suo *Bartholdo*, praedium suum *Syvälax* Ecclesiae Cathedrali Aboënsi sese vendidisse, literis a. 1393 datis, ac in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 96 reperiundis testatur, constituere non valemus) et *Jönis Olafsson*, quorum meminit *Magnus* noster in literis quibus praedium *Alasjoki* a. 1439 *altari Corporis Christi* donavit l. c. Fol. 219; cfr. etiam litt. aliae Fol. 218 occurrentes, *super permutacionem prediorum Alasjoki in Wirmo, et Kirjala et Kurilax in Pargasum*; it. aliae ib. Fol. 163: ex quibus hunc fratrem Episcopi, ante a. 1439 fuisse mortuum, simul discimus, sed ex uxore sua *Martha*, sorore (et amita) nobilium virorum *Benedicti Lydikkeson* et *Henrici Clausson*, susceptos reliquisse liberos. Omittuntur plures sorores 1:o *Margareta*, nupta cuidam *Buck*, cui filium peperit *Olavum Buck*, cujus, ut viri mentio fit adultae jam aetatis, ib. Fol. 219. 2:o

Arma gentilitia *Magnum* nostrum ejusdem figurae usurpasse qua usa fuit gens *Stålarmaniana* (communi, ut ferunt, stirpe orta), indubium est <sup>5)</sup>; novam vero eorum adoptasse formam, (qualem sc. uxoris suae adhibuerant majores, *Finckii* veteres) *Olavum Nicolai Tavast* juniorem, idem narrat l. c. BÅNGIUS, hancque spectandam praebet. Quae nos suo relinquimus loco.

Natalem nostri locum, villagium fuisse *Alasjoki*, parociae Wirmo, quod hodie *Tavastila*, nomine ex possessorum

---

*Birgitta*, nupta *Ärengistoni Henricsson*, ibid. 3:o *Ragnilda*, nupta *Martino Abramsson*, Armigero (cui peperisse invenimus *Matthiam Martensson*, eundem credo, qui Legifer postea fuit Suderfinniae?): hanc prius nuptam fuisse *Magno* cuidam suspicamur, patri *Olavi*, avunculo suo in munere Episcopatus successor? cfr. Ib. Fol. 209 et 230. 4:o *Catharina*, nupta tribus successive mercatoribus Aboënsibus, *Jönis Gudvasteson* (Senatori etiam Urbico), *Henrico Mört* et *Olavo Sylta* (Ib. Fol. 210, 215, 216, 222). 5:o *Christina*, quam nuptam fuisse conjicimus *Gregorio Andrisson*, Judici Territoriali (Åradsbåfvinge) Wemoënsi: Ib. Fol. 209 et 211. Nisi harum quasdam fratrum aut sororum Episcopi filias fuisse, quamvis ab eo sorores appellatas, existimes? Inter haeredes certe suos, ipse illas enumerat: literas haec omnia confirmantes, infra dabitur. Sororis contra *Luciae*, quam Genealogi Episcopo nostro tribuunt, nuptae *Henrico Claussøn Diekn*, quamque matrem faciunt *Olavi* Episcopi, nusquam *Magnus* noster mentionem injicit; ita ut fere suspicemur, alius cujusdam *Olavi* quam *Tavastii* illius, fuisse filiam? licet sororem *Magni* MESSENIUS etiam appellet (*Scand. T. X p. 19*). *Olavum* certe Episcopum, *Henrici Claussøn* non fuisse filium, infra demonstrabimus: cujus opinionis auctorem putamus aut GREGOR. HALLENIUM aut ALG. SCARIN (sive scil. huic sive illi debetur schema genealogicum familiae Tavastianae, quod illius Dissertationi, *Wirmoënsis in Finlandia territorii memorabilia continenti*, Partis prioris, Praeside ALG. SCARIN editae, p. 70 exhibetur), ab aliis deinceps temere adoptatae; ut a Nob. VON STIERNMAN l. c. (qui nonnullos errores ab auctore Dissertationis illius commissos reprehendit, et schema accuratius, sed nec illud admodum diligens, proponit, p. 86), RHYZELIO, BÅNGIO etc.

<sup>5)</sup> Exemplis a BÅNGIO l. c. (Lit. A.) adductis, quorum tamen omnia *Stålarmanianae* adempta genti, *Tavastianae* vindicare, facillimum fortasse non fuerit, addere licet expressa haec eadem



appellatione mutuato audit <sup>6)</sup>, consentiente scriptorum testimonio traditur.

De pueritiae et adolescentiae studiis nihil scimus, nisi quod Pragensem adiisse Academiam, indeque nomen Magistri reportasse, Auctor noster docet.

*Archidiaconatus* munere anno jam 1389 (eodem quo illud primum fuisse institutum narrat) ornatum tradit RHYZELIUS; in quo aperte falsus est. Primo enim illum honorem *Henrico Magni*, qui a. 1402 adhuc vixit, datum fuisse, ac ab eo per annos plures gestum, supra vidimus (p. 347 not. 7). Annis 1410, 1411 et 1412 idem munus a nostro fuisse administratum, accuratius tradit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

50. *Cancellarium R. Erici* fuisse, antequam sedi admo- veretur Episcopali, etiam *Fragmenti Palmköldiani* auctori- tate confirmatur. MESSENIUS *Sacellanum* Regis appellat <sup>7)</sup>. In literis a. 1405 datis, quibus praedium ei *Tokela* in feu- dum Rex idem concessit, nonnisi *Clericum* suum vocat <sup>8)</sup>.

---

insignia in tabula aenea, Cenotaphio S. Henrici Nousisensi im- posita. Vid. supra p. 298. Quae contra disserit ESCHOLIN l. c. Thes. IX (vid. NETTELBLADT l. c. p. 94), non immerito repre- hendit VON STIERNMAN l. c. p. 86.

<sup>6)</sup> Cfr. Dissert. HALLENI nuper citata, §. 28 p. 68. Emisse patrem Episcopi nostri illud praedium CCL marcis pecuniae, ex literis filii discimus, in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 218 initio) ser- vatis. Nomen *Tavastila* recentius est.

<sup>7)</sup> *Chron. Episcopor.* in Nostri vita. In *Chronico Finl. Rhythmico* similiter eum vocat *Defliks Kung Erichs Caplan*, p. 34.

<sup>8)</sup> Reperiuntur in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 158), unde trans- cribere illas placet; „Wy *Erich* met Gudz nadh Sverigis, Dan- „marks, Norges, Wendes oc Göta Konunger ok Hertigh i Po- „meren, görum vitherligit met närvarande varo opno breff, ath „vy haffwom unt *varom elskelige Cläric*, Herre *Magnus Olefson*, „eth godz som hether *Thokela*, liggjande i Wirmo sokn, friith „ok frälst, met allom Konungxlikom rätt, *swa lenge var nad til- „seger ok vy vorth breff igen kallom*; ty forbiwdhom vij allom „vorom fogthom ok ämbezmanom, at hindra honom här utinnan „j nogra matta: Til hvilkes mere visso ok vitnisbyrd lathom

Caeterum Regi dilectum fuisse, non commemorata modo ab auctore nostro, praestita illi beneficia Regia demonstrant<sup>9)</sup>; sed Historia quoque temporum illorum confirmat, quae nec sibi exhibito favore indignum, nec ingratum fuisse, docet<sup>10)</sup>.

Romae consecratum fuisse, unanimi scriptorum consensu traditur. Sed quod RHYZELIUS addit, (nescio unde haustum?), jam ante mortem *Beronis* a Rege *Erico* gravioris cuiusdam negotii peragendi caussa Romam missum, absentemque domo fuisse cum dignitas Episcopalis sibi offerretur; verbis his adversari credas Notae de *altari S. Bartholomaei* in *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 243 fine) occurrenti (cfr. supra p. 345), ac *Magno* ut videtur, vivo scriptae: „Tha „han (Ep. *Biörn*) döder var, ok Biscop *Magnus* foor til „Rom um Biscopsdömit“ etc.?

Inde rediens, tres Bullas a Cardinalibus quibusdam Romanis, eodem omnes anno (1412) in Ecclesiae Aboënsis emolumentum exaratas, domum reportasse videtur; quarum Prima, (a *Johanne*, titulo S. Petri ad vincula, dicto Ulixbonensi, Presbitero sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardi-

„wy hengia vort secret fore thetta breff. Datum Castro nostro „Silueborgh anno D:ni MCD sexto, in profesto beati Gregorii „Pape“. Neque igitur adhuc vel *Archidiaconus*, vel *Cancellarius* Regis fuisse videtur? RHYZELIUS l. c. not. (I) dicit: Uti et för läningens bref, som än finnes uti Archivo Antiqu. nämnde Konungen honom sin *Bisfop* och älsfeliga Clerk. Mirum, si eum Rex simul *Episcopum* et *Clericum suum* vocavit? An praeter allatas, aliae tales literae existunt? Nostras, antequam Episcopalem natus esset dignitatem, datas apparet.

<sup>9)</sup> Litterae quibus paroeciam *Masko* a Rege in feudum accepit, in *Reg. Eccles. Ab.* non exstant. De beneficiis *Clero et Ecclesiae Finlandensi*, se procurante exhibitis, infra agemus. Archiepiscopali tamen dignitati illum admovere, Regi non placuisse, videbimus.

<sup>10)</sup> Cfr. LAGERBRING l. c. IV Del. 3 C. 3 §. et 12 §. Fortassis ex eodem hoc provenit in Regem affectu, quod in disensionibus inter Drotzetum (*Christer Nilsson*, Wase) et Marescalcum (*Carl Knutsson Bonde*) ortis, illius parti, utpote Regis juri- bus faventiori, sese amiciorem praestitisse reperiatur? Vid. Ib. §. 16.



nale, data), Centum dierum indulgentias illis impertit, qui eleemosynas et caritatis subsidia scholaribus pauperibus Aboënsibus essent praebituri, habetur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 67 <sup>11)</sup>. *Altera*, a quinque Cardinalibus promulgata *quingentorum*, et *Tertia* a quatuor data Cardinalibus *quadringentorum* dierum Indulgentias omnibus promittunt <sup>12)</sup>, qui devo-

<sup>11)</sup> Cfr. A CELSE, *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I.* p. 166, n. 14. Meminit etiam LAGERBRING l. c. C. 6, §. 12, p. 316. Verba quaedam literarum ipsarum afferre placet: „Cum „itaque, sicut accepimus, nonnulli scolares“ [tam] „Dyocesis, quam „aliunde scolas ejusdem Dyocesis Aboënsis frequentantes et arcium „trivialium exercitiis insistere cupientes, interdum expensarum „inopia non modice pregravantur, adeo ut propter victualium „librorumque et aliorum necessariorum carenciam cogantur, licet „inviti, de dictis inchoatis exercitiis, non minus flebiliter quam „eciam dampnabiliter sepius resilire, unde cultum divinum dimi- „nui non ambigimus, et christiane religionis fomentum tepescere „proni (?) verisimiliter formidamus, nisi eisdem scolaribus Christi „fidelium gratuitis elemosinarum suffragiis misericorditer succur- „ratur. --- Nos --- omnibus vere penitentibus et confessis, pro „hujusmodi dictorum scolarium necessariis aurum, argentum, aut „quoad victum vel amictum, seu alias quodcumque vel qualecun- „que caritativum subsidium erogantibus, dareque et erogari ab „aliis procurantibus, in eorum testamentis, vel extra legantibus „et legare persuadentibus, --- auctoritate sedis Apostolice qua „fungimur in hac parte Centum dies indulgentiarum de iniun- „ctis eis penitentiis, misericorditer in Domino relaxamus, pre- „sentibus *perpetuis temporibus duraturis*“ etc. Ex his literis colligas, et *plures* Scholas in Dioecesi fuisse jam institutas, (*Aboae*, et forte etiam *Wiburgi*, ubi jam tum fuisse Coenobium constat *Ordinis Praedicatorum*; an *Raumoae* adhuc Monasterium fuerit conditum, aut Schola instituta, prorsus nescimus?), et eas tanta laude floruisse, ut ex *aliis* quoque *Dioecibus* scholares ad eas confluerint!

<sup>12)</sup> Scilicet, ut verba utriusque Bullae audiant, *singuli nostrum Cardinalium Centum dies Indulgentiarum* etc. Sed unus eorum (*Johannes*, titulo S. Petri ad vincula, dictus vulgariter Ulixbonensis, idem qui nuper laudatas pro Scholaribus Aboënsibus literas dedit), utrique Bullae suum adscripsit nomen: adeoque CC dies Indulgentiarum solus largitus est! *Centum* tantum dies utramque Bullam concedere (l. c. n. 15) scribit A CELSE, negligentius inspectis earundem exemplis. In *Registro Eccles. Ab.*

tionis liberalitatisque in Ecclesiam Cathedralem documenta (quorum multa genera recensentur) edituri essent. Ibidem reperiuntur Fol. 68 et 69.

Merita Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam (pro temporis illius iudicio, religionisque tum dominantis ingenio, impense ab auctore celebrata), quae paullo confusius recensentur, nec ordine chronologico diligenter consulto, nec rerum ipsarum momento atque cognatione observata, ita percurremus, ut primo de *Sacellis*, *Altaribus* et *Praebendis* ad Ecclesiam Cathedralem, vel ab eo vel ejus suasu atque consilio conditis agamus; deinde Praelatorum atque Ministrorum ejusdem Ecclesiae auctum ab eo numerum, splendorem cultus Divini amplificatum, ornamenta instrumentaque Templi locupletiora comparata, etc. tangamus, atque reliqua tandem, vel sedi Episcopali vel Dioecesi suae tributa beneficia commemoremus.

Inter primi igitur illius generis opera, Auctor praecipuum assignare locum videtur fundato ab Episcopo nostro magnificeque ornato et dotato *Sacello Corporis Dominici* (vel *Corporis Christi*), **Helga Ricama Chor:** ad quod pertinens *Altare* et *Praebendam* a. 1421 (non a. 1438, ut habet RHYZELIUS, a MESSENIIO deceptus *Scond. T. X p. 19*) primum instituisse reperitur<sup>13)</sup>, ac quadriennio post (a. 1425) so-

recte primae hujusmodi titulus praefixus est: *Indulgentie quingentorum dierum concessae per quinque Cardinales 1412*; alteri hujusmodi: *Indulgentie quadringentorum dierum concessae per quatuor Cardinales, 1412*.

<sup>13)</sup> Ut Literae foundationis docent, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 211) servatae: "Alle the thetta breff hōra eller see, hel,,som vi Magnus met Gudz nadh biscope j Abo, ävinnelika met ,,varum Herra. Kungörom vi met tesso vara närvarande opne ,,breffue, at vi haffuom j Gudz heder, fore vara föräldra siälä ,,och vara, skipath och stiktat *eeth Altare eller Prebendam* j ,,Abo Domkirchio, j *Jesu Christi helgasta likama, alla helgha ,,Ängla och sancte Brigitta namn, loff och ära: Til hvilkis al,,taris upheldhe oc Kläriesens, som Gudz tjänist ther haldha skal, ,,födho och berghan, haffuom wi met vara vinä och nästh ärf,,fuingia jaa, samtykkia och godvilia lagdh och skipath var gotz, ,,som vi äpter vara föräldra arffit haffuom oc eendels köpth: ,,swasom äru tw gotz j *Kartisby* j Wirmo sokn, eth gotz j *Le-**



lenniter instaurasse, confirmasse novisque praediis locupletasse<sup>14</sup>); quod postea quoque singulari complecti studio cura-

„*nakala* och eth gotz i *Haloss* j sama sokn; item eth gotz j „*Paltila* by i *Untamala* sokn: och thenne sama gotzen haffuom vy „unth och giffuith under for:ne altare met allom tillagom, engo „undhan tagno, som them eller nogra there rättelika tilhörer, „met boo oc booskap, som aa huario gotze är och oss tilhörer. „Til hvilkis mera vitnisbyrd och stadfestilse haffuom vi bydith „*vara bröder, Niclis Tavast och Jonis Olafson*, och *vara mogha*, „*Martin Abramsson, Ärengisl Henriksson, Gregris Andersson* och „*Henric Mörth*, at hengia thera incigle met vara incigle fore „thetta breff: hvilkit giffuit och scriffuit är areno epter Gudz byrdhr „MCDXXI:o, uppa sancti Marthens dagh j Abo“. Notum est, *generum (Magh)* ejus temporis more significare *affinem (Svåger)*: cfr. supra p. 376 sq., not. (4).

<sup>14</sup>) Ex literis solennibus, hac de re ab Episcopo nostro Latine exaratis, accuratioribus et longioribus, (quae praediis V superioribus, X alia addunt) haec duximus excerptenda: „--- „Unde de bonis nobis a Deo collatis, ad ipsius gloriam et beatissime virginis Marie *tociusque celestis curie*, ob salutem anime nostre „nostrorumque parentum, et amicorum nostrorum, de consensu Capituli nostri altare quoddam *in honorem et sub vocabulo sanctissimi corporis Christi; sanctorum angelorum et sancte Birgitte vidue*, in ecclesia Aboensi erigimus, instauramus et fundamus ---. Tali tamen condicione adjecta, quod quilibet „prebendatus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, tenebitur „omni ebdomada celebrare aut facere celebrari 3 missas in altari „prefato: unam videlicet feria 2 de Corpore Christi cantatam, aliam „de angelis vel de sancta Birgitta alternatis ebdomadibus, feria qua „placuerit; eciam feria 2:da pro fidelibus defunctis et specialiter „pro fundatore et ejus parentibus, et aliis ejusdem altaris benefactoribus. Celebrabit eciam aut celebrari faciet omni anno duas „cantatas exequias, pro nostra et parentum ac heredum nostrorum animabus nominatim, videlicet in crastino Corporis et in „crastino sancte Birgitte; utraque vice vespere precedente vigiliis, „et in crastino missam ante predictum altare decantando. Volumus praeterea ac disponimus, quod presentacio, provisio, collacio „seu quevis alia ordinacio dicti beneficii vel altaris, post mortem „nostram, *ad loci ordinarium, de consensu Capituli*, pertineat; „ita tamen, quod *si cognati aut heredes nostri tempore vacationis ipsius altaris, pro aliqua persona ydonea de nostra cognitione intercesserint, tali*“ (tales?) „*in assequione ipsius beneficii* „*indubitanter ceteris debeant anteferri*, proviso incunctanter, quod

que non destitit <sup>15)</sup>. Nec alii suum imitari exemplum, atque

„nulla omnino persona ad dicti beneficii possessionem admittatur, nisi que per se dicto altari deserviat, continuam circa ipsum faciens residenciam personalem; nos nichilo minus de beneficio prelibato et omnibus ad ipsum pertinentibus secundum libitum nostrum ordinandi nobis, quoad vixerimus, facultatem liberam reservamus. --- Datum Abo anno D:ni MCDXXV, „Dominica infra octavas Corporis Christi“. (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 208*). Ex quibus literis simul intelligitur, cujus generis *Jus* illud esset *Patronatus*, quod sibi suisque haeredibus Episcopum reservasse, Auctor noster prodit. Ac ne haeredes sui bona quae ad Parentes suos pertinuerant (licet justam suae haereditatis portionem non excedentia, quaedam etiam permutatione facta, aut soluta partim cohaeredibus suis partim possessorum pristinorum haeredibus, pecunia, ab eo acquisita) jure cognationis sibi olim vindicarent, utque simul affectus et beneficentiae in suos (ab Auctore etiam nostro celebratae) documentum ederet luculentum, fratribus ac sororibus, eorumque liberis, denuo pecuniam et praedia liberaliter contulit, bona a se ecclesiae data valore superantia. Quarum omnium rerum testes locupletes, exstant literae suae plures, mox commemorandae.

<sup>15)</sup> Inprimis a. 1439 novis illud praediis ditavit. Cui rei fidem faciunt literae suae duplicis exempli, hoc anno, eodem die dati: in quorum uno praedia haereditaria enumerat dicto altari a se donata, omni cohaeredum suorum jure prius plene abundeque compensato; in altero praedia commemorat a se acquisita, eidemque altari concessa. Ex utroque exemplo quaedam excerpemus. In priori igitur haec, inter alia, leguntur: „--- tha skal „thet viterlikt vara, at uppa thet at thenne siälagiffth ey sknlu „hindrass aff varum arffuingiom, haffwm“ [wi] „hulpith och giffuit „varum syzkiom och thera barnom j fasta godze eller lösom penningom til fast godz at lösa, som här epter scriffuit staar: „fförst varum broderon Olaff Niclisson fyrae hundradhe marc til „at viderläggia sinom samärffuingiom fore Porkala godz: ---; „item *Elinae Niclisdotter* C Nobla ---; item *Lucie Niclisdotter* „CC mark; item *henne dotter Metta* L mark; item *Katerina Niclisdotter* CC mark til fastha godz at köpä; Item *varum brodher „Jönis Olafsson* gaffwm“ [wi] „eet godz j Väsilä j Halico sokn ---; „item eeth godz aff Qwidiä j Parghasa sokn gaffwm vi honom „oc *hans hustru Marta* hälffthena hvariom thera, hwilkit godz „wi köptom aff Päder van Linden oc hans hustru fore CCCC „marc och half stykke ypersth; item *varum systerson Mattis „Martinsson* gaffwm wi ---; Item *Ingeborg Hakonsdotter* eeth



„godz j Vántiälä j Lundh sokn ----; item *Margitte Twasdotter* eeth godz j Wemo sokn ----; item *vara syster Birgitte* „bonde“ (h. e. *marito*) „C marc, som *Ärengisle*“ (idem suus *maritus*?) „lagde j fasta godze; item *vara syster Margitte* C marc, „som henne bonde *Buk* skulle läggia j fasta godze; item henne „son *Olaff Bok* godz for CC mark i Nappaa, ---; item *vara syster Katerine* CC marc, som wi gaffwom met henne *Henric* „*Mörth oc Olaff Sylta*“ (secundo sc. et tertio suo marito); „item *vara syster Cristin* eeth godz j Häslaberg j Pemara sokn, som „vi fore gaffwom CCC marc Nisse Skyttä j Pemara. Thenne „ford:e godz oc peningar haffwom vi aflath aff kirkionne ingeld „oc wnth varum syzkiom oc thera barnom, mädhän wi fasta „arffda godz lagth haffuom til gudz tjänisth for vara och aldra „wara föräldra siäla, ----- Till alla tessa for:ne stycke mere „visso oc vitnisbyrdh hengiom vi vorth secret fore thetta breff, „hvilkit scriffuit är areno epter gudz byrd MCDXXX på thet „niende, in octava beati Augustini Episcopi et Confessoris.“ (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 209*). Ex altero exemplo haec adponenda duximus: „Viterlikit vari allom --- at wi *Magnus* — haffwom unth „och giffuit --- wnder helge likame altare --- item eeth godz „som vi köptom aff *varum moogh Jonis Gudvastason*, radmaan „j Abo for LXXX marc, thet var thaa altztingx j ödha, vthan „hws och staffra; Item eeth godz j Ronakallo“ (Ronakallio) „som „wi skiptom met Olaff Nyagranne, och gaffuom hanom eeth „godz i Kintikala, *hvilkit vi fingom aff Wirmo Kirkio for en* „*book som heter Legendarium*; ----- Item j Pike sökn j Run- „gaby köptom vi aff *Mester Olaff Domprouasten* och hans syst- „rom Elin och Birgitta IX stenger kringom allan byn fore CC „marc. --- Item j Lwnda sokn eeth godtz som heter Nolima, „thet köptom vi alztingis ödha, utan hws och staffra aff Lunda „Kirkio, oc gaffuom ther fore XXX marc j lödokth silff, som „genstan ladhes j eeth rökelsekar; Item j Pöwthii sokn Gripala „och Kulhu torp ther til, som vi bodhe köptom alztingis ödhe „fore II mark och XXX redhe peningar, och ängia ther til fore „XVI marc“ --- etc. (*Ib. Fol. 210*.) Praedium vero paternum *Alasjoki* singulari conditione eidem altari concessit, ut ex sequentibus suis discere licet literis. „For allom them thetta breff „höra eller see kennomps vi *Magnus* met Gudz nadh Biscop j „Abo, ok kungörum med thesso wara närvarande opno breffue, „ath *Alasjoki* gaard met allom thes tillaghom, som vi fingom „met skipte aff varom brodher Jönis Olafson, Gud hans siäll „nadhe, ok gaffuom j Gudz heder for waara siäll ok vara for- „eldra wnder Helgalikame altari j Abo Domkirkio, Then haffuom „vi, met waara Capituli samtykkio och raadhe, wnt *warom bro-*

„*der Lasse Olafson*, och hans brystarffuom at besätia j swa motto, at han eller hans arffua *skulu göra Helgalicame altare* „*hvert aar redelica eeth pund wax swa längher wi liffuom, ok* „*epter vaara dagha skall han eller hans ärffuingia, som pa gaar-* „*dhen sitia, göra tw pund wax altarinu, ok prebendato* som thet „altaret haffuer skall han vara lydogher oc höruger, ok göra „*honum årligha ena tunno ööll, met kost ok fõdher, som ther* „*tiil böör, fore gingerdh.* Ok swa lenge for:de Larens Olafson „eller hans arffua thetta forscriffna göra, scall inghen haffua „makt honom eller hans ärffuingia aff for:da Alasjoki vtuisa el- „ler affsätia, vtan han sigh swa högelica forbruti moth the helge „kirkio eller Prebendato, som Gud förbiude, ath han owerdoger „vaare kirkionne godz besitia, ok thet skall biskopen tha ok „hans Capitulum rantzsaka och overuägghia. - - - - - Datum „Abo anno D:ni MCDXXXIX in octava visitacionis beate vir- „ginis gloriose etc.“ (Ib. Fol. 219). Sed etiam postea, quoad vixit, idem altare novis augere donis, Episcopum nostrum haud destituisse, plures suae in laudato saepe *Reg. Eccles. Aboënsis* reperiundae docent literae: sic a. 1441 eidem donavit praedium *Paimala* parociae Rendämäkiensis, sua pecunia emtum (Ib. Fol. 212); a. 1442 praedium *Heickilä* parociae Wirmo, quod ab Ecclesia Cathedrali emit (Ib. Fol. 221): ut plura taceamus, quae sua liberalitate eidem altari cessione indidem discimus (cfr. Fol. 223 sq., 233 sq. etc.) Ex quibus omnibus simul patet, quam merito auctor noster *beneficia* et liberalitatem Episcopi in cognatos suos (*parentelam*, supra p. 374) laudet. Patrem suum fuisse virum locupletem et praedia plura acquisivisse, eadem literae indicant (ac ante annum 1402 jam obiisse, vid. *Reg. Ab.* Fol. 221), qui *Olaff Tavist* vel *Tavast* ubique vocatur (Ib. et Fol. 223), idemque cognomen filio suo natu maximo *Nicolao* (Olai, *Tavast*, et huius filio *Olao Nicolai Tavast*, cujus fratrem fuisse conjicimus Canonicum *Johannem, Jönis, Tavast*, de quo infra) adhaesisse reperimus, quod caeteri filii usurpasse non videntur: cfr. supra p. 381 sq., not. 13, et literas *Götigii Finke* dat. a. 1447 die Dionysii, *Reg. Ab.* Fol. 132; unde simul colligere fortassis licet, *Laurentium Tavest* supra commemoratum (p. 376, not. 4), a fratre Episcopi nuper nominato (*Lasse Olaffsson*) diversum, ac hujus forte Patrum fuisse? Ad dimus tandem, antequam ab hoc de cognatione Episcopi nostri argumento discedimus, sequentium excerpta literarum: „For al- „lom - - - kennis jach *Henrich Mort, borgare j Abo*, upenbarliga „met thessa myno opno breffue, mik forståndit aff marghom godom „mannom, ok enkanneliga aff *mynne* elskelighe *hustru, katerin* „*Olaffsdotter*, at Jonis Gudvastesson, borgare j Abo, som *henne*



liberalibus idem hoc altare donis locupletare, neglexerunt <sup>16)</sup>;

„forbonde var saalde lagliga ----. Hvilkit scriffuit är areno „ep̄ter gudz byrdh MCDXXV, odhensdaghen näst ep̄ter helghe „torsdagh“. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 222, fin. Item: „Fore allom „them --- kennis jak *Olaff Siltha, borgare j Abo*, etc. --- som „scriffuit är areno ep̄ter gudz byrd MCDXLI, dominica quasimo- „dogeniti.“ *Ib.* Fol. 215. Alio loco commemoratur „hederlica „quinna *Katerina Olaffsdotter -- Olaff Syllis aterleffue*“, a. 1455, *Ib.* Fol. 216.

<sup>16)</sup> Sic a. 1423 donavit *Martinus Abrahami*, Armiger, cum uxore sua *Ragnilda Olai*, terram suam in Rungo altari Corporis Christi (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 230): qui si parentes erant Legiferi, de quo infra, *Matthiae Martini*, (*Mattis Martensson*), a. 1439 e vivis jam excesserant; vid. Litt. Episcopi nostri eodem anno datas nuperque exhibitas, not. 15; quin si illa mater erat Episcopi *Olai*, de quo infra, mortuam fuisse anno jam 1433 oportet, ut ex literis hujus eo anno datis, colligere licet (*Reg. Ab.* Fol. 230). A. 1429 *Ingeburgis*, vidua Hennechini (*Hinza*) *Levelax* et (filius suus?) *Laurentius* Hennechini (*Larens Hintzason*) Curatus Ecclesiae *Pikis* (*Kirkiopresther j Pike*) eidem altari terram suam in *Korkyala*, paroeciae *Pemar*, dederunt (*Ib.* Fol. 232). A. 1441 *Henricus Skytte* (Skitthe) Praebendatus ejusdem altaris emit eidemque donavit praedium *Petäsmäki* vel *Sylltilä* paroeciae *Pöytis* (*Ib.* 215). A. 1448 *Petrus Olai* Curatus Eccles. *Nagu* (*Kirkioprest j Naw*), praedium suum *Ymmala* paroeciae *Masku* eidem donavit, quod se emisse testatur a fratre suo *Matthia Olai*, *Archipraeposito Upsaliensi*; eamque donationem fratres sui *Henricus Olai* et *Jacobus Olai* (*Jap Olafsson*) ratihabuerunt (*Ib.* Fol. 217 fin.). A. 1459 *Arvidus Nicolai* Eques, eidem altari praedium suum *Pärkiö* paroeciae *Wemo*, testamento reliquit, quod hic apponendum duximus: „In nomine patris et filii et spiritus „sancti amen. Gör jak *Arvid Clauusson* mith testament aff opta „förre betänkte välberodhne modhe; en tha thet jak är kranker „til min likama, tha är jak helbrogder tiil min själl ok synne. „Giffuer jach Gudj, Jomffru Maria ok sancta Anna ok alt hy- „merikx herskap mith liff ok myna siäll. Giffuer jak eeth gotz „tiill helga licame altare jn Abo Domkirkio, som heter *Pärke*, j „*Wemo* sokn, ok om *Andris Balk*“ (a quo scil. illud a. 1400 emerat noster) „vil thet lösa insläctis jgen for C marc ok fäm, „ok swa mykit mera som godzet är bätrad sidhan jak thet köpte“, (deest aliquid?) „ffor myna föräldra siäll, mynä ok myne käre „hustru *Ingebord Herr Arwid Benktzs.* dotter, ok for alla crisna „siälä, j swa motto, at the skulu bidia for ooss allom ford:om



cui et ecclesiastica et civilia beneficia comparare studuit <sup>17)</sup>,

„tiil äverdelica thima. Tiil ytermera visso bider jak värde herre „fader met Gudz nadh Biskop *Olaff* j Abo, Mesther Koort, (Bitze) Domprouast ther sama stadz, *Benkt Lydikkesson, Peder Benedicti, Hartvik Jopson, Peder Karpalaynen, Hannus Lyndänär*, „ath hengia theris Incigle met myna for thetta breff. Datum „Kyrw anno D:ni MCDLIX Dominica Letare“. Ib. Fol. 191 et 225 sq. Ut plura taceamus. Ac tum ex literis, de hujus altaris praediis agentibus, tum ex recensu eorum tempore Reformationis ecclesiae nostrae facto (infra describendo) elucet, non contemnendis illud opibus auctum sensim fuisse.

<sup>17)</sup> Comparasse huic altari atque Capellae reperitur *Indulgentias* uberrimas: quas exhibentium literarum (cum D:no a CELSE incognitas fuisse videamus) excerpta dabimus: „Universis Christi „fidelibus presentes litteras inspecturis *Alexander*, miseracione „Divina titulo S:ti Laurentii in Damasco sacrosancte Romane „ecclesie presbiter Cardinalis Aquilegiensis nuncupatus, sacrosancte generalis Basiliensis Synodi, universalem ecclesiam representantis, et Apostolice sedis per Germanicam nacionem legatus „de latere specialiter deputatus, ac Mazovie Dux etc. salutem in „Domino sempiternam. --- Cupientes igitur ut capella sanctissimi „corporis Christi in ecclesia Cathedrali Aboensi noviter constructa „congruis honoribus frequentetur, et ut *diivinus cultus, qui in dicta „capella omnibus quintis singularum septimanarum feriis* in et ad „honorem ipsius sacratissimi corporis Christi magna populi cum „denocione *peragitur*, augmentetur et amplius decoretur, ----- „omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dicti sacratissimi „corporis Jesu Christi, nec non dedicacionis ac *sanctorum Apostolorum et Birgitte, patronorum dicte capelle*, festivitatum celebratibus, illis quoque conuentis, quibus diivinus cultus inibi ut „premittitur *peragitur*, feriis Capellam et inibi diivinum cultum „proxime dictos deuote visitaverint, ac pro ornamentorum ecclesiasticorum ipsius capelle restauracione et conseruacione, ac „eiusdem capelle fabrica seu diivini cultus inibi augmento manus „adjutrices, ut *prefertur*, porrexerint, *quociens id fecerint, quinque „annos Indulgentiarum et totidem quadragenas de iniunctis eis „penitentiis* --- relaxamus Datum Rinefeldia Dyocesis Basiliensis, a:o D:ni MCDXL tertio, die vero XI mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, D:ni *Felicis* Pape quinti anno tercio etc.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 236. De hoc Cardinali cfr. CIACCONIUS T. II p. 939, ubi vocatur *Alexander Zamoviti Polonus, Moscoviorum ducis filius, et presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso*. Praeterea a R.

quodque ornamentis varii generis magnifice decorasse, nec *Praebendam* modo honorifice dotasse, sed *domum* etiam *lapideam pro residentia Praelati* [lege sine omni dubio *Praebendati*] *constitui fecisse*, auctor noster testatur <sup>18)</sup>, amplissi-

*Christophoro* libertatem a tributo Regio (Frälse=frihet) praedio, ad altare Corporis Christi pertinente, *Pethäsmäki* (paroeciae Reso, de quo nuper) impetravit, literis dat. in *Castro Stokholm ipso die b. Calixti Pape*, a:o D:ni MCDXLI (Ib. Fol. 215 fin.); nec non a R. *Carolo* literas protectorias amplissimas, quibus dictam Praebendam, cum omnibus suis praediis ac bonis, et ipsum praebendatum, cum omnibus suis hominibus, servis colonisque, Regia sua tutela munivit, dat. in *Castro Stokholmensi*, feria sexta infra octavas visitacionis Marie virginis, a:o D:ni MCDXLIX (ib. Fol. 236): in quibus literis dicitur *sex quotidianas missas* in dicta Capella Episcopum instituisse; unde uberior lux Auctoris nostri verbis affulget (vid. supra p. 369).

<sup>18)</sup> Scil. *Monstrantia* valde pretiosa, indumentis altaris pretiosis, reliquiariis et clenodiis quam plurimis ornavit. Hanc *Monstrantiam* (quae cum aliis Ecclesiae nostrae Cathedralis divitiis veteribus dudum periit) Altari *summo* aut praecipuo, *Höga Altaret*, (*parrochiale* illud puto intelligens? cfr. supra p. 300, not. 17) Episcopum consecrasset, Venetiisque secum adduxisset, SPEGELIUS innuere videtur; in quo missam illam cani quotidianam jussisset, et ad quod pertinuisse *Praebendatum* a nostro dotatum, falso itidem asserit. An ex oscitanter inspectis verbis Auctoris, *summitate altaris* (scil. *Corporis Christi*), ad altare *primum* Templi traxit omnia quae *de condito a Magno ipso novo altari* noster narravit? Admodum namque negligenter SPEGELII illud opus consarcinatum esse, apparet. Non minus temere RHYZELIUS, Auctoris nostri testimonio neglecto, aut valde festinanter inspecto, ad altare et Praebendam *Animarum* traxit, quod JUSTENUS apertissime de altari et Praebenda *Corporis Christi* narrat. Dicit enim: *Til alla dessa lade Biskopen, för sin räknung och på sin Beföstaad* (quod de Praebenda *Animarum* falso omnino asseritur, ut videbimus), *utan ock en dagelig meßa wid Altaret*, (sc. *Animarum*), *ät hwilkens* (altaris, non missae?) *meßepreßt han både gaf tillräckeliget underhåll*, (nihil hujus altaris praebendato Episcopum dedisse, reperimus!) *och byggde* (*illi* sc.) *Stenhus til at bo uti* (neque hujus asserti ullum inveni fundamentum). Caeterum suspicor, loco verborum *praelati constitui*, (p. 369) apud Auctorem nostrum legi debere *Praebendati construi*; quod non modo res ipsa suadet, cum *Praebendato* altaris ab



misque verbis hoc Praesulis studium extollit. Sed multis praeterea aliis Sacellis, Altaribus atque Praebendis, eodem sedente Episcopo, nec sine suo consilio opeve, Ecclesiam Aboënsis fuisse auctam ditatamque, docet. Sic *ad ejus persuasionem* (consilio tamen, tempore jam *Beronis* Episcopi eoque annuente, capto) *Dn. Johannem Anundi, suum Archidiaconum, b. Johannis (Baptistae et Euangelistae) fundasse sacellum* (ac Altare et Praebendam) *satisque dotasse competenter dicit; quod monumenta vetera abunde confirmant* <sup>19)</sup>.

Episcopo conditi, *Praelati* nomen dignitasque tribui commode nequeat, sed *Fragmenti* quoque *Palmköldiani* confirmat auctoritas, ubi legitur: „Hic (Episc. *Magnus*) domum lapideam episcopalem, et aliam pro residentia *Prebendati* Corporis Christi *construi fecit*“. Exempla autem Chronici Juusteniani quotquot vidi, hoc loco corrupta sunt.

<sup>19)</sup> Annus foundationis in ipsis literis non exprimitur, quas ex *Registro Eccles. Aboënsis* descriptas, subjungimus: „Universis „et singulis presentes litteras inspecturis *Johannes Anundi, Archidiaconus Aboënsis*, salutem in Domino sempiternam. Quia ex „testimonio veritatis unusquisque mortalium villicus Dei fore dinoscitur in hoc mundo, quem de villicacione sua necesse erit „tandem reddere rationem: idcirco ego *Johannes Anundi* prefatus tempus id districtum cupiens prevenire, de bonis michi a „Deo collatis *Altare* quoddam ad honorem ipsius Dei et beatissime virginis *Marie*, nec non sanctorum *Johannis baptiste* et „*Johannis euangeliste*, ob salutem anime mee et aliorum amicorum meorum, *de consensu venerabilis patris Domini Beronis, bone memorie quondam Episcopi Aboënsis*, in eadem ecclesia Aboënsi „feci, institui et fundavi, ipsumque altare fundatum de consensu „heredum meorum subscripto meo nomine dato“ (doto?) „inprimis“ (in ultimis quinque verbis ulcus latere, facile patet!) „itaque ad „ampliacionem cultus Divini et sustentacionem ministrorum ipsius „lego, deputo et dispono altari prefato predium meum *Rackamala*“ (Rahkamala) „parrochia *Wemo*; item in parrochia *Masko* predium „*Jwla*“ (Juffva s. Juva) „et duo predia in *Sopola*; item in parrochia *Rusko* predium *Hydenvainio* et predium meum in villa „*Mertiälä*; item in parrochia *Pemare* unum predium dictum *Heslebergh*, aliud dictum *Mayankalma*, tertium predium meum in „*Marianvari*; item in parrochia *Wesilax* duo predia, unum videlicet in villa *Laucko* et aliud in *Totkyrajärvi*“ [*Totkijärvi*, praedia postea gentis *Kurckianae*]: „item unam curiam in Abo sitam

Quod autem de fundata, ad *Episcopi nostri consilium*, b. *Georgii Praebenda*, Auctor tradit, majores habet difficulta-

„ex opposito fundi S:ti Siffridi in angulo, et ortum oleris ultra  
 „ampnem cum granario ibidem; item pratum unum in *Teriranta*  
 „de XX plaustris feni etc. [et] que predia omnia et singula sci-  
 „licet supradicta cum quibuscunque attineniis suis hodie a me  
 „et ab heredibus meis alienando ab dico per presentes, dictoque  
 „altari ac eius prouisorii cum omni iure perpetuo possidenda  
 „approprio et appono, tali condicione adiecta: quod quilibet pre-  
 „bendatus eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, debebit omni  
 „ebdomada celebrare aut facere celebrari tres missas in altari  
 „prefato, quarum una sit pro fidelibus defunctis et specialiter  
 „pro fundatore et aliis benefactoribus eiusdem altaris, preteritis,  
 „presentibus et futuris, et alie sicut placet: tenebitur insuper  
 „omni anno celebrare aut facere celebrari duas cantatas exequias  
 „pro me et parentibus meis ac heredibus nominatim, semel vide-  
 „licet in vere in crastino s:ti Johannis ante portam latinam, et  
 „semel in autumpno in crastino decollacionis s:ti Johannis ba-  
 „ptiste, utraque vice vespere precedente vigilias cantatas habendo  
 „ante altare predictum, et in crastino quatuor missas pro defun-  
 „ctis, quarum unam ante idem altare cantabit, alias autem lectas  
 „ubi locus vacaverit, faciet celebrari. Volo preterea et dispono,  
 „quod presentacio, provisio, collacio seu quevis alia ordinacio  
 „dicti beneficii post mortem meam ad nullum alium quam ad  
 „ordinarium loci debeat pertinere, eo quod predia illa sunt pro  
 „maxima parte intuitu ecclesie acquisita: quare ab heredibus  
 „meis omne ius patronatus, si quod in dicto beneficio videntur  
 „habere, aufero per presentes, et Episcopo Aboensi qui pro tem-  
 „pore fuerit, pleno iure committo, reservata tamen michi quoad  
 „vixero, libera facultate de beneficio prelibato et omnibus rebus  
 „ad ipsum pertinentibus secundum meum libitum ordinandi et in  
 „fine vite mee unicam tantum personam que ipsum beneficium  
 „possideat, presentandi. In cuius rei etc.“ (*Reg. Eccles. Ab.*  
 Fol. 207). Huic fundatoris consilio Episcopum sua subvenire  
 auctoritate haud detrectasse, sequentes ejus docent literae appro-  
 batoriae, annum foundationis simul indicantes: „Nos *Magnus Dei*  
 „gracia Episcopus Aboensis, tenore presencium publice protesta-  
<sup>28)</sup> Fidem faciunt ipsae literae confirmatoriae in *Reg. Ec-* *cles. Ab.* Fol. 271 reperiundae, hujusmodi: „Omnibus presens „scriptum cernentibus *Magnus* Dei gracia Episcopus Aboensis „salutem in Domino sempiternam. *Dudum Reverendus* in Christo „pater et dominus, *Dominus Bero*, bone memorie *predecessor no-* „*ster*, pia motus intencione, *archidiaconatum de novo in ecclesia* „*Aboensi*, in qua nullus prius fuerat, *erexit, fundavit, et quam-* „*quam tenuiter, tamen nichilominus inchoavit, nec non personam* „honorabilis viri, *Magistri Henrici Magni pie memorie, in eodem* „*Archidiaconatu instituit* eumque Archidiaconum Ecclesie Aboen- „sis esse et dici voluit cum effectu: assignans eidem pro cor- „pore prebende archidiaconalis, de consensu capituli sui, quatuor „predia parrochia *Saw* sita de sub mensa episcopali, duo vide-

„licet in *Padhas* et duo in *Lapmark*, *Ylistaro* videlicet et *Hem-*  
 „*böle*, sperans hujus redditus per successores suos et alios, ma-  
 „xime autem per eiusdem beneficii possessores, in futurum melius  
 „augmentari. Cumque dictus Reuerendus pater carnis post hoc  
 „debitum persolvisset, et nos Magnus, qui tunc eiusmodi Archi-  
 „diaconatus fungebamur officio, ad pastorale regimen licet imme-  
 „riti vocaremur vel vocati fuisset, Capitulares qui pro tem-  
 „pore erant, Archidiaconatum ipsum tunc per nostram, ut pre-  
 „mittitur, assumptionem vacantem vel in proximo vacaturum,  
 „tucius estimabant penitus supprimendum quam cum pudore et  
 „verecundia debiliter sustentandum. Postquam vero nos, diuina  
 „opitulante clemencia, munus consecracionis apud sedem Aposto-  
 „licam fuisset adepti, reuolvere cepimus inter nos cum fra-  
 „tribus nostris pietatem motivi predecessoris nostri parte ex una,  
 „ex altera autem scandalum, quod tunc potuisset oriri, si factum  
 „tam solenne patris ac domini nostri, non absque prouida deli-  
 „beracione procul dubio inchoatum, fuisset per nos tam leviter  
 „irritatum. Quantus eciam honor Deo et ecclesie inde proveniat,  
 „si prelatura illa poterit in statu debito conservari. Nos itaque  
 „episcopus Magnus de pleno consilio ac unanimi consensu venera-  
 „bilium fratrum nostrorum Capitularium, in adiutorio altissimi  
 „spem habentes, prefati venerabilis patris laudabile propositum  
 „continuari ac prosequi intendentes, ad honorem Dei et Domini  
 „nostri Jesu Christi sueque sanctissime genitricis Marie ac beati  
 „Henrici patroni nostri, Archidiaconatum sepedictum, per prede-  
 „cessorem nostrum taliter ut prefertur inceptum, ex nunc aucto-  
 „ritate ordinaria innouamus, confirmamus atque in perpetuum  
 „stabilem decernimus in hiis scriptis. Assignantes eidem Archi-  
 „diaconatui pro corpore Prebende, ex consensu Capituli nostri,  
 „primo de sub mensa episcopali prenominata quatuor predia in  
 „parrochia *Saw* sita, que eciam predecessor noster illi depu-  
 „tauerat in prima sui fundacione: Deinde decimas episcopales  
 „de antiqua *Nowsis* et predium in *Nummis* ejusdem parrochie:  
 „Item de bonis sancti Henrici predium *Wesunda* parrochie *Hat-*  
 „*tola*, et predium quod s:tus Henricus habuit iuxta ecclesiam  
 „*Nowsis*: Insuper et predium *Norramark* parrochie *Ulffby*, quod  
 „Magister *Henricus Magni* pie memorie supradictus tempore suo  
 „contulit mense Archidiaconi, et predium *Monos* in *Lemmo*, quod  
 „nos dicte mense contulimus, in minoribus constituti. Et quia  
 „hujus prelature corpus de bonis mense nostre episcopalis ac  
 „eciam de bonis seu prediis ecclesie nostre maioris aliisque piis  
 „donacionibus excisum dependet, idcirco nobis ac successoribus  
 „nostris Archidiaconi supradicti provisionem confirmationem, Ca-  
 „pitulo vero ejus electionem reseruamus, salua nobis semper fa-

liter sublevandam excitavit<sup>29)</sup>. Ad sex *Canonicos* quibus gavisus hactenus Ecclesia sua fuerat quatuor addidisse, ita ut jam decem fierent, cum Auctor docet, per auctum sensim Praebendarum numerum hanc Episcopo Capituli sui amplificandi opportunitatem oblatam fuisse, conjicere licet<sup>30)</sup>? De *Choralibus*, quorum similiter numerum cum sex

„cultate, si que potestas ecclesiastica siue secularis in hujus la-  
 „boris nostri messem falcem suam mittere disposuerit, prelaturam  
 „ipsam, eius corpus siue prebendam, de nostris ut premissum est,  
 „exiguus facultatibus innouatam, cassandi, annullandi et ad ordi-  
 „nacionem nostram libere reuocandi. In cujus Confirmacionis,  
 „Innouacionis seu Decreti euidenciam firmiorem, Sigilla nostra,  
 „tam Episcopi quam Capituli, presentibus duximus appendenda  
 „in testimonium premissorum. Datum Abo anno incarnationis  
 „Dominice Millesimo“ -- (reliqua desunt). Historiam institutae  
 hujus Praelaturae hisce litteris exhiberi accuratam, eaque omnia,  
 quae et hoc loco diximus et supra (p. 347 not. 7, et p. 378)  
 disputavimus confirmari, patet; prudenterque Episcopum cavere  
 voluisse, ne Capitulo inuisus aut adeo peregrinus Candidatus,  
 obtrudi unquam posset; qualia exempla nec in Svecia erant  
 inaudita.

<sup>29)</sup> Sic *Johannes Anundi*, Episcopi nostri in Archidiaconatu successor, (de quo supra p. 389 not. 19), mensae Archidiaconi donavit a. 1422 praedium suum *Biörnaby*, parociae *Sund* in Alandia: ea tamen conditione, ut affinis suus (*Måggh*) *Petrus Storkeri* (*Peder Storkersson*?) cum suis posteris possessionem terrae conservarent, quamdiu Archidiacono quotannis V marcas pecuniae („arlikit landgäld V marker peninga, swa got mynt, at „III march Swenska göra fult fore en fulwiktugan Engilskan „nobel“), et dimidiam tonnam cerevisiae, cum cibo ei respondente („en halff tunna öl, met allom kost ther tiil hörer, for aarliga „gingerd“). Litterae suae servantur in *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 273.

<sup>30)</sup> Commode enim, ubi tales Praebendae viris demandabantur dignis visis qui Capitulo associarentur, hi utroque fungi genere poterant officiorum, cum sibi ut Praebendatis, tum ut Capitularibus injunctorum, atque Aboae praesentes manere. Vidimus jam Ecclesiam Aboënsis locupletatam fuisse *altaribus* 1. *Divae Virginis* s. *parochiali* (supra p. 300 not. 17); 2. *S. Sigfridi* (p. 300—302); 3. *S. Bartholomaei* (p. 310 not. 7); 4. *S. Catharinae* (p. 300 et 309); 5. *S. Henrici* et *S. Erici* (p. 338 sqq. not. 5); 6. *S. Laurentii* (p. 346 not. 5 fin.); 7. *Corporis Dominici* (p. 381—388); 8. *B. Johannis* (p. 389



not. 19); 9. B. *Georgii* (p. 390 sqq. not. 20); 10. *Animarum* (p. 394); 11. S. S. *Petri et Pauli* (p. 396 not. 24); 12. S. *Annae* (p. 396 sq. not. 25); 13. *Divae Virginis* s. *Clericorum* (p. 404 not. 26); 14. *Trium Regum* (p. 407 not. 27). Accedunt Praebendae *Praepositurae* et *Archidiaconatus*. Non tamen vel solis Canonicis (Capitularibus) omnes has Praebendas (quae numero illos etiam vincebant) fuisse collatas, vel omnes Canonicos hujusmodi altaribus praefuisse, contendimus. Multi Canonici adhuc administrabant Ecclesias rurales, nonnunquam ab urbe Aboënsi longius remotas; alii dignitatè aliqua ecclesiastica in Svecia simul fungebantur, etc. Utrum harum Praebendarum plures uni solerent olim apud nostros deferri, non potuimus hactenus reperire; nisi quod post Reformationem Ecclesiae inceptam talia exempla occurrunt.

Tandem hoc loco observamus, *Praebendae atque Altaris* memoriam in vetustis monumentis exstare, a *Proconsulibus et Consulibus civitatis Aboënsis*, tempore *Magni* Episcopi, in Ecclesia Cathedrali conditi, cui *S. Trinitatis* nomen inditum fuit; cujus Altaris caeterum neque Auctor noster ullam mentionem facit, licet in laudibus Episcopi celebrandis diligentissimus, neque tempore Reformationis vestigium superfuisse ullum deprehendimus, quodque igitur interim evanuisse existimandum est. Ipsas literas Episcopi confirmatorias subjungimus: „Nos *Magnus* Dei gratia Episcopus Aboënsis, universis et singulis quorum interest, notum facimus per presentes, Quia cum circumspecti viri *Proconsules et Consules civitatis nostrae Aboënsis*, pro sua suorumque successorum salute, nec non pro totius communitatis suae felicibus incrementis ac prosperitate salubri, *Altare* quoddam in honorem *sanctae et individuae Trinitatis*, petita prius super hoc a nobis licencia et optenta, in ecclesia nostra Aboënsi fecisse, instituisse ac fundasse noscantur, assignantes eidem altari pro dote, redditus *XXVIII* marcas anni census monetae currentis, quos pro sustentacione altariste seu prebendati eiusdem altaris, qui pro tempore fuerit, deputavere annuatim a se et ab eorum successoribus sublevandos in promptis: Nos igitur pia vota dictorum consulum attendentes, quod ex una devota intencionem procedunt, de consilio et consensu Capitularium, fundacionem ipsam, tamquam iustam ac rationabilem, in Dei nomine approbamus, ratificamus atque auctoritate ordinaria confirmamus, decernentes eam perpetuis temporibus in suo robore permansuram. In cujus confirmacionis evidenciam plenioram, ad instanciam dicti consulatus, fecimus hanc paginam nostri *Sigilli Maioris* appensione muniri. Datum apud ecclesiam nostram anno“ - - - (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 200). Reliqua de-

haetenus fuissent, ad decem, Episcopi nostri cura atque consilio excrevisse Auctor tradit, mox quaedam disputabuntur.

Splendor cultus publici in Ecclesia Cathedrali (ut autem Altarium et Ministrorum numerum jam taceam) quantopere a nostro, amplificatus fuerit, atque sic ad eam perductus formam, quae perfecta, pro iudicio illius aevi haberetur, narratio Auctoris abunde demonstrat<sup>31)</sup>, qui *Magnum* non modo (supra p. 370) „*horas de sancta Cruce et passione*“ „Dominica ad singulas *Canonicas horas* legi per totam Dioecesis instituisse“ ait, sed etiam (p. 372) in Ecclesia Cathedrali statuisset, „a *Missa Aurorae* inchoando, usque ad *summam missam* terminando, omnibus *horis intermediis* in per-

---

sunt; ita ut neque a quo Episcopo *Magno* literae datae sint, scire liceret, nisi nostrum fuisse, ex collatione cum literis sequentibus (*ibid.* Fol. 140 reperiendis) instituta, appareret: „Allom „them thetta breff see eller höra, hälsar jac Gwnnar Joansson, „borgare j Abo, äverdelica met Gudhi. Kännes jac vppenbar- „lica met thesso mino opno breffue, mik vara skylloghan he- „dherlikom herre, *Rodgere*, Domproast j Abo, fämtigi Ängilske „nobla, alla fulwictoga, for hwilka L nobla jac Gwnnar säther „til pant for:de Herre Rodgere alth mith godz j *Yliskölä* oc „*Sormiürfui* byom liggjande j Bernaa sokn, met hws, akrom „ok engiom, skogom ok fiskevatnom, när by ällär fiärre, j vaato „oc j thorro, engo vndantagno, som thom godzom nv oc aff al- „der hafuer tilligat, met swadana förskälum, at Herre Rodgere „Domproast, eller hans aruum, scal j handom hafua oc forstaa „oc nyttia thöm fornempdom godzom swa länge at jac äller „mina arfua til takka oc nögio betalar fornempda herre Rodgere „äller hans arfwom the for:de fämtigi nobla. Til thessa breff „vissa oc vitnisbörd bedher jac goda män, *Andris Römure*, „Borgamästare, oc *Michel Swarta*, Radman j Abo, oc *Herre Rag- „wald Gwnnarson*, *myn syslingha* oc *Sancte Trinitatis Capellan* „j *Abo Domkirkio*, hängia sin incigle met mino egno Incigle fore „thetta breff, som scriffuit oc giffuit är j Abo, anno äpther Gudz „byrd MCDXX, vm sancti Johannis baptiste dagh“. Ergo institutum hoc aliquando viguisse, certum est; quando autem et ex qua causa cessaverit, penitus nos latet.

<sup>31)</sup> Unde autem Rev. RHYZELIUS didicerit, quod in vita nostri (p. 334) affirmat, res Dioeceseos Aboënsis, sub antecessoris Ep. *Beronis* senectute, in statum turbidiorem abiisse, nos latet.

„petuum *Missas speciales*, ita quod nulla hora intermedia  
„absque missa praeteriret“ <sup>32)</sup>).

*Indulgentiis* quoque uberrimis Ecclesiae suae comparatis, reditus atque opes ejus augere studuisse comperimus: cujus rei testes Literae supersunt, partim VII Episcoporum Sveciae *Nicolai Archiep. Upsalensis, Nicolai Episc. Lincolniensis, Svenonis Scarensis, Thomae Strengnensis, Magni nostri Aboënsis, Olavi Arosiensis* (et *Laurentii Wexionensis*) datae *Sudhercopie* a:o D:ni MCDXL primo <sup>33)</sup>; partim *Ale-*

<sup>32)</sup> *Horas* de S. Cruce, preces significare, quae de hoc argumento cantabantur, notum est. *Horae* autem *Canonicae* (explicante D:no DU CANGE, *Glossar.* sub hac voce) sunt „*officia* „diurna quae in ecclesiis fideles psallendo exsequuntur, sic di- „ctae quia certis horis recitari debent juxta *canones* et regulas „S. S. Patrum. Hae autem *septem* numero sunt, *Matutina, Prima, „Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium*.“ Comparatque nomina Anglo-Saxonica: *Uthsang* (Cantus *antelucanus*), *Primsang* (Cantus *matutinus*), *Untersang* (C. tertianus), *Middägsang* (C. *Meridianus*), *Nonsang* (C. nonalis), *äsensang* (C. *vespertinus*), et *Nihsang* (Cantus *nocturnus*). *Missam* autem *Aurorae* eandem esse, quae etiam *Matutina* audit, per se patet; *Summam* missam nescio utrum *Meridianam* explicare debeam, an *Completorium*? *Horae* intermediae sunt omnes inter *Canonicas* interjectae. *Missae speciales* sunt *Privatae*, (etiam solitariae) publicis et solennibus oppositae.

<sup>33)</sup> *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 70 sq. Hae pertinebant non modo ad Ecclesiam Cathedralē, sed ad omnes omnino Dioeceseos Aboënsis (etiam *parrochiales et capellas eis annexas*); promittebantque omnibus, qui certis enumeratisque nominatim diebus festis, „pro missis, *predicacionibus*, matutinis, vesperis „aut aliis diuinis officiis deuote audiendis convenissent, aut singula altaria ----- visitavissent, pariter et Ave Maria aut „aliam quamvis deuotam oracionem dicendo, sive luminaria, „ornamenta, jocalia, vestes, libros, calices, corporalia, pannos, „pecuniam, predia, aut alia quecunque necessaria ad ipsarum „- - sustentacionem obtulerint, sive in festo beati Martini et „singulis *diebus rogacionum*, missis et processionibus fieri consue- „tis cum deuocione interfuissent, sive ipsas - - pro defunctis orando „circuierint, siue in pulsacione campane beate virginis Marie aut „vespere in dictis ecclesiis et capellis flexis genibus tot ave „Maria et Pater noster dixerint, ----- XL dierum indulgentias.“



*xandri*, titulo S. Laurentii in Damaso, Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis <sup>34)</sup>, datae in *Rüinefeldia* Dyocesis Basiliensis, a:o D:ni Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, die vero undecima mensis Aprilis (Pontificatus Felicis Papae quinti anno tertio); partim *Synodi Basiliensis*, datae Basileae VIII iduum Martii, a:o a nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio <sup>35)</sup>; partim

Rationem autem hujus gratiae hanc afferunt, quod incolis hujus Dioeceseos „per magnas locorum distantias et varios difficultium „viarum anfractus ecclesias et loca indulgencialia visitandi com- „moditas amitteretur et facultas“.

<sup>34)</sup> Ejusdem, cujus aliam Bullam, in favorem *Capellae Corporis Christi* datam, supra (p. 387 not. 17) attulimus. Eodem die utraque ejus Bulla data est; atque post anni notam (MCDXL) vocabulum *tercio* in priori illo exemplo excidisse, annus Pontificis expressus (Pontificatus -- *Felicis* Pape quinti anno *tercio*), manifestum facit, quod observare obliti sumus. Meminit hujus Bullae etiam Nobil. A CELSE (*Appar. ad Hist. Svio-Goth.* Sect. I p. 187, §. LXIII, n. 2); sed Cardinalem et Legatum Pontificium *Julianum* vocat, per errorem, sine dubio? Notari autem sequentia Cardinalis verba merentur; „Cum itaque, sicut acce- „pimus, ecclesia Cathedralis Aboensis *Ruthenorum et aliorum* „*Christi fidem persequencium* hostilitate, guerris ac eciam diffor- „tunio causantibus, *bis ignis voragine retroactis temporibus mise- „rabiler concrementa* pariterque consumpta fuit, et nondum de- „bite reedificata, ipsiusque edificia ruinam“ (ruinarum?) „et fissu- „rarum deformitatem, ornamenta quoque ecclesiastica inibi con- „sumptiones paciuntur non modicas, et ad gravioris desolacionis „periculum formidantur dietim peruenire; et ad quorum repara- „cionem et restauracionem ac ornamentorum et paramentorum „ecclesiasticorum huiusmodi recuperacionem et conseruacionem „cum facultates fabrice ipsius ecclesie nullatenus sufficiant, pia „Christi fidelium suffragia sint non mediocriter opportuna: etc.“ Concedit igitur ecclesiae nostrae benefactoribus „de thesauro ec- „clesie militantis *septem annos indulgenciarum* et totidem quadra- „genas, de iniunctis eis penitenciis.“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 69).

<sup>35)</sup> Habetur Bulla in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 66. Meminit ejusdem etiam Nobil. A CELSE l. c. Etiam in hac miserabilis Ecclesiae Aboënsis conditio depingitur: „Cum itaque, sicut acce- „pimus, ecclesia Aboensis, que sub honore et vocabulo beate „Marie, sanctorum Henrici et Eriici fundata et constructa dicitur

denique Papae *Eugenii IV*, datae Romae ápod S. Petrum, anno incarnationis Dominicae Millesimo quádringentesimo quadragesimo quinto, Kalendis Junii, Pontificatus sui anno quinto decimo <sup>36</sup>).

Diligentiam suam in ornamentis Templo Ecclesiaeque Aboënsi varii generis (quae saeculi pietas maximi fecit) comparandis, ex instituto mox considerabimus <sup>37</sup>). Quod vero Templum ipsum (una cum Urbe et Coenobio) a. 1429 incendio infelici afflictum, intra XXX annos ab Episcopo nostro non modo instauratum, sed etiam in meliorem conditionem perductum Auctor dicit, merita illi laudi tribuitur <sup>38</sup>).

„pariter et dotata, fortuito accidente casu, infra paucos annos „bis ignis incendio lamentabiliter deuastata, nec non et alias *per* „*infidelium Ruthenorum*, qui partes illas in illorum confinibus „consistentes, proh dolor plurimum infestant et exterminare la- „borant, *crebros incursus et inuasiones*, suis Clenodiis, jocalibus, „libris, campanis, ornamentis et paramentis ecclesiasticis, ad di- „uinum cultum requisitis, depredata ac fere in totum destituta „fore noscatur, adeo quod vix spes subest ipsam ecclesiam in „suis edificiis et structuris reparari et conseruari, nec non cle- „nodiis, jocalibus, libris, campanis, ornamentis et paramentis „huiusmodi restaurari et adornari posse, nisi piis Christi fide- „lium suffragiis et elemosinarum largicionibus subueniatur ibidem „etc.“ Promittuntur igitur ejus benefactoribus et visitoribus, *duorum annorum et totidem quadragenarum* indulgentiae. Ultima verba nostri exempli, ita corrupta sunt, ut sensum eorum aegre expiscari liceat; bene autem est, quod neque hodie magni res sit momenti.

<sup>36</sup>) In *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 66 legendae. Harum notitia caruit Nobil. A CELSE. Similes superioribus querelas, de infortuniis et inopia Ecclesiae Aboënsis continent: ac ejus benefactoribus *septem annos et totidem quadragenas* de iniunctis eis penitentiis, remittunt. Haud neglexisse nostros, quo misericordiam excitarent majorem, Ecclesiae suae mala vehementius deplorare, credas; nec parum opis ad fortunam illam florentiorem, quam per *Magni* nostri curam adepta fuit, promovendam Indulgentiarum hujusmodi nundinationem contulisse, existimare debemus.

<sup>37</sup>) Annot. 58 et 59.

<sup>38</sup>) Praeter Ecclesiam Cathedralem, urbem quoque Aboënsis, et Coenobium conflagrasse, MESSENIUS recte tradit (*Scand. T. X p. 19*). Hausit ex veteri Chronologia, qualem exscripsit

Neque commodorum Sedis Mensaeque suae Episcopalis, antecessorum suorum exemplo tuendorum augendorumque, studium atque curam neglexisse, reperimus. Ut recuperatum, post longas lites atque contentiones, Episcopis Aboënsibus Jus Patronatus in paroeciam Borgå, atque Curiam Episcopalem in urbe Aboënsi primum aedificatam, hoc loco praetereamus, infra de iis diligentius disputaturi<sup>39)</sup>; Castrum *Kustö* pro majore parte a nostro exstructum fuisse, Auctor testatur, hoc est, ut putamus, lateritio muro, loco aedificiorum hactenus magnam partem ligneorum, ornatum atque munitum<sup>40)</sup>? Deinde immunitatem ab oneribus tributisque publicis, liberalitate R. *Caroli* praediis pluribus in Alandia sitis atque ad mensam Episcopalem pertinentibus comparavit<sup>41)</sup>; jus Episcopi Ecclesiaeque Cathedralis Aboënsis in praedia quaedam Uplandica, diu controversum, feliciter asseruit, atque in praedia alia, hic in Finlandia sita translatum, publicis literis confirmari curavit<sup>42)</sup>; jus Epi-

---

etiam PALMSKÖLDIUS *Arch.* Vol. *Åbo och Åland* p. 253, ubi legitur: *Aboensis civitas cum ecclesia cathedrali et claustro a. 1429 combusta ex incendio.* Exemplum hujusmodi Chronologiae, (initio seculi XVI, ut videtur, scriptum), quod possidet Cel. NORDIN, iisdem fere verbis habet: *A:o D:ni MCDXXIX combusta est ecclesia Cathedralis Clastrumque et civitas Aboensis ex incendio.* Ex eodem fonte utrumque fluxisse exemplum, manifestum est. Reparandi diligentiam ad civitatem atque coenobium (cujus etiam hic ut unici in urbe nostra fit mentio!) non minus quam ad Ecclesiam ab Episcopo fuisse extensam, MESSENIUS liberaliter addidit.

<sup>39)</sup> Annot. 54 et 57.

<sup>40)</sup> Cfr supra p. 171 not. (1); et MESSENI *Scand. T. X* p. 19, sub a. 1431.

<sup>41)</sup> Litterae Regis testantur, datae *Stockh. Dominica infra octavas Johannis baptiste anno D:ni MCDL*: quas typis exprimendas curavimus in *Foliis hebdom. Ab.* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, Append. p. 80 (ex *Registro Eccl. Ab.* F. 112 descriptas).

<sup>42)</sup> *Medelby* et *Kakunäs*, praedia in Uplandia sita, quae olim Ecclesiae Aboënsi donaverat Episcopus *Hemmingus* (cfr. supra p. 213 not. 15), sed postea villae Regiae (*Ladugårdhen*



scopi Aboënsis salmones in fluvio Kymmenensi piscandi, defendit <sup>43)</sup>, etc. Neque existimari debet, Bullas quae su-

*Wäldhä* l. *Wädla*, quae obscura nobis nomina sunt, aut locus ipse non satis sanus?) prope Stockholmiam subjecta fuerant, sententia Judiciali Senatus Regni, ad Episcopum Ecclesiamque Aboënsis de jure pertinere, agnitum fuit; cum autem iis terris villa regia carere non posse videretur, praedia tria Coronae (quorum duo tantum nominantur, *Vanhalinna* in paroecia *Lundo* et *Katavakangari* in paroecia *Pijkis*) circa Aboam sita, illarum loco Episcopo concedebant nostro; cujus tamen permutationis vel plene stabilisendae vel rescindendae potestatem Regi, cum in Regnum esset rediturus, Senatores reservabant. Sententia ipsa, data a. 1438, die S. Birgittae, legi potest typis expressa in *Fol. Hebdom. Ab. l. c.* (a. 1785 Append.) p. 27 sq. (descripta e *Reg. Eccl. Ab. Fol. 156*).

<sup>43)</sup> Sententias binas judiciales, hujus rei testes, legere licet in *Foliis Hebdom. Ab.* nuper citatis, a. 1785, Append. p. 63 sq. et p. 66 sq. (descriptas e *Registro Eccles. Aboëns.* Fol. 148 et 149): ubi *Conventio* etiam (ut vocatur) inter Dn. *Magnus* Episc. Aboënsis et Rusticos in *Abborafors*, de hac piscatura, a. 1442 facta, habetur. Venerant in usum hujus juris Episcopi Aboënses antiquissimis jam temporibus, quod ex literis intelligi potest R. *Magni*, a. 1357 datis (quarum supra mentionem facere oblitus sumus), e quibus simul patet, *quartum* quemque *piscem* in illo amne (ac similiter, putamus in reliquis fluviis majoribus) captum, tributum loco Regi olim cessisse: grave certe tributum, a quo pendendo Rex Episcopum Aboënsis liberavit. Tales autem sunt: „*Magnus* Dei gracia Rex Sveicië, Norwegie et Scanie, omnibus „presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. „Noveritis, quod nos venerabili in Christo patri, D: no *Hemingo*, misericordie Divina Episcopo Aboensi, cuius utilitates et commoda „prosequi volumus favoribus graciosis, gracie duximus concedendum, quod piscaturam suam in *Abborafors* a modo libere „habeat sine solutione cuiuslibet quarti piscis, quem actenus“ (hactenus) „sicut alii consueverat erogare: prohibentes firmiter et „discrete, ne quis advocatorum nostrorum, eorundem officialium, „seu quivis alius, cuiuscunque condicionis aut status existat, „predictum D: num Aboensem H. contra tenorem presentis pre- „sumat quomodolibet impedire, prout gratiam nostram diligere „voluerit et favorem. Datum in castro nostro Aboensi anno D: ni „MCCCLVII, feria tercia ante nativitatem beate virginis“. (*Ib.* Fol. 149 sq.)

persunt binas, alteram Synodi Constantiensis (datam *Constantiae VII Kal. Julii anno a nativitate Domini MCDXVII*), alteram Papae Martini V (datam apud urbem veterem II Kal. Decembris, Pontificatus sui anno tertio, h. e. 1419), Antistiti nostro hanc diligenter administratorum bonorum Episcopaliū laudem, auferre; quamvis de revocandis mensaeque Episcopali restituendis bonis quibuslibet, ab illo vel praedecessoribus suis Episcopis Aboënsibus inde abalienatis, agant: quod enim in simili exemplo supra significavimus (p. 312), encyclicas videri, nec tam remotas has terras, quam australiores Europae partes proxime spectasse, id de Bullis aequè his atque illis, confidenter asserere jam non dubitamus. Quum vero duarum harum Bullarum nulla apud Dn. A CELSE mentio fiat, brevem earundem descriptionem subjunximus <sup>44</sup>).

Totam denique Dioecesis Clerumque suum quanta cura complexus sit, non modo parta huic privilegia <sup>45</sup>), acqui-

---

<sup>44</sup>) Prioris initium (ad Episcopum *Revaliensem* transmissae) tale est: „Sacrosancta et generalis synodus venerabili fratri *Episcopo Revaliensi* salutem et Dei omnipotentis benedictionem. „Ad audienciam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater „*Magnus, Episcopus Aboensis*, quam praedecessores sui Episcopi „Aboenses qui fuerunt pro tempore, decimas, census, redditus, „terras, domos, possessiones, prata, pascua, nemora, grangias, „molendina, iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona *ad mensam* „suam Episcopalem spectancia, datis super hoc litteris, confectis „exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renun- „ciacionibus et penis adiectis, in gravem ipsorum episcopi et „mense lesionem, nonnullis clericis et laycis, aliquibus eorum ad „vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis per- „petuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt etc.“ Haec itaque omnia rescindi, gravibus verbis jubentur. Posterioris hoc initium est: „*Martinus* Episcopus --- venerabilibus fratribus *Sca- rensi* et *Strenghiarensi* (Strenghesensi) Episcopis salutem etc. „Ad audienciam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater „noster episcopus Aboensis, quam praedecessores sui, --- deci- „mas, terras, domos, *vineas* --- concesserunt,“ etc. De quorum deinde omnium bonorum revocatione grave mandatum subjicitur. Legi possunt in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 36.

<sup>45</sup>) Privilegium R. *Erici*, a. 1417 Ecclesiae Cathedrali, Episcopo, Praelatis, Ecclesiis, Altaribus et Clericis omnibus Fin-



sita Ecclesiae Cathedrali nova praedia <sup>46)</sup>, conditae novae ecclesiae <sup>47)</sup>, Domus Hospitalis per Dioecesin insti-

landensibus datum, legi potest in *Fol. Hebdom. Aboënsibus* (Lidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, Append. p. 73; et Regis *Christophori*, ejusdem generis, *Ib.* p. 60: utrumque descriptum e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 26. Sed R. *Christophorus* aliis etiam literis, Latine scriptis, (eodem anno 1441, Regni sui Svecici I, die exaltationis S. Crucis datis) multo uberioribus et accuratioribus, totam Ecclesiam Svecanam in tutelam recepit, libertatibusque et immunitatibus maximis ornavit: quarum exemplum legitur *ibid.* Fol. 28 sq. Cfr. LAGERBRING *Svea Rikes Hist.* 4 Del, 7 C., 5 §., p. 365. Porro Privilegium R. *Caroli* Ecclesiae Fennicae datum, habetur in commemoratis nuper *Foliis Hebd. Ab.* l. c. p. 79 (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29). Pertinent huc etiam ejusdem Regis literae, quibus *Presbyteriis* (Prestaborden) in *Alandia* immunitatem ab omnibus tributis publicis, monente atque postulante Episcopo *Magno*, concessit; legendae in iisdem *Fol. Hebd.* l. c. p. 81, (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 112): ut hujusmodi libertates singulis praediis ecclesiasticis a Regibus subinde concessas, taceamus, quales sunt R. *Erici* in citatis saepe *Foliis Hebd.* legendae a. 1785, N:o 21, p. 161; cfr. etiam quae infra Adnot. 61 porro monebuntur.

<sup>46)</sup> Quae non attinet enumerare. Altaribus quoque olim jam conditis, ut *Parrochiali* et S. *Laurentii* novos reditus accessisse, Domos ubi Praebendati habitarent, fuisse acquisitas etc. reperimus.

<sup>47)</sup> Exemplum memorabile habemus in ecclesia *Jockas Savolaxiae*, de cujus initiis, atque simul de ratione curiarum presbyterialium (Prästebörd) in universum, his temporibus, literae Episcopi nostri nosmet egregie edocent, legendae in citatis saepe *Foliis Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 49, p. 385 sqq. Quin literis indulgentialibus plures Dioeceseos suae ecclesias, ad earum aedificationem adjuvandam, damna reparanda etc. munierit, dubitandum non est; licet memoria aliarum hodie non supersit, quam quas Ecclesiae *Ufsby* eum concessisse, ex fragmento epistolae discimus a Praepos. *Biörneburgensi Gabr. Arctopolitano* ad Praepos. *Hvittisensem And. Keckonium* a. 1667 datarum, quod conservavit nobis PET. FORTELIUS in Diss. *de primis initiis Biörneburgi* p. 11 sq. Ostendit illa Epistola, quanta messis monumentorum vetustorum in antiquioribus patriae nostrae Templis medio adhuc seculi superioris superesset; si majores nostri vel mediocri rerum nostrarum illustrandarum atque memoriae illarum conser-



tutae <sup>48)</sup>, Wiburgensis ecclesia Praebendis novis au-

vandae tacti cura fuissent, praeclaram antiquitatibus nostris lucem foeneratura! Sed interveniens crudelis Russorum irruptio atque dominatio istas divitias dissipavit et exterminavit. Inter literas veteres in dicta Epistola enumeratas, atque ad ecclesiam Biörneburgensem pertinentes, nullo quidem dubio nobis obnoxiae videntur Episcoporum Aboënsium *Ragvaldi* a. 1311 de fundatione templi in *Liikis* seu *Ulfzby*, *Benedicti* a. 1332 de templo lapideo in *Liikis* exstruendo, *Hemmingi* a. 1347 de coemiterii in *Ulfzby* consecratione, et 1350 de 40 dierum indulgentiis, *Johannis* ejusdem argumenti (quarum tamen datarum annus non editur), et *Magni* nostri a. 1440 aut 1450, (nam 1540, si fuit in autographo, de quo dubitamus, sphalma fuisse manifestum, cuique apparet); et *Johannis* Ep. Ab. a:o 1509. Paulo majorem excitare debere mirationem videantur literae Episcoporum peregrinorum, *Johannis* Ep. N. anno 1429 (nostri *Magni* tempore Episcopi), datae *Hafniae* proxima quinta feria post festum b. Bartholomaei, de templo *Ulfzby*, casuali incendio deleto reaedificando, cum indulgentiis 40 dierum; *Brudderi Episc. Libaviensis* ejusdem argumenti, datae *Calmariae* a. 1429; *Petri Archiep. Lundensis*, *Sveciae* Primatis et Apostolicae Sedis Legati, a. 1429, quas ex apographo exscriptas ibidem integras legere licet. Sed neque hujusmodi exempla alia non occurrunt, casu aliquo enata. Quod vero in eadem Dissert. p. 15 de *Loculo* (oblat=aff) narratur argenteo, adhuc tum superstite, hujusmodi inscriptionem praeferente, „Denne „assen är gjord af silfver, som är funnit uti de Högwälborne Her- „rarnas Salig Herr Finkarnas graf, hwilka äro begrafne år „1139 och med Barons Högwälb. Herr Carl Horns omföfnad efter „des förfäder å nyjö förfärdigat, år 1684,“ id, quantum ad editum annum sepulcorum veterum illorum *Finkiorum* (1139), adeo absurdum est, ut defendi omnino haud debuisset: nec ad assertionem stabiliendam manifestae adeo falsitatis, suffecit testium fidem adferre, inscriptionis verba sic legi confirmantium, sed doceri debuit auctorem inscriptionis aut turpi errore, aut studio fallendi ductum, rem falsam non asseruisse, aut sphalma adeo in anni notas (1139 pro 1439 vel 1539) non irrepsisse. De *Finckiorum* hac gente dabitur fortasse nobis occasio posthac quaedam monendi.

<sup>48)</sup> In *singulis suis residentiis* (in *Korois* putamus, in *Kustö*, *Aboae* etc.) *pauperes et debiles, coccos et claudos, Christi fidelium decimis et suis propriis redditibus enutrivisse*, Auctor noster affirmat. Latius hanc Episcopi beneficentiam extendit *RHYZELIUS*, primum scribens (p. 335): år 1423 uprettade han et Hospital eller sükte- och fattigstugo i alla the socknar i Stichtet, i hwilka

cta <sup>49)</sup>, Cenotaphium S. Henrici in Nousis magnifice ornatum <sup>50)</sup>, atque Coenobium Nådendalense magno studio conditum et auctum <sup>51)</sup>, demonstrant.

Privatam suam pietatem, (a superstitione licet seculi haud immunem) quam impense Auctor celebrat, sinceram fuisse, merito nos quoque credimus; nec dubitamus, quin ad famam sibi atque venerationem insignem constantemque comparandam vehementer contulerit: ita ut haud difficulter

Han ägde några gårdar them han monga och mongastädes hade; ac deinde addens, at han wid hwarje Härads Tings-stuga, lät spisa et wift antal fattiga. Ducem sine dubio secutus fuit MESSENIUM, qui „circa a. MCDXIII“, inquit, „Magnus Abogensis Episcopus, juxta quamlibet ferme dioecesis suae ecclesiam, instituit „et alit nosocomium“ (Scand. T. X p. 19); et in *Chronico Rhyth. Finland.* canit: och at han wid **Probst-Skyrka** hwar I stift Sticht et Spetal bygt har (p. 34). Variantur inter se aliquantum singulae assertiones, quam certo nitantur fundamento, et annon ex verbis Auctoris nostri liberalius explicatis omnes enatae sint? haud dixerim. Mirum sane videatur, vastioris illius liberaliorisque instituti, in singulis (fere) parrochiis, vel ecclesiis praepositalibus, vel aedibus denique territoriorum judicialibus, ab Episcopo facti, Auctorem nihil omnino meminisse!

<sup>49)</sup> *Tres R. Carolum*, ad ejus suggestionem, in Ecclesia Wiburgensi fundasse praebendas, S. *Johannis*, *Cetharinae* et *Annae*, Auctor noster asserit. Literae autem quarum exemplum exhibuit Ill. LAGERBRING (*Saml. af Handlingar i Sw. Historien*, II Del. p. 187 sq.) docere videntur, Avum R. *Caroli*, *Thordonem Bonde*, (*Thord Bonde Rörifson*) Praebendam S. *Johannis* et *Mariae Magdalenae* in illa Ecclesia jam pridem instituisse; cui locupletandae praebendae, nepos suus, *Carolus Canuti*, una cum cognatis suis, praedium *Dighernäs* Nylandiae, postea (a. 1422) addebant. Cfr. *Ejusd.* LAGERBRINGH *Sw. R. Hist.* III Del. C. 10, §. 5, p. 811. Sed fortassis deinde Rex *Carolus* hanc (ut et reliquas?) liberalius dotando, auctor dici cunctarum meruit?

<sup>50)</sup> De qua re nihil ab Auctore nostro prodi, miramur. Insigne Episcopi gentilitium, huic monumento insculptum, operis perfecti gloriam illi haud dubie vindicat: quo autem tempore illud fieri curaverit, prorsus ignoramus. Cfr. quae supra monuimus p. 298. A:o 1429 RHYZELIUS confectum asserit.

<sup>51)</sup> De quibus ejus consiliis atque curis infra instituto agemus, Adnot. 55.



etiam ad sententiam Rev. RHYZELII accedamus, qui non minus *Magnum* nostrum quam antecessorem suum *Hemmingum* meruisse iudicat, ut in album sanctorum referretur <sup>52</sup>). Quod futurum fuisse, nisi interveniens sacrorum apud nos emendatio malesanis huiusmodi Apotheosibus finem imposuisset, non improbabili conjectura existimamus: quo facto, nec Miraculorum ab eo, inprimis post mortem, patratorum copiam, vel juratis testibus confirmatorum, defuturam fuisse, certi sumus!

In his privatae suae vitae laudibus celebrandis Auctor occupatus <sup>53</sup>), quam perfectae instar virtutis Monachalis proponit, *Peregrinationis* quoque religiosae ad terram sanctam a *Magno* nostro susceptae haud obliviscitur: quod unicum exemplum nobis notum est Episcopi Finlandensis, ad vanum hoc non minus quam periculosum iter, maximosque sumtus postulans, perficiendum superstitionis temporis pietate impulsus. Laude tamen ei tribui poterit, quod opportunitate per illud sibi oblata, ad Ecclesiam suam variis ornamentis decorandam usus sit; licet superstitio aevi sui hic etiam non parum illum deluserit; ut infra videbimus <sup>54</sup>). Hanc peregrinationem a. 1420 et 1421 factam ab illo fuisse, MESSINIUS ait <sup>55</sup>): quod quibus nixus argumentis faciat, igno-

<sup>52</sup>) L. c. Quod iudicium Episcopi protestantis inexpectatum videri alicui queat? Sed nihil aliud significare voluit, nisi laudes meritaque *Magni* nostri, quocumque nomine censeantur, *Hemmingi* illis inferiora haberi minime debere.

<sup>53</sup>) Quo pertinent, quae de Missa ab eo quotidie dicta, de sacello proprio comparato in quo ipse horas cecinit, etc. p. 370 sq., de vita honesta, casta et temperata, nec non de variis virtutum operibus et in *Ecclesia Finlandensi* et in *Regno Sveciae* ab eo peractis, p. 374 habentur.

<sup>54</sup>) Adnot. 58 et 59.

<sup>55</sup>) *Scand.* T. X p. 18, ubi legitur: „*Circa* MCDXX *Magnus* Finlandiae praesul, votivam ingreditur peregrinationem ad „sepulchrum Hierosolymae Dominicum“; et „*Circa* MCDXXI inde „*Magnus* Venetias reversus, insignia suae comparat Ecclesiae „ornamenta, non modico constantia pretio.“ Per *Venetias* rediisse, ibique pretiosiora Ecclesiae suae *indumenta* fieri fecisse, etiam



ramus, nisi quod primis suscepti muneris annis, dum aetate adhuc esset vegeta, peractum fuisse, probabile videatur <sup>56</sup>).

51. *Choralium* officium erat in Choro cantare. Hos in Upsaliensi Ecclesia certos et negotio huic peculiariter destinatos non fuisse, putat SCHEFFERUS (Not. ad *Chronicon Archiep. Upsal.* p. 40 sq.), antequam Archiep. *Jacobus Erlandi* a. 1280 novam praebendam in illa ordinaret Ecclesia, in qua instituit sex parvulos pro servitio Chori (l. c. p. 36), qui scil. ministrarent sacerdoti missas celebranti cantuque juvarent sacra. Cfr. Eundem SCHEFFERUM, de instituta (a. 1316) ab *Andrea* Praeposito Upsaliensi ibidem *Societate Scholarium* s. *Choralium* disputantem, l. c. p. 126, 127, 128. Quo tempore apud nos certi Chorales instituti primum sint (quos hic etiam, ut Upsaliae quondam, primitus nonnisi VI fuisse, ab Auctore nostro discimus), ignoramus; anno tamen jam 1355 mentionem eorum fieri reperimus <sup>57</sup>). Quale officium illorum fuerit, et quomodo illud ad certum ministerium certis Praelatis praestandum illos obligaverit, vel ex literis *Nicolai Lydikeson* supra (p. 404 sq. not. 26) allatis, intelligere licet <sup>58</sup>). Ex libro rationum R. *Gustavo I*, (a. 1542)

Auctor noster asserit: de reliquis autem ornamentis non idem expresse habet. Sed quaedam de his adhuc infra monebimus, Adnot. 58 et 59.

<sup>56</sup>) Supersunt vero monumenta, quae docent Ep. *Magnum* a. 1420 die *S. Ceciliae* (22 Nov.) praesentem fuisse in Judicio Territoriali (*Šärads-Ting*) in Paroecia Eura habito (*Reg. Eccl. Ab.* Fol. 159); et rursus Aboae fuisse a. 1421 die *S. Martini* (11 aut 12 Nov.); *Ib.* Fol. 211: cfr. supra p. 382 not. 13. Ita ut spatium peregrinationem adeo longam interim perficiendi ei suppetiisse non videatur? Reliquorum Monumentorum annos et dies inter se comparandi, ex quibus quo tempore in his locis praesens fuerit Episcopus vel minus, colligere liceat, otium nobis non superfuit.

<sup>57</sup>) Scil. Dn. *Henricus Tempill* in Testamento suo (hoc anno scripto, cfr. supra p. 236 not. 41 legavit cuilibet *Chorali in exequiis funeris sui presencialiter existenti II Horas* (libros Horarum s. precum).

<sup>58</sup>) Ubi sciscit (p. 404) ut ad Missas a se institutas celebrandas Praebendatus Sacelli Divae Virginis (*23ärfu Chör*)

de redditibus cum Ecclesiae Cathedralis, tum Praelatorum ejus atque Praebendatorum singulorum, ipso jubente oblato (cujus jam mentionem injecimus, quemque infra ex instituto describemus) discimus, hosce Chorales (qui Chor-Pfester, *Sacerdotes Chorales*, ibi appellantur) tum nonnisi VIII fuisse (numero eorum sine dubio per Reformationem Ecclesiae sensim imminuto), quibus singulis X marcarum stipendium annuum, et alimenti loco (til kost och förtäringh) XX marcae pecuniarum, IX modii (Span) Secalis (Rogh), et XIV Modii <sup>69</sup>) Hordei ad cerevisiam inde conficiendam praeparati (Malt), assignatum fuisse ibidem proditur.

52. *Fraternitas*, sive sodalitas sacra, (Broderskap, Gilde) quid illis temporibus significaverit, et hodieque apud Pontificios significet, ignotum esse nequit. Magnus earum in Svecia quoque olim exstitit numerus <sup>60</sup>). In honorem imprimis Sancti alicujus instituebantur regulisque et legibus quaeque suis muniebantur: obligabant se socii ad Sacra quaedam officia praestanda, ad certas Missas condendas, alendas et audiendas, ad certas Processiones religiosas faciendas, ad certa convivia celebranda, interdum etiam ad opera charitatis exercenda etc. Quibus omnibus rebus peragendis necessarios sumtus Socii subministrabant. Membris constabant partim Clericis, partim Laicis.

De instituta *Fraternitate S. Annae*, nihil omnino, nisi

---

adjumento habeat, ex Episcopi atque Capituli praescripto, *Tres Chorales* (Coor-Clärifa, quasi *Clericos Chorales*; non ergo *pueri* videntur fuisse, ut Upsaliae erant illi de quibus l. c. SCHEFFERUS?) scil. *Praepositi, Archidiaconi et Canonici aetate maximi, qui eas missas celebrabunt, et Praebendatus cum eorum aliquo Vigiliis canet, idemque Praebendatus aequam iis mercedem praebit*. Sacerdotes igitur fuisse, apparet.

<sup>59</sup>) Mensura haec (Span) quantum frumenti, ad hodiernas nostras mensuras relata comprehenderit, in tam vario et temporum et provinciarum usu, difficile fuerit constituere. Inter 24 et 32 minores modiolos (fappar vel wadnar) aequasse, credas?

<sup>60</sup>) Cfr. Dissert. geminam *De Conviviis Sacris, Svet. Gil-* den in *Svecia*, Praeside Cel. ERICO M. FANT Upsaliae 1782 et 1785 editam.



quae pauca Auctoris nostri verba exhibent, ex nostris monumentis discimus. Institutionem vero *Fraternitatis Trium Regum* sequens Annotatio illustrat, in *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 189 init.) occurrens: „Areno ephther Gudz byrdh MCDXLIX <sup>61</sup>) „stiktadhe thetta brodherscapet virdhelighen Fadher met Gudi „*biscop Magnus* j Abo, Herre *Oloff Magni Domproaster*, „Herre *Sigurd Iwansson Archiedegne*, Mesther *Jönis Magni*, „Herre *Hannus Länepä* ok Herre *Haquon Jönisson*, Canikka „ther sama stadz, a Clerkanna väghna; *Jacob Fresen*, *Albert Nyendorp*, *Henrik Buskman*, *Borgmesthara* j Abo, *Fredric Frees*, *Hannus Kurizhaghen*, oc *Bern Grotte*, *Borgara* ther „sama stadz, *Leekmän*, j *Gudz hedher*, *Jomffru Marie* ok j „the helgha tre *Konningha ära*, ok them tiil siäla gangn ok „andhelighen hugnet, som sigh j thetta broderscapet giffua: „huilkit haldas skall j swa mottha, som här äpter scrifuit „staar.“ Ipsa tamen statuta quae promittuntur, adscripta non sunt. Porro ibid. (Fol. 193 sq.) exhibentur „*Nomina Fratrum Confraternitatis trium Regum*“ (sensim sc. adscripta), hoc ordine. „*Primo Episcoporum*: Dominus *Magnus Olavi*, „primus fundator, Dominus *Olavus*, D:nus *Conradus Bitz*, „D:nus *Magnus Nicolai* de *Serkilax* <sup>62</sup>). — *Prepositi*: *Magister Henricus Freese*, *Magr. Magnus Nicolai*, *Magr. Laurentius Svrepä*, *Magr. Henricus Wenne*, *Magr. Paulus Skeel*. — *Archidiaconi*: *Magister Benedictus Holt*, *Magr. Johannes Magni*, D:nus *Nicolaus Mwlle*, D:nus *Siffridus Olavi*, „D:nus *Magnus Griffoth*. — *Canonici*: Dominus *Johannes Flämingh*,“ (sine dubio excidit in Apographo *Jönis Magni*,

<sup>61</sup>) Apographon habet MCDXLX (pro MCDXL); nam res ipsa, aetas Episcopi nostri, et adscripti in margine (manu coeva) numeri Arabici 1449 (1440? quem annum ipsae literae donationis praeferunt) vitium irrepsisse, facile emendandum, docent.

<sup>62</sup>) Difficile fuerit, quam rationem Auctor hujus indicis secutus sit, constituere. *Laurentium* enim *Suuripä*, (qui a. 1500 cathedram ascendit Episcopalem) inter Episcopos non recenset; sed *M. Paulum Skeel*, qui a. demum 1515 ad dignitatem admotus fuit Praepositi, inter Praepositos enumerat: quosdam e primis fundatoribus omittit (ex. g. *Sigurdum Johannis Archidiaconum*) etc.



vid. supra), „D:nus *Johannes Lenäpä*, D:nus *Haquinus Johannis*, D:nus *Johannes Tavast*, Magister *Petrus Benedicti*, „Magr. *Olaus Petri*, D:nus *Petrus Petri*, Magr. *Laurencius Nicolai*, Magr. *Magnus Johannis*, D:nus *Magnus Laurencii*, „D:nus *Martinus Skytthe* <sup>63</sup>). — *Sacerdotes*: Magister *Laurencius Swrinpä* (Suuripä), D:nus *Johannes Sweder*, D:nus „*Martinus Olavi*, D:nus *Benedictus Johannis*, D:nus *Marcus Olavi*. — *Milites et Militares*: Dominus *Henricus Clauusson* „in Koskis Miles; D:nus *Henricus Bidz*, Miles in Wiik; D:nus „*Magnus Gren*, Miles; D:nus *Ericus Absolonis* (Eric Åxelsson), „Miles; D:nus *Aruidus Clauusson*, Miles; D:nus *Nicolaus Ericsson* de Fogleviik, Miles. — *Militares et Armigeri*: *Benedictus Lidikisson*; *Ericus Bidz* Legifer Suderfindie; *Johannes Olaffsson* de Kariskylä; *Jacobus Persson* de Pidikala, Legifer; *Johan Kyle* Advocatus castris; *Canutus Bidz*; „*Henricus Bidz* <sup>64</sup>). — *Proconsules, Consules, Cives et Burgenses*: *Jacobus Freese* ProConsul, *Albertus Nyendorp* Pro-

<sup>63</sup>) Quanto studio nostri homines literis his temporibus incubuerint, ex magno numero *Magistrorum* inter Praelatos Ecclesiae Fennicae occurrentium, colligi potest; ad quem honoris titulum acquirendum Academias exteras adire, et non levem pro more seculi, artibus impendere industriam, necesse habebant: ut sumtuum ad literarias has peregrinationes necessariorum jam non faciam mentionem. — [Causa, cur tanto sumtu tantaque molestia spretis, exteras has atque longinquas adirent Academias (unde non facile sine *Gradu* aliquo accepto Academico redibant) homines Ecclesiasticas ambientes dignitates, in magnis quaerenda est quae exspectare illis licuit hujus consilii praemiis. Aequales enim *Graduati* censebantur *Nobilibus*, et ornamenta gestandi *Praelatis* et *Canonicis* alioquin propria, jus habebant. Sic in Statutis Upsaliensibus (apud Ill. NETTELBLADT l. c. p. 177, Punct. CXXXV) legimus: „Item prohibita sunt Clericis *Birreta fusca*, ne publice „in capite ea portent, exceptis *Praelatis*, *Canonicis* et *Graduatis*. „Prohibitus portans punitur in solvendo unum Birretum privilegiato ad portandum, qui prius eum apprehenderit“. (Cfr ib. p. 194 de *Birretis*). Et p. 183 Punct. XVIII statuitur: „Item in „assecutione beneficiorum et dignitatum *Nobiles ac Graduatos*, ac „etiam innatos (*infödde*), ceteris paribus, volumus aliis anteferri.“]

<sup>64</sup>) De plerisque horum infra quaedam adferentur.

„consul, *Henricus Buskeman* Proconsul, *Fredericus Frese*  
 „civis, *Johannes Kortzhagen* Consul, *Bernardus Grothe* Con-  
 „sul, *Branderus Lampen* Consul, *Gerlaciuss Flicke* civis, *An-*  
 „*dreas Munck* Proconsul.“

Licet autem negare haud velimus, a:o demum 1449 hanc Fratritatem fuisse solenniter constitutam; tamen prius de illa instituenda fuisse consilia agitata, saltim Altare ejus antea jam exstitisse, ex donatis huic, anno praecedente 1448, praediis elucet; quarum rerum fidem monumenta faciunt supra (p. 407, not. 27) allata <sup>65</sup>).

53. De illustri viro *Nicolao Lydekini*, quem *Capitaneum Castris Aboënsis* Auctor noster appellat <sup>66</sup>), alias quidem diximus <sup>67</sup>); sed ob sua familiaeque suae merita in Ecclesiam Aboëensem singularia, praeeunte Auctore, quaedam hoc etiam loco addenda putavimus. *Clavus Lydekeson* in monumentis Svecica exaratis lingua vocatur; quod nomen suum cum Latine *Nicolaus* et hic et alibi a veteribus (cfr. supra p. 362 not. 25) efferatur, patet falsos esse qui (ex ignorantia veteris moris) et hunc et Flemingianae gentis in Finlandia satorem (*Clavus Fleming*) *Claudium* vocant (*Claes* pro *Nils* vel *Niclas*): cfr. supra p. 358 sq. not. 22. Qui error, leviusculus ille quidem, late serpsit <sup>68</sup>). Filium fuisse *Lyderi de Kyrn*, Praefecti olim Finlandensis, (de quo vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* citata, p. 180) nonnulli Genealogi no-

<sup>65</sup>) In Fragmento *Palmköldiano* doceri quidem videtur, *Fratritatem* quoque *Clericorum* fuisse ab Episcopo *Magno* institutam (verba habent: „Hic fratritatem trium regum et *Clericorum* instituit“); sed ejus nullam licuit aliam reperire memoriam. Fortasse vocabulum aliquod (chorum l. altare?) excidit ante voc. *trium* aut *clericorum*? — [Sine omni dubio *Clericorum* ex falsa lectione irrepsit pro *Chorum*; quo reposito, locus fit sanus.]

<sup>66</sup>) RHYZELIUS minus commode vertit *Slottslofven i Åbo*.

<sup>67</sup>) Vid. *Åbn. utg. af et Sällsk. i Åbo* a. 1785 *Bih.* p. 191 sq., ubi inter Praefectos Castro Aboënsi (ejusque ditioni) commemoratur.

<sup>68</sup>) Sic filios nostri, *Henricum* et *Arvidum Claudii* (*Henric Claesson* et *Arvid Claesson*) vocat Nobiliss. UGGLA (*Svea Rikets Håds-Längd*, 3 *Åfdeln.* p. 57, N:o 557 et 559); Nob. tamen



stri autumant <sup>69)</sup>; nescio quibus fulti argumentis? <sup>70)</sup>, MESSENIUS Germanum fuisse asserit, *natum apud Westphalos in ditione Monasteriensi* <sup>71)</sup>. Omnes cognomine *Diekne* (*l. Diekn*,

v. STIERNMAN (*Höfd. Minne*, II Del. V B. 3 C.) de nostro recte habet: „*Nicolaus Lydikson* eller *Clavus Lydhekeson Diekn*“. Vid. *Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo*, l. c.

<sup>69)</sup> v. STIERNMAN l. c. et Schema Geneal. ab Anonymo conditum MS. cujus supra mentionem fecimus (p. 176 not. 18). De *Lydero* autem illo (utrum idem nomen sit ac *Lydheke*, nec ne? haud dixerim) quod ibidem affirmat v. STIERNMAN, regnante demum *Erico* Pomerano eum in Sveciam venisse, falsum esse, debuerat ipse videre, qui l. c. C. 2 (*Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo* l. c. p. 180) affirmaverat, eundem *Lyderum* sese *Advocatum Finlandiae* appellasse in literis, quibus a. 1315 (toto seculo ante *Ericum* Regem!) *Örebrogiae praedium suum Ekeby* Abbatissae monasterii *Riseberga* permutationis jure concessit! Probabilius disputatur, eum tempore Ducis *Erici* de regno cum fratre *R. Birgero* contententis, in Sveciam venisse; a cujus Ducis stetisse partibus, atque inter XII Equites fuisse, qui a. 1307 pro *pactionis Motorpensis* servanda fide, cum eodem Duce ac fratre suo *Waldemaro* sponderent, docet Nobil. LAGERBRING (*Svea Rike's Hist.* III D. I C. 20 §.). Cfr. supra p. 176, not. 18.

<sup>70)</sup> Ad *insignium gentilitiorum* similitudinem, quibus *Lyderus* ille et noster *Nicolaus Lydechini* usi sunt, si argumenti loco (non illius semper firmissimi!) provocas, nec illa forsitan maxima fuit. *Lyderi* autem insignia quomodo describat v. STIERNMAN, supra audivimus (p. 176 not. 18). De *Nicolao* nostro idem dicit: (l. c. p. 191). „*Förde i wapen en röd Engel med et swart Dens* „*hufwud i hwitt fält*“. In quae, qui conferendi opportunitatem habent, accuratius inquirent. Sed cum post a. 1322 *Lyderi* illius (qui a. 1307 jam vir fuit maturae aetatis) mentio nulla in priscis monumentis sit reperta, noster autem *Nicolaus* a. 1434 adhuc *Capitaneus* vocetur *Castris Aboënsis*, fraterque suus *Benedictus Lydechini* etiam a. 1460 in vivis esset; hos illius fuisse filios, non facile credas! Probabile tamen est, eos non advenas fuisse, sed hic in Finlandia natos? quod magis etiam probabitur, si *generi* (mina maga) quos in adductis supra (p. 405 not.) literis noster enumerat, *affines* sui (*Swågrar*), quomodo iis temporibus hoc vocabulum saepe usurpatur (cfr. supra p. 382 not.) fuisse putandi sint? De qua re nos nihil affirmamus.

<sup>71)</sup> *Theatr. Nobilit. Svec.* p. 58. Quod si verum est, diu ante a. 1390 huc venerit oportet; quo anno Judex jam fuisse reperitur Territorialis Tavastiae: vid. supra p. 360 not. (23).



*Diägn, Diegn, Degne*) fuisse appellatum, idque ad posteros quoque suos propagasse, testantur<sup>72)</sup>, (quibus tamen an solis adhaeserit, haud dicam?)<sup>73)</sup>, magna olim auctoritate

<sup>72)</sup> Caussam nominis, ut antea fassi sumus, ignoramus; quo noster saepe, sed frater suus aut filii nunquam, in vetustis monumentis, appellantur.

<sup>73)</sup> Nimis multi sunt, qui hoc eodem cognomine olim conspicui fuerunt, quam ut ad eandem omnes pertinuisse stirpem, credere liceat: quorum alios alia quoque insignia gentilitia haud raro gestasse, reperimus. Cfr. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* I D. p. 78, 126, 128, 139, 162, 170, 211, 224, 357: in cujus operis P. II MS. praeterea nominantur *Henr. Diekn* Under Lagman i Medelpad 1374; *Jöns Diekn* Konungsfogde öfver Helsingland 1343; *Nils Diekn* Lagman i Wästerbotten 1489, et alius Underlagman i Medelpad 1628; *Olof Diekn* Lagman å Bo Jönssons vägnar öfver Norre Finland och Åland 1381 (de quo supra p. 356 sq. not. 22, quemque eundem putes de quo loquitur Nob. LAGERBRING *Sw. R. Sift. III Del. 10 C. 4 §. p. 784*); *Petar Diäkn* Underlagman i Westergöthland 1399 (som var död 1406, och efterlämnade en son *Nilis Petärsson*), et alius *Peter Diäkn* Foghot oppa Wordberg 1403, 33, 37. Quibus addere ex nostris monumentis possumus *Nicolaum Diägn de Mäskyalum* a. 1329 inter testes emtionis-venditionis in Tavastia comparentem (*Registr. Eccles. Ab. Fol. 150*); *Jacobus Diägn*, qui praedia a. 1343-48 Ecclesiae Aboënsi donavit (*Ib. Fol. 123 et 23*); *Lauris Dyäkn* 1385, *Lauris Dighne* 1410 (*Ib. F. 129 et 110*); *Jeppe Diäkn* (hederlik man), cui Johannes Petri, Canonicus Aboënsis, praedium suum Heinis, a Capitulo Aboënsi emtum, a. 1375 vendidit (*Ib. Fol. 107*), et de quo supra p. 359 quaedam diximus. Hunc eundem fuisse, qui in literis sequentibus *Jacobum Abrahami Militem* se vocat, verisimile videatur? quas quia breves sunt, subjungimus: „Thet see allom mannom witherlikit, at iak „*Jacob Abramson*, Rydder, kännes vppenbarlika, at iak for man- „ghom arom vplot ok gaff Olaff Andersson ok hans arffwom „myth godz Heynis j Rymitte sokn met tillaghum till äverdeliko „ägho, thet iak rätthlika ok rädhelika köpte aff Dömherromen „ok aff Capitulo [vid] Domkirkione j Abo for myna redha pä- „ningha, ther iak redhelika thöm betthaladhe epher therä vilia, „thöm till vilia ok til nöghia: huilket godz Heynis ther Biscop „Hannus Gudh hans siäll haffui, ok Capitulum j Abo, rätthlika „met rättho köpe wnno ok forwarffuo, thet är mik vitherlikt, „epter thy the breff vthwisa therpa gifuin ärä, ther iak Olaff

et splendore magnisque opibus in Finlandia nostra claros <sup>74)</sup>,

„Andersson ther opa antvardat haffuer. Scriffuit j Räfлом, areno „epther Gudz byrdh MCDV, Sunnadaghen näst epter Pingxdaga „dagh, vnder myth incigle till stadfestilse ok til rättha beuis- „ning, ther iak fore thetta breff hength haffuer etc.“ (Ib. Fol. 101). Nempe cum sese praedium illud a Capitulo Aboënsi emisse testetur, quod Capitulares *Johanni Petri* vendiderant, qui jus suum mox in honorabilem virum *Jeppé Diekn* transtulit; de eodem viro litteras utrasque agere existimes? Neque nomen, *Jeppé* vel *Jacobus*, abnuit. Posteriora viri fata, et quid Revaliae egerit, plane ignoramus. Si autem haec adoptetur conjectura, illum *Jeppé Diäkn*, *Vicar. Legiferum Ölandiae* etc., de quo Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I p. 139 loquitur, alium a nostro fuisse, statuendum forte erit? Sed pergimus viros enumerare, cognomento *Diekn*, in nostris monumentis insignitos. Tales igitur porro sunt: *Jonas Diekn*, qui a. 1410 loco Legiferi *Nicolai (Clavius) Fleming* jus dixit (cfr. supra p. 359 not. 22), atque sive idem sive alius *Jons Degn (Jons Degn aff Berna)*, et *Jonis Diekn aff Bambotha*, nec non *Olaff Degn aff Brambotha*, qui, ille a. 1464 inter *Judicii Territorialis*, hic a. 1472 inter *Judicii Regii* Assessores comparent (Ib. Fol. 125, 232 et 138); *Magnus Diäkn* qui a. 1407 inter Assessores *Judicii Regii*, et a. 1416 ut vir majoris auctoritatis commemoratur (Ib. Fol. 140 et 337), quique a. 1410 Alandiae praefuit (Ib. Fol. 273, cfr. supra p. 361 not. 23); *Biörn Diegn* qui a. 1422 ut vir non levis dignitatis nominatur (Ib. Fol. 147); *Waldemar Diegn*, quem *Judicis Territorialis* in Tavastia munus a. 1415 et 1423 administrasse, a:o vero 1411 (cfr. supra p. 363) et 1420 Castro Tavasteburgensi Praefectum fuisse, reperimus (Ib. Fol. 166, 233 et 134); *Haquon Diegn* (Ib. Fol. 133); *Martinus Diekn* Armiger (a Vapn), qui a. 1423, una cum uxore sua *Christina Eskilli* (*Christina Eskilsdotter*) partem suam praedii Rungo in Pikis Episcopo *Magno Tavast* vendidit, inter cujus facti testes comparet etiam *Magnus Diekn*, (Ib. Fol. 230): sive illum sive alium *Martinum Diekn* adhuc a. 1445 vixisse, alibi discimus (Ib. Fol. 158.). Quae collegimus, ut Genealogis nostris aliquam fortassis opem subministrarent.

<sup>74)</sup> Schema Geneal. (de quo commemoravimus) familiae hujus, non modo duos, ut supra (p. 176 not. 18) significavimus, *Nicolao* nostro fratres tribuit natu majores, *Biörn Diekne* (eundem forte quem nuper nominavimus) et *Bo Diekne* (de quo nihil rescire nobis licuit), sed fratri etiam suo natu minore *Benedicto* filium, *Lydike Bengtsson* (itidem nobis prorsus ignotum) assignat. Praeter filios autem *Nicolai* nostri fama illustres *Aavidum* (quem



quorum jam stirps interiit. Noster ut ex monumentis vetustis discimus, anno jam 1390 *Judex* fuit (*Territorialis*) *Ta-*

natu majorem facit) et *Henricum*, inter Regni Senatores cooptatos, tertium eidem idem Schema addit *Tynnus* (Antonius) *Classon* (*Nilsson*), nobis omnino ignotum, ac sorores duas, *Annam* nuptam *Erico* (Henrico) *Bisse* majori, (gamla Herr *Eric Bisse*) cui filium *Conradum*, postea Episcopum [cum suis fratribus *Erico* minore, (unge *Eric Bisse* til *Bif*) et *Claudio*] peperit, et *Catharinam* nuptam *Henrico Olai Horn* de *Äminne*; quam etiam *MESSENIUS* l. c. (p. 58) *Nicolai* nostri (quem *Claudium* vocat) fuisse filium dicit, sed postea (p. 102) eandem fuisse uxorem *Jacobi Kurck* matremque Episcopi *Arvidi*, significat, sive in nomine errans, sive sororem nostri cum filia confundens? Ex litteris quidem supra (p. 405) allatis patet, *Nicolaum* nostrum nomine vel generi vel affinis (mina maga) utrumque, et *Henricum Olai* et *Jacobum Kurck* (*Jeppé Korke*) simul appellare, aequè ac *Henricum Bitz*, ac praeterea *Henricum Swerdh* (Armigerum, quem inter Regni Senatores recenset Nobil. UGGLA l. c. p. 41 N:o 493, a. 1435, 1436) nec non *Jonis Olafsson* (fratrem Episcopi *Olai Tavast*, cfr. supra p. 376 not. 4, p. 381 not. 13, et p. 383 not. 15), cujus uxoris nomen *Martha* proditur in literis *Benedicti Lydekeson* et *Henrici Clauusson* communibus (quibus sororem suam appellant,) in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 218 servatis (cfr. supra p. 376 not. 4 et p. 383 not. 15). Afirmat praeterea Nob. v. *STIERMAN*, Legiferum Finl. *Nicolaum Fleming* filiam *Nicolai* nostri *Ceciliam* in matrimonio habuisse (vid. supra p. 359 not. 22); quibus nixus rationibus, haud dicam? Familiam itaque hanc *Dicknorum* cum illustrissimis Finlandiae proceribus cognatione et affinitate conjunctam fuisse, ex his satis patet.

De *Benedicto Lydikini*, *Nicolai* nostri fratre, natu (ut videtur) minore, alibi egimus (*Tidn. utg. af et Sällst. i Åbo* 1785 *Bih.* p. 220); cfr. supra p. 360 sq. not. 23: et p. 405 not. 26: ex quibus patet, eum a. 1411 Judicem fuisse Territorii *Pikisensis* (*HäradsHöfdinge i Pifs Härad*), sed tandem ad idem munus in superiore Satacundia administrandum transiisse; a. 1437 et sequentibus (1438 et 1439) Praefectum fuisse Arci (et Provinciae) *Tavasteburgensi*, cui quamdiu praefuerit nescimus. Utrum idem sit, quem inter Regni Senatores a. 1435-1438 recenset Nobil. UGGLA (l. c. p. 52 N:o 502), quemque primo illo anno (1435) Decreto Senatus de pactione Halmstadiensi rata habenda subscripsisse docet Nob. *LAGERBRING Sw. N. Hist.* 2 *Del.* 4 *C.* 28 §. dubium videri queat, si hujus insigne gentili-



*vastiae* (supra p. 360 not. 23); unde ad idem munus in Territorio *Maskoënsi*, Fenniae Borealis, administrandum

tium (sicut l. c. not. (x) dicit Nob. UGGLA) fuit *Anchora deorsum pendens, cum stella sex cuspides ostentante?* Arma enim nostrum eadem quae patrem suum, aut non multum diversa gestasse, vel ex cognomine in adjecta parti STIERNMANNIANI operis ineditae annotatione, ei tributo, *Örn*, colligas? vid. *Append. ad Folia Hebdom. Aboëns.* 1785, l. c. Nihil affirmo. Uxorem suam fuisse *Walburgem Johannis (Walborg Jönissa dotter)*, cujus gentem indicare non possumus, ibidem docuimus. Animum suum in Ecclesiam Aboënsensem benignum, cujus jam supra documenta dedimus (p. 397 not., p. 407 not. 27), etiam sequentes produnt literae, quae eundem et fratris sui filiis supervixisse, et anno adhuc 1460 in vivis fuisse, et liberos reliquisse, simul docent: „For allom thetta breff höra eller see, kennis ok kungör iach „*Bengt Lydikkeson a Vapn*, at nw fore naghrom aarom, then tidh „*mine kere brodher syner, Här Henrik Olaff*“ (vitiose hoc irrepsisse credas?) „*Clauusson och Här Aruidh Clauuson, leffde*, tha „gaff iach them badhom tilsamans och jamskiptis, fore then stora „kerligh och venskap the mik opta och idkäligha beuiste, Gud „theris siäll nadhe, eth mith aflingha gotz liggjandes i Byrkala „sokn ok kallas vidh namn *Kuliu*, meth swadana breff och vil- „kor, ath haffde the badhe eller naghör there liffuad mine liffue „lenger, tha skule the och theris retthe ärfvingiä epter them „beholda for:de godz *Kuliu* til ävinnelika ägho; haffde och bade „forre aff these värld aff fallit än jach, tha skulde jach haffua „mith godz friit oc wmbewarat jgen och göra, theraff beggis the- „ris siell och myna eghna hvad Gudh vilde mik werdighas j „hoghen skiwta. Nw epter thet ath the bodhe äre aff daghom „ledne och *liggie badhe jordadhe j Helge Licame Koor j Abo* „*Domkirkio*, j huilken Koor ävinnelichen aminnelse görs fore „them som tiil thens Korens bestand oc wpehelde holpit haffua, „och jach ostundar wara lott tagande meth them [i] thet goda „j forscriffne helge licame koor görs: Tha haffuer jagh giffuit, „meth myna käre barna *jaa, fulbordh och samtykkio*, for:de *Kulio* „gotz vnder [til] for:de helge licame koor j Abo *Domkirkio* „til ävinnelika ägho, ok sköter ok skåler for:de gotz *Kulio* vn- „der for:de helge licame koor här aa satte Laghmanzt tinghe, „j närvaru ärligx mantz, Her *Christiern Benktissons, Riddare,* „*Höffuitzman pa Abo sloth och Satagwanna, Hartik Jopsons*, Lag- „man j Norrfinnä laghsaghu, meth tesse tolff fastom och sköt- „ningha vithnom här epter nämpnäs: Jonis Oyriainen, Nielis

transiit, cui ab a:o 1407 ad exitum usque vitae praefuisse, vetera monumenta testantur. Interim Arcis quoque Aboën-

„Weffta, Peder Laynen, Peder Kakariu, Olaff Körningh, Olaff  
 „Henriksson, Olaff Lewku, Peder Kurinen, Wilken Olaffson,  
 „Jusse Parpan poyca, Olaff Kyrälainen, och Olaff Tyrvompoyca.  
 „Till mere visso ok witnisbyrd later jach hengia mith Incigle  
 „fore thetta breff: bider jach ärlige man Herr Christiern Benkts-  
 „sons, Riddare, och velborens mantz Hartik Jopsons incigle hen-  
 „giandes vnder thetta breff. Datum Abo Anno Domini MCDLX.“  
*Registr. Eccles. Ab. Fol. 238.*

Filios igitur *Nicolai Lydikeson, Henricum et Aavidum Nicolai*, et *Milites* (Riddare) fuisse, et ante a. 1460 decessisse, cum illae literae fidem faciunt, tum alia supra (p. 405 not., p. 407 sq. not. 27 et p. 476) allata monumenta demonstrant; add. Nobil. UGGLA l. c. p. 57 N:o 557 et 559, cujus addubitatio (not. r.) de utriusque cognatione, simul hinc facile evanescit. De *Aavido Nicolai* nihil praeterea scimus, si liberalitatem suam in Ecclesiam Aboënsem, de qua supra, exceperis, nisi quod uxorem suam *Ingeburgem, Domini Arvidi Benedicti (Herr Arvid Bengtssons dotter)* ipse nominat (supra p. 408 not.). De *Henrico* autem *Nicolai*, ad ea quae alibi dicta sunt (*Tidn. utg. af et Sällsf. i Åbo* l. c. p. 192 sqq.) addere adhuc licet 1:o Eundem non fuisse sepultum in Templo Nådendalensi, ut literae ibid. adductae significant, sed in Choro Corporis Christi Aboënsi, sicut ex testimonio patris sui nuper vidimus. Cfr. Testamentum ejus a DIJKMANNO allatum (*Antiquitt. Ecclesiast.* p. 207 sq.), ubi anni notam 1421 erroneam esse, vel ex mentione facta *Olai Episcopi* (qui anno demum 1450 Cathedram Episcopalem ascendit), manifestum fit. Unde autem Auctor *Diss. de Coenobio Nadhenadahl* habuerit, quae dicit (P. I p. 126) *Henricum* nostrum, Episcopo *Magno* mortuo, mutasse consilium, et cum conjugē suā in cryptis Monasterii illius sepeliri voluisse, nescio: id quod ex *actis* quidem, *quae sequentis aevi sunt, satis constare* affirmat; sed vereor ne easdem spectet literas quas STIERNMANNUS adducit, a. 1453 datas, quas allato a nobis nuper testimonio patris sui posteriori cedere oportere, diximus. Caeterum alio errore Auctor ejusdem Dissertationis [ut et GREG. HALLENUS *Diss. de Territorio Wirmoënsi* P. I eod. Praeside ed. p. 66 et 70] illustrem virum ibidem vocat Dominum de *Kankas* (pro *Koskis*), idque nomen detorqueri vult, satis insulse, in *Kanikas* (quasi Canonicorum sedem, ad quos tamen nunquam pertinuit), cum aperte sit Fennicum (*Kangas, Kankas*, campus arenosus in



sis eique subjectae Provinciae Praefecturam, Rex *Ericus* (Pomeranus) illi commiserat; quam dignitatem ab a. 1411 ad 1434 nostra ei monumenta tribuunt: ex quibus simul videmus, eum Judicis munus interim per alios, more illis temporibus recepto, administrasse <sup>75</sup>). Quam gravis de cultura terrarum Finlandensium in majus provehenda, a Rege ei a. 1411 mandata fuerit cura, supra significavimus (p. 362 sq.). Uxorem suam, *Christinam Johannis* (*Christina Jonise dotter*), in literis a nobis supra (p. 404 not. 26) alla-

collem leniter assurgens, Svetice *Malm*), ex situ loci desumptum. 2:o Uxorem suam *Luciam Olavi*, sororem fuisse Episcopi *Magni Tavast*, quod vulgo asseritur, nullo hactenus argumento idoneo fuisse demonstratum, notavimus (cfr. supra p. 377 not. 4 et p. 407 not.). 3:o *Judicem Territorialem* (*Skäradsþöfðinge*) fuisse Territorii *Satacundiae Inferioris*, litterae Judiciales ab eo annis 1445, 46 et 47 datae, atque in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 162, 164 servatae, docent. 4:o *Legiferum Fenniae Borealis* annis 1449-1458 fuisse, datae ab eo his annis litterae Judiciales, in eodem *Registro* servatae plures evincunt. Quo autem argumento ductus Nob. UGGLA l. c. vitam ejus ad a. usque 1462 produxerit, nescimus; anno enim jam 1460 fuisse mortuum (nisi error in numeris latet?) litterae Patru sui *Benedicti* nuper allatae ostendunt: nec igitur a. demum 1440 Senatoriam dignitatem adeptus est; *Miles* autem (*Riddare*) ab a. usque 1441 vocatur. — [Ad annum autem mortis viri illustris *Henrici Clawsson* quod attinet, ex literis inter Coenobii Nädendalensis illas servatis, datis a. 1459 *Manedagen infra Octavas Omnium Sanctorum* (Apogr. ÖRN-HJÄLMI p. 1391 sq.) liquet, illum jam tum vita decessisse; mentio enim fit ejus ut mortui (*Herr Henrich Clawssons bref, som Lagman i then tima var, Gudh hans själ nade!*)]

<sup>75</sup>) Anno jam 1405 inter Assessores Judicii Regii (*Räffte Ting*) in Borea Fennia comparet *Clavus Diäkn* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 105, 106, 161); a. 1407 vocatur *Clavus Lydikason*, *Judex Territorialis in Borea Fennia* (*Ib.* Fol. 119, cfr. *Åbo Nya Tidn.* 1789 N:o 40); a. 1414; 1418, 1432 ejus nomine primum *Benedictus Michaëlis*, deinde *Jonis Ingonis* (s. *Ingonen*) in *Territorio Maskuensi* judicia habuerunt. (*Ib.* Fol. 169, 220, 221, 228); anno 1434 ejus loco *Hannus Hamborgh* Judicis munus ibidem gessit (*Ibid.* F. 220, 223), in cujus literis judicialibus Praefectus Arcis Aboënsis (*Höffuitzman pa Abo*) simul audit; qua dignitate a. jam 1411 ornatum fuisse, supra vidimus (p. 362, not. 25).



tis, ipse nominat; quae ejus gentis fuerit, ignoramus<sup>76</sup>). Ipsum anno jam 1437 de vita migrasse, e literis discimus *Olai Andrisson Tolk* supra allatis (p. 405 not.); unde errorem in numerorum nota inesse credas, cum eundem a. 1442 *Capitaneum Castri Aboënsis* vocari, Nobil. v. STIERNMAN refert<sup>77</sup>). Sed plus satis de hoc viro diximus.

54. Aut mendo textum nostrum hoc loco laborare, quod supra suspicati sumus (p. 371 not.), aut quod nunc magis placet, Auctorem minus commode mentem expressisse, manifestum est. Nihil certe aliud docere voluit, quam *nullam domum publicam* (*Episcopium* s. *Curiam Episcopalem* vocat MESSENIUS), ante *Magni* nostri tempora, Episcopos in urbe Aboënsi habuisse, sed extra urbem (in *Korois* et *Kairis*) habitasse. Hanc aedificationem a. 1417 a *Magno* fuisse susceptam, MESSENIUS (nescio unde?) tradit, *Scond.* T. X p. 180. Inter domos illas privatas (*Curias*, ut tum loquebantur) in urbe nostra sitas, quas Ecclesiae Cathedrali fuisse donatas, supra passim docuimus, nullas hactenus fuisse nisi *lignneas*, vix credas? Certe illam quam a. 1426 eidem Ecclesiae concessit *Laurentius Wammal* (l. *Wadmal*), Civis Aboënsis, his verbis ipse describit: -- „Kungör jak  
„ --- mik haffua vplath --- Domkirktionne j Abo min gard  
„ vidh ana liggiande, ganskan som han staar, met *Stenhws*  
„ ok träwirke, ok eenne gathubodh offwan gatuna, för II C.  
„ Englisca nobla met fulle wieth oc CXXX mark peningar  
„ i Abooskt mynth, som nw gaar, fyra marc swa godha som  
„ en nobil“, etc. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 186).

Veterum narrationem de exstructa Aboae a *Magno* nostro *Curia Episcopali* lapidea, ita auget RHYZELIUS (in vita nostri, p. 334), ut etiam domum novam *Consistorio habendo* dicatam aedificasse asserat, (Han lät giöra ett nytt *Consistorii-Hus* och bygga Biskopshuset af sten): quod unde didicerit, nescio.

<sup>76</sup>) Sororem conjicias fuisse *Walburgis Jönissa dotter*, quae fratri *Nicolai* nostri *Benedicto* nupserat?

<sup>77</sup>) Vid. *Tidn.* utg. af et *Sällff.* i Åbo l. c. p. 191.

Cum Castrum *Kuusto* pro majori parte erexisse, Auctor adjicit; non male MESSENIUS (l. c. T. X p. 19, ad a. 1431, quem ex conjectura huic operi assignat) hanc Magni nostri laudem ita explicat, ut doceat illum pluribus et elatioribus elegantioribusque castrum aedificiis adauxisse. (Cfr. quae diximus supra p. 416).

55. De primis Coenobii *Nådendalensis* initiis, supra jam disputavimus (p. 402 sqq.), Auctoresque unde petere plura liceret, simul indicavimus. Quibus adde Diss. M. PETRI ELMGREN (Praes. Cel. BILMARK hic Aboae a. 1775 ed.) *Analecta quaedam Historiae Coenobii Nådendalensis in Finlandia exhibentem*. Quod autem, cum Monialium Wadstensium primam ad has oras translationem, tum Monasterii iis in Valle Gratiae exstructi laudem, *Magno* nostro totam Auctor tribuit, licet et alios Regni Procere et Regem Christophorum ad illud adjuvandum consilium haud parum contulisse constet; ita explicari debet, ut noster ejus et praecipuus auctor et effector merito habeatur, qui sua diligentia, auctoritate, opibus, atque etiam pecunia, maxime illud promoverit. Cui sententiae, et Literae Regiae favent, apud Dn. RANCKEN l. c. legendae, et ordo beneficiorum ab hoc Episcopo in idem Coenobium collatorum (quorum seriem Auctor noster persequitur) confirmandae copiose inservit. His igitur diligentius explicandis ut immoremur, minus esse necessarium existimamus <sup>78</sup>).

56. Hujus rei nulla alia, quantum scimus, praeter hanc Auctoris nostri narrationem, superest memoria. Neque igitur consilium Coenobitarum, neque caussas contumaciae suae, neque materiam litis praecipuam, nos cognoscere, fatemur. Immunitatem quandam ab auctoritate Episcopi, affectasse videntur? Quam late vero extendere jura sua voluerint, definire non licet. Audaces autem fuisse jurium

---

<sup>78</sup>) [De initiis Coenobii *Nådendalensis*, minus nobis, cum haec scriberemus, perspectis, cfr. infra disputata; inprimis autem quae ex instituto in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1796 N:o 1, 2, 3, 5, 7 demonstravimus.]

suorum, non modo verorum sed etiam praetensorum assertores, ex literis etiam quodammodo colligas subjunctis <sup>79)</sup>,

<sup>79)</sup> „For alle the thetta breff höra eller see, kennis och „kwngör jak *Henrich Clauusson*, Riddare, Lagman j Nor-Fynne „Lagsagw, at then tiid jag Lagmanz ting hiolt met almogen j „Reso sokn, Birgela by, närvarandom beskedeligom mannom, „*Peder Karpalainen* Häradshöfdinge j Masko Häredhe, *Johan „Fläming* och flerom godhom mannom, kerde hederligen herre „*Mester Olaff Magni*, Domprouast j Abo, til *Nisse Hannusson*, „*Nadendals Closther's systeman*, ath for:de closters landboo i „Montiskala oc thom gozom ther omkring haffde forhuggit hans „timberskoogh och met vâlde affört takadh timber oc brandvidh „aff hans skoghom i Lolala och Kaupila. Til huilket Nisse Han- „nusson swaradhe, at for:de Montiskala gardh och the closteréna „godz ther omkring skuldhe vara lohtagande j thöm skoghom: „och epter thet han ther til enghin beuisning haffde, hwaske „breff eller lifuandes vitne, tha sköth jak thetta ärendeth til „the tolff i nempdena satho, -- The vitnadhe, ransakade och „skulu epter swäria tha edzbert vardher, om noghon vil aff them „edh haffua, at for:da skogha Domprouasten omtalar, liggia in- „nan Lolala och Kaupila boolstadha, skel och raar; och kunde „Nisse Hannusson ey beuisa eller noghor annar, at *Jons Inghonen*, „som for:da Montiskala gard oc the androm gooz saaldhe vnder „clostret, haffde nokot fangit met noghra lagliga fångo, innan „for:da Domproastens boolstadha, skel oc raar; och inghen moth „nempdena vedhia vildhe: Thy dömpde jak for:de Domproaste- „nom sina skoga frii oc the Closterens landboo, honum vâldhith „giort haffdo saka til XL marker och skadhan ather, met sämio „eller soornom eedhe, jnnan VII vikur, vidh VI marker for myn „dom. -- Giffuit och scriffuit j Reso Lögerdaghen nest fore Do- „minicam Invocavit, Aarom epter Gudz byrdh MCDXLIX, un- „dher mith Incigle“. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 262. Hasce lite- ras, diligentius a nobis nondum perfectas cum de primis Clau- stri Nådendalensis condendi moliminibus supra disputarem (p. 401 sq.), vel ideo hic afferendas putavimus, quod contra ac tum videbatur, praedium ab *Johanne Ingonis*, Episcopo Capituloque Aboënsi in usum *Claustri S. Annae in Reso* venditum (hac condi- tione, ut nisi illud claustrum incolume stabileque mansurum esset, praedium Altari S. Annae in Ecclesia Aboënsi cederet) revera *Monasterio Nådendalensi* acquisitum fuerit (sc. de *Monti- skala*, non de *Mettelä*, agebatur!); unde sequi putes, idem Mona- sterium quod deinde *Nådendal* appellabatur, primum *S. Annae*



quae docent, controversiam illis cum eodem Episcopo *Olavo*, cum Praepositus adhuc esset Aboënsis, de limitibus praediorum suorum, a Coenobii parte iniquam, intercessisse.

57. De concessio a R. *Magno Erici*, Monasterio *Padis* jure Patronatus in Ecclesiam *Borgo* (cum suis Capellis *Sibbo* et *Perno*), quod jus tam longam atque acrem inter Episcopos Aboënses et Fratres *Padisenses* litem peperit, ex professo alibi <sup>80)</sup> egimus; cfr. etiam dicta supra p. 258-264: ad quae igitur Lectorem remisisse, hoc loco sufficiat. Praecipua autem ad hanc causam pertinentia monumenta, infra in *Sylloge* dabimus.

Quomodo ex dictarum *Ecclesiarum censibus* *Missa Aurorae in Ecclesia Aboënsi perpetuata* ab Episcopo nostro fuerit, supra explicuimus (p. 348 sq. not. 10); licet non clarissime tamen pateat, quinam *census* (reditus ex istis ecclesiis) inprimis hic intelligantur? Partem credas eorum fuisse, qui ad Curatum loci pertinebant?

Caeterum Monachos *Padisenses* cum incolis littoris oppositi *Nylandensis* alias quoque commercium habuisse, vel praedia indicant, quae in Paroeciis *Kyrkslätt* et *Ingo* possedis, atque a. 1407 Equiti (s. Militi) *Thordoni Bonde* 80 *Marcis Rigensis* monetae vendidisse, leguntur <sup>81)</sup>.

dicatum, aut hoc cum illo conjunctum fuisse? cfr. RHYZELII *Monasteriol.* p. 291 sq. Valde est haec res obscura atque turbida; ut ex collata RHYZELII cum nostra disputatione (supra p. 401 sq.) satis patet! Num non nisi idem claustrum fuit, quod primum Ordini *Praedicatorum* consecrare Proceres Finlandiae optaverant, sed quod deinde *Brigittino* illi potius offerre placuit? quodque initio S. *Annae* appellabatur, variisque praediis dotabatur, loco interim suo primum in *Karinkylä* paroeciae *Masku*, deinde in *Reso*, tum in *Stenberg*, porro in *Helgå*, ac tandem in *Aylos* delecto atque varie mutato? Cfr. RHYZELIUS l. c. p. 291-214; MESSENIUS *Scand.* T. X. p. 18, 19, et *Chron. Rhythmic. Finl.* p. 34, 35, 36; RANCKEN l. c. p. 11-17, 22 sq. *Coenobium* certe *Näddentalense*, S. Johanni Baptistae, S. *Annae* et S. *Birgittae* praecipue dicatum fuisse, constat.

<sup>80)</sup> *Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo* a. 1785, *Bihang* p. 94—111.

<sup>81)</sup> Vid. Nobil. LAGERRING *Sw. R. Hift.* III Del. X C.

58. Quot voluminibus, quibusque et quanti pretii libris, haec constiterit collectio, definire non valemus; adeo omnia ejus perierunt vestigia! Ex *Hemmingiani* tamen illius penus comparatione, usuque temporis, conjectura de literaria hac gaza fieri quodammodo potest. Cfr. supra p. 212, et *Hist. nostra Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* p. 15 sq. *Juris* libros, qui hic laudantur, ad *Jus Canonicum* pertinuisse, facile intelligitur. Caeterum egregiam de religione et literis bene merendi propensionem, in utroque Episcopo haec cura demonstrat; nec parvo vel usui vel ornamento Ecclesiae Cathedralis eam inserviisse, existimandum est. Quod vero libros hosce *Venetis* Episcopum nostrum comparasse (una cum indumentis aliisque clenodiis Ecclesiae) MESSENIUS dicit (*Chron. Episc. in vita nostri*), ex minus diligenter perlecto Auctoris nostri textu, factum esse patet: concinit pro more RHYZELIUS, atque *sua pecunia* Episcopum omnia coëmissee ex ingenio addit.

59. Haec *Indumenta* et *Clenodia* Ecclesiae, diversa ab iis erant quae capellae Corporis Christi, a se conditae, Episcopum nostrum donasse, Auctor supra docuerat (cfr. p. 388 not. 18); affluentioreque jam fortuna fuisse usam, luculenter demonstrant, quae tam pretiosam ex *Auro* et *Argento* suppellectilem sibi comparare valeret. Sed haec omnia vis hostilis dudum abstulit! Quod *caput et brachia b. Henrici argentea facta* fuisse, Auctor noster narrat, id ita interpretatur MESSENIUS, ut argenteam ei fieri curasse *statuam*, Episcopum *Magnum* asserat<sup>82)</sup>; nescio quam vere? Cum enim nonnisi *Capitis et brachiorum* mentionem Auctor faciat, potius argento eadem inclusa tantum fuisse (infattade), significare voluisse, credas? Qua probata explicatione, dubium

15 §. p. 811; EJUSD. Saml. af Handl. i Sw. Hist. 2 Del. p. 185 sq. et v. STIERNMAN Höfd. Minne 2 Del. IX B. I C. (Tidsningar utgifne af et Sällskap i Åbo l. c. p. 232).

<sup>82)</sup> *Scand. T. X* p. 19 ad a. 1427; in *Chron. Rhythmic. Finl.* suo modo canit: Sancte Hindrichs han (Ep. Magnus) gödra lät Kesteliga rätt sölf belät. P. 34. In *Chronico* tamen *Episcoporum* ab Auctoris nostri verbis non discedit.

suboriri poterit, annon cum argenteis laminis quibus inclusa erant, ipsa etiam brachia ab hostibus ablata fuerint aut fracta atque abjecta, (a sacrilegis enim his praedonibus, neque sanctis rebus venerationem exhibitam, nec feram avaritiam a superstitione temporis coërcitam fuisse, constat); adeo ut quod hodieque servatur brachium Sancti, viridi colore inductum, alterius viri venerandi (fortassis b. *Hemmingi*, una cum reliquiario cui impositum habetur?) sit existimandum? Cfr. supra dicta p. 111 sq. not. 12.

*Evangelizare* atque *Epistolare* hujusmodi, et singulari scripta diligentia, et argento, ut noster dicit ornata, quanti hoc tempore pretii fuerint, eruditos non latet. Supra vidimus (p. 384 not.), Ecclesiam Wirmoënsē pro uno exemplo *Legendarii* Episcopo nostro *praedium Kintickala* dedisse. In alio monumento de eodem Episcopo legimus: „Han be-  
„reddhe Domkirkionne *twa messa böker meth nothom*; en  
„war soldh“ (nomine Ecclesiae Cathedralis) „til Loymeioki  
„kirkio, ok Här *Remar* som tha Yconomus var, bar op aff  
„Loymeioki Kirkio *LXXX marc redhe peningar for hona*,  
„ok the andra är j Domkirkionne, *swa godh som C marc*“. Habetur hoc testimonium, in Literis Capituli Aboënsis, ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 235 in *Fol. Hebdom. Ab.* (Åbo Nya Tidningar) a. 1789 N:o 42 exscriptis ac editis. Respondebant autem iis temporibus Marcae pecuniae Aboënsis IV cum dimidia, *Nobili Anglicano*, et marcae X uni Librae argenti puri (en lödig marf silfver); unde ingens talium librorum pretium satis apparet.

**60.** De auctoritate et meritis Episcopi nostri *Politicis*, non immerito Auctorem praeclare sentire, et quae attulit ejus rei argumenta, et communis monumentorum atque scriptorum veterum consensus, confirmant. Praeter muneris igitur sui splendorem (quo nomine et locum in Senatu Regni praecipuum, et inter omnes Finlandiae Proceres atque Magistratus primum, tuebatur), atque familiae, cognationis et affinitatum opes ac praesidia, virtutum quoque et meritorum suorum commendatione plurimum potuit. Qua auctoritate non abusum fuisse, sed ad pacem et salutem patriae tu-



tandam constanter usum summae justissimaeque laudi tribui debere, merito censetur.

De fide sua in Regem *Ericum* supra commemoravimus (p. 379). Nec R. *Christophoro* displicuisse reperimus. A Rege etiam *Carolo* magni factum, non modo Auctor noster testatur, sed alia quoque rerum documenta fidem faciunt.

Non modo ejus Coronationi (adeoque sine dubio etiam in Regem electioni) a. 1448 adfuisse <sup>83)</sup> constat, sed biennio quoque post consiliis eum impigre adjuvisse; unde Auctor noster scribit: *licet senio gravi confectus*, (annum enim aetatis agebat 92 aut 93) *quasi* (fere) *invitus extra dioecesin propter varia negotia expedienda -- in Regno* (in Svecia) *apud R. Carolum --- tota hyeme occupatur* <sup>84)</sup>, cujus gratia semper floruisse reperimus <sup>85)</sup>. Ac licet in numero Senatorum, qui ad Conventum Halmstadiensem eodem hoc anno (1450) missi fuerant parumque bene rem gesserant, quique deinde (pactioni Halmstadiensi convenienter) Arbogiae, ut

<sup>83)</sup> Vid. Nobil. LAGERBRING *Sw. R. Hist.* IV D. 7 C. 23 §. et 8 C. 2 §. Cum ad Comitia Regis eligendi causa praecipue convocata, omnes Episcopi cum reliquis proceribus convenissent, nosterque die 29 Junii Coronationi adfuisse reperiatur; dubium non est, quin Electioni quoque, die ejusdem mensis 20 factae, jure suo usus, interfuerit.

<sup>84)</sup> Si annum Auctor spectat 1450 (eundem quo Episcopatum *Magnus* deposuit), etiam aetatis sequentis partem in Svecia exegisse, constat: interfuit enim Comitibus Arbogiensibus, mense demum Junio celebratis. Vid. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 16. (*Festum Corporis Christi* hoc anno incidit in diem 4 Junii). Sed a. etiam proxime antecedente (1449) Regem invisisse; ex libertate Presbyteriis Alandensibus, eo praesente atque postulante a Rege indulta (*die proximo post diem S. Brigittae*, h. e. die 8 Octob.) patet; cfr. supra p. 418 sq. not. 45. Mansisse in Svēcia ad sequentis usque anni aetatem, probabile est?

<sup>85)</sup> Vid. LAGERBRING l. c. C. 8 §. 12, p. 447 sq. Benignum sese Regem in Episcopum nostrum constanter exhibuisse, ex Privilegio eidem *Dominica infra octavas S. Johannis Baptistae*, anno hoc Episcopatus sui ultimo (1450), adhuc concesso, patet; de quo supra p. 416 sq. (not. 41) commemoravimus. Cfr. *Lidn. utg. af et Sällskap i Åbo* a. 1785 Bih. p. 80 sq.

Regno Norvegiae renuntiaret Regi suaserunt, nomen suum reperiatur <sup>86)</sup>; hinc tamen male eum Regi consultum voluisse, colligi nequit <sup>87)</sup>. Quin absurdum non erit, si quis ad nostrum trahere voluerit, quae *Chronicon Rhythmicum* majus, (p. 402 sq.) de Episcopi cujusdam fide (nomine ejus suppresso) narrat, perfida nonnullorum Senatorum qui Halmstadii fuerant consilia, licet nonnisi interposito juramento sibi concredita, Regi tamen aperientis <sup>88)</sup>? De ipsis autem illis moliminibus, neque locus neque institutum nostrum pluribus disputare jam permittit <sup>89)</sup>.

Quam diligentem insignem atque honorificam de caetero in consiliis atque gestis sui temporis politicis moderandis adjuvandisque praestiterit, ut Senator, operam; ex-

<sup>86)</sup> Vid. LAGERBRING l. c. §. 12, p. 447, et §. 16 p. 455.

<sup>87)</sup> Cfr. LAGERBRING l. l. c. c. In his enim viros fuisse videmus haud paucos Regi minime inimicos, (etiam Generum suum *Ericum Erici* Gyllenstierna), de quorum igitur fide nec ipsum dubitasse, reperimus.

<sup>88)</sup> Cfr. LAGERBRING l. c. §. 17. Aut noster oportet fuerit *Magnus*, aut *Nicolaus* Lincopiensis, aut *Achatius* (Åke) Arosiensis, aut *Laurentius* Wexionensis: reliqui Episcopi partibus Regi adversis addicti erant. *Laurentius* autem rebus hujus aevi politicis minus interfuisse reperitur. Quod *senectutis* suae mentionem Episcopus laudatus facit, in nostrum haud male convenit, qui anno jam 1412 sedi Episcopali admotus fuit, quam reliqui tres ante a. 1440 non occupaverunt.

<sup>89)</sup> Non omnes hos Legatos in eadem culpa fuisse, sive conspirationis contra dignitatem rationesque Regis factae aut participes aut conscios, ipsa veterum narratio docet. Duces autem adversae factionis, cum invidia tum dominandi cupiditate actos, Danorum partibus magis quam Patriae saluti favisse, manifestum est; reliquosque partim corrupisse, partim decepisse, liquet. Neque obscurum est, multos Praelatorum atque Magnatum, de Unione Calmariensi renovanda et continuanda ideo consilia agitasse, ut in absentia Regis peregrini, privatae suae potentiae tuendae et augendae liberior sibi campus pateret: quare de R. *Caroli* viribus (Regno Norvegiae eum exuendo, aliisque juribus et ejus et patriae labefactandis) inique frangendis vehementer sollicitos se praebuisse reperimus, atque spe pacis cum Danis obtinendae firmandaeque etc. objecta, reliquorum oculos praestrinxisse.

plicare nobis minus necesse est, quum consulere de his liceat Nobil. LAGERBRING Sw. R. Hift. IV Del. passim: cfr. C. 2, §. 24, p. 94; §. 28, p. 104; §. 30, p. 109; C. 3, §. 3, p. 143 sq.; §. 12, p. 168; §. 16, p. 180; C. 4, §. 5, p. 219; etc.

61. Ut hujus rei ratio accurate intelligatur, paullo plenius explicandam putamus. Inierat Rex *Ericus* consilium, (*Henrico Königsmarckio*, ut traditur, auctore), tributa quae coloni Svecici fructibus terrarum suarum conferendis pendere haecenus consueverant, ita ab iis exigendi, ut fructuum illorum loco numeratam pecuniam, quae aestimatum horum aequaret valorem, solvere deberent<sup>90</sup>); quam tributorum pendendorum rationem etiam Fennis, cum a. 1407 has oras inviseret<sup>91</sup>), obtrusisse reperimus. Magnitudinem vero eorum ita definivit, ut integri praedii (Bøl) vectigal *X marcis* aestimaretur, minoris (Röf) *V Marcis*, et adhuc minoris (Rrof) *II Marcis* Svecicis<sup>92</sup>); gravi hac adjuncta conditione, ut, quo de

<sup>90</sup>) Cfr. De hoc consilio LAGERBRING l. c. Del. IV, C. V, §. 6, p. 239, et Literae Regis mox commemorandae.

<sup>91</sup>) Cfr. supra p. 363. Instituisse hanc rationem atque ordinem vectigalium pendendorum *cum ipse Finlandiam* adisset, ex iis quae de operis publicis praestandis *sese eo tempore cum colonis Fennicis pepigisse* (wi ware swa ower enä met them um thera ärvede, tha wi ther siälffuä i Finland ware) expresse testatur (in Literis a. 1419 datis et mox expendendis), colligi potest. Factum autem hoc a. 1407 fuisse judicamus, quod de priori itinere R. *Erici* Fennico (de quo Nobil. v. DALIN Sw. R. Hift. 2 Del. §. 14, p. 608, et LAGERBRING l. c. C. 1, §. 9, p. 21 commemorant) a. 1403 suscepto, nihil nostra monumenta loquantur: de Privilegiis autem quae Urbi Wiburgensi, hoc anno, ibidem praesens concessisse dicitur, quaeque unicum conservare hujus itineris vestigium putantur, infra quaedam monebimus.

<sup>92</sup>) Expresse in Literis a. 1414 datis (de quibus mox) testatur: *3 withen wel, at tho wi stadga gjordom met almoganom i Österlanden, tha skulde hwar Röf göre fäm marc, och hwar rrof II marc, of hwar böel X marc, oc ey mera. Marcae* autem valor hoc tempore talis erat, sicut monumenta nostra docent, ut marcae argenti puri (lödig marf) 6 ad 8 Marcae Svecicae, Nobili vero Anglicano 4 Marcae responderent. Cfr. LA-



summa vectigalis constituta Regi nihil decederet, pro ea integre solvenda Territorium quodque spondere deberet, atque hinc, si praedium aliquod vastum fuisset relictum et incultum, (colonis vel dilapsis, vel intereuntibus, vel in egestatem redactis), aut si tributo solvendo quacunq̄ue de causa aliqui facti fuissent impares, caeteri pro his penderent: quae res, praediorum ab incolis desertorum numero indies crescente, intolerabile in reliquos onus devolvebat <sup>93</sup>). Praeter summam vero pecuniae rustico cuique imperatam, operas quoque aedificandis arcibus et colendis praediis Regalibus (Rungſ-gårdar) antiquo more impendendas, praestare debebat <sup>94</sup>). Qui tamen rerum ordo nec ille diu illaesus mansit, sed brevi turbatus, Rusticis Finlandensibus, nunc hoc nunc illo novo gravatis onere, justam querendi materiam praebuit; quam tollere, cum res ad eum delata fuisset, primis imperii sui annis, Rex diligenter studuit <sup>95</sup>). Inprimis illos

---

GERBRING l. c. C. 5, §. 6, p. 229, et §. 15, p. 263. Antiqua autem colonorum Svecicorum onera plura, ad defendendam patriam etc. spectantia, praeterea sine dubio ferenda illis erant.

<sup>93</sup>) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 6, p. 239, et Litt. Senatus Regni a. 1436 datae, mox recensendae.

<sup>94</sup>) Quam hae essent onerosae, inde patet, quod cum Regina *Margareta* a. 1403 nonnisi eas posthac exactum iri promississet, quae tempore jam R. *Erici* Sancti praestandae Rusticis incubuerant, 16 tamen dierum operae quotannis cuique superessent faciendae. Cfr. v. DALIN l. c. §. 14, p. 608, et LAGERBRING l. c. C. 1, §. 4, p. 9.

<sup>95</sup>) Praeter imperatum illis a Rege tributum, exigebant ab iis Praefecti, quibus terrae, loco stipendii, erant in feudum datae, frumentum (dodrantem vel tres quartas partes Tonnae, 1  $\frac{1}{2}$  Spann fädh, ut nostrum habet exemplum; Nobb. VON DALIN l. c. C. 16, §. 2, p. 625 et LAGERBRING l. c. C. 2, §. 3, p. 51, scribunt 2 Spann) et foenum: quod improbens Rex, hoc nomine (vocari solebat Länsmänds-gielfd,) aut nihil, aut certe non plus quam a quovis praedio sive familia rustica minore (Röf) Oeram ( $\frac{1}{3}$  Marcae) exigendum esse iudicavit. Vid. Literae Regis ad *Summum Iudicium Finlandiae* (Lands-Rätten) dat. in *Castro Vordingborg a. 1444 in profesto b. Clementis Papae et Martiris, ex Reg. Eccles. Ab.* Fol. 42 descriptae et typis expressae in *Folius Hebdom, Aboëns.* a. 1784, N:o 25.

male habuit, quod pecuniae valor instabilis valde esset; quo sc. imminuto, cum summam tamen tributi eandem, ad

Deinde *Operae* (*Arbete*, *Daqswärken*) plures ab iis exigebantur, quam Rex definiverat; *Commeatus* nomine (*Gengård*) minores etiam Magistratus atque Tributi Exactores ut cibaria sibi conferrentur postulabant, nec non ut sibi hospitia praeterea libera, equi iter facientibus necessarii, ut et vecturae, gratis praestarentur. De quibus omnibus ita Rex statuit, ut ab his exactionibus Rusticos immunes declararet, nec tales *Commeatus* etc. praebere oportere, nisi ubi aut Ipse aut Conjux sua Philippa ad has oras advenisset, aut peculiariter hoc jus esse alicui imperitum suis literis Rex prius significasset; Exactores autem tributi ita provincias peragrarare jussit, ut nihil inde aut oneris aut damni Rusticis enascetur. Vid. Literae Regis datae *Köpendhamn a. 1449 feria quinta proxima post festum decollacionis b. Johannis Baptistae*, in cit. *Fol. Hebd. Ab. N.o 48, ex Reg. Eccles. Ab. Fol. 41* typis descriptae; quae licet datam ad querelas incolarum Ditionis Aboënsis (qui per delegatos eum Hafniae adierant) responsionem et sententiam Regis proxime contineant, quin tamen ad reliquos etiam Fenniae colonos, simili ex ratione spectaverint, dubitari nequit. Exhibent vero eadem alia quoque nonnulla momenta, ad conditionem terrae atque incolarum Finlandensium, iis temporibus, cognoscendam pertinentia, quae igitur hoc loco praeterire non debuimus. Primum Rex edixit, ut inquilini (*Englöpsmän*, quos nostris *Suhysesmän* et *Backflugshjon* respondisse credas?) Rusticos in tributo pendendo (s. in definita ejus summa conferenda) pro suis quisque facultatibus (ac ita ut ad interitum tamen non redigerentur) adjuvarent; quam eorum symbolam quatuor patresfamilias honesti (*Dandemän*), a Praefecto ditionis et rusticis in hanc rem delecti, definire debebant. Deinde statuit, ut deficiente numerata pecunia (cujus magna his temporibus inopia erat), fructus et merces Rusticorum, loco pecuniae ab iis recipiendae et mercatoribus postea, ad pecuniam conficiendam vendendae (*Bärdören*), non pro arbitrio exactorum aestimarentur, (quae res gravissimo occasionem dederat abusui et vexationi), sed pretia earum ex sententia 8 Patrumfamilias honestorum (*Dandemän*), quorum 4 a Praefecto (aut Exactore), *Fögöden*, et 4 a Rusticis deligi debebant, definirentur. Tandem sanxit, ut remotioribus ab Arce incolis, quibus difficillimum esset (quod paucae adhuc in his terris viae apertae fuerant) tributa sua aestivo tempore pendenda devehere, sequente demum hyeme solvere, nulla tamen neque Regis neque sua jactura liceret; quam ob rem hu-

argenti puri valorem aestimatam, pendere cogentur, ad quam explendam numero numerorum multo jam majori opus esset; ipsum tributum pro eadem ratione auctum existimabant, et vehementer querebantur<sup>96</sup>).

Litterae autem in *Registro Ecclesiae Aboënsis* duplicis exempli servantur, quibus Senatam Regni a. 1436, post abrogatum R. *Erico* imperium, huic malo mederi (Episcopo nostro, ut probabile est, maxime urgente et permovente) studuisse reperimus, et ad quas Auctorem nostrum existimamus hic respexisse. Utrumque exemplum eodem die exaratum est (*Stockholmiae die S. Johannis Baptistae*), eosdemque Auctores praefert (*Olavum* Archiep. Upsaliensem, *Chri-*

jus quoque rei arbitrium, (quibus scil. hoc concedi deberet beneficium, vel minus,) Octo viris bonis, utriusque partis iudicio legendis, permitti voluit.

<sup>96</sup>) Quo tempore de tributi pendendi ratione inter Regem et rusticos Finlandiae convenit, *Numus Aboënsis*, *thet förste* (fortassis *störste*? nam numi his *Örtugis* sive *Denariis* majores nondum eudebantur) mynth VI *Penningos* valuit; ita ut IV tales *Numi* (*Örtugi* s. *Denarii*) *Öram*, h. e. Octavam *Marcae* partem, impleant. Eodem tempore VIII *penningi* respondebant *skillingo Prussico*, et 3 *penningi Revalico* (qui itaque dimidium valuit *Örtugum* Aboënsis). Anno vero 1414 de valore monetae immunito nostri jam querebantur; quem tum quidem a prima sua ratione recedere Rex vetuit. (Vid. Litt. Regis Wordingborgi hoc anno datas, quas nuper laudavimus). Sed a. 1419 aliter jam definitum reperimus; nam ab eo circiter tempore *Numus Aboënsis* nonnisi IV *Penningos* valuit, ita ut VI tales *Numi* ad *Öram* implendam requirentur: unde, cum numerus Numerorum pro summa efficienda tributū stipulata expendorum, tripla parte major jam exigeretur, tributum suum triente auctum esse, Rustici ratiocinabantur; non recordati, pretia quoque rerum omnium (adeoque etiam fructuum ex terris suis perceptorum) tantundem quantum *Numi* valor (propter materiae corruptionem) diminutus fuerat, simul crevisse, ita ut numis licet pluribus numeratis, tributū tamen a se collati magnitudo vere eadem maneret. Justam tamen hanc fuisse Fennorum querelam, Senatus etiam Regni, Literis mox commemorandis, agnovit. Sed tali fallacia, non ista tantum tempora, in hujusmodi calculis ponendis minus versata, deludi se passa sunt!



*stiernum Nicolai Drotzetum, Carolum Canuti Mareschallum, et omnes Senatores Regni Sveciae, mene Rikens Raad i Sverige*). Alteri exemplo (quod laudati *Registri Folio 26* habetur, quodque typis expressum dedimus in *Fol. Hebdom. Ab. a. 1784, N:o 26*) hujusmodi inscriptio praemittitur: „Nadhenne breff, huru *en tridhing* afslogx aff skatten her j Landheth som öffuer alt rikedh är“ (cujus epigraphes sensum ab Auctore quoque nostro adoptatum et expressum esse apparet); sed Litterae ipsae nihil aliud continent, nisi generale promissum de vectigalibus, tributis et oneribus quibuscunque injustis, non harum minus terrarum colonis (Bönderna oc Almogen i Österlandom) quam aliis Regni rusticis remittendis <sup>97</sup>), hac addita ratione, *quod Fenni fidem Senatui Reiquepublicae et hucusque illaesam servaverant, et posthac sese servaturos sponderent, neque ullum Ducem electuros aut recepturos, nisi quem Senatus constituisset*. Alteri exemplo, (quod priori illi addebatur, quodque ex eodem *Reg. Eccles. Ab. Fol. 27* descriptum, loco supra citato, N:o 28, typis vulgavimus) haec epigrapha praemissa legitur: Nadhenne Breff pa huar sempthe Rööf, som affslogx aff Skatthen fore thet som fröfä och under Rirkian är komedh. His Literis, Senatus non modo superiores illas confirmavit sed etiam causas oppressionis sub qua Fenni gemebant (ac unde Tributum illis imperatum, ut Auctor noster dicit, gravissimum et *importabile*, h. e. intolerabile, onus viribus suis majus, evaserat) exposuit, easdem de quibus Rustici questi fuerant, diminutionem scil. valoris monetae, ac summam tamen tributi impositi neque hanc ob rem, neque numero licet prae-

---

<sup>97</sup>) Verba ipsa habent: „Tha haffuom vi them taget oc „annamat j worth forswar ok enkanneliga hegn på Rikesens „vegna, lika vidh annan Rikesens almogha; ok haffuom vi them „sagdh ok stadeliga loffuadh, at the skulle alleledis haffua ok „niwtha nadher ok liisa um there scath, olagha aalägninger oc „allan tungha, som almogan her i Rikeno faar ok niwter j allo „motto.“ Hujus igitur rei veram accuratius explicare indolem non valemus; quod rationem remissi reliquis Regni colonis tributi hic commemoratam, ignoramus.

diorum censiticorum vehementer imminuto, sibi remissam; qua acerbitate fere ad incitas essent redacti. Verba ipsa Senatus, maxime illa notabilia, subjungimus <sup>98</sup>); ex quibus simul discimus, anno jam praecedente tertiam tributi partem, illam videlicet, quam per tantundem imminutum pecuniae valorem injuste accessisse contenderant, fuisse iis condonata. Medelam praeterea his malis illam attulit, ut praediis quae vel Nobilitati <sup>99</sup>) vel Ecclesiae concessa fuerant, atque hinc immunitate a tributis fruebantur, primum deductis (una cum illa tributi parte, quae respectu ad ea habito constituta primitus fuerat), deinde summa reliqua praediorum tributo subjectorum quinta parte minueretur, sed summa pecuniae, praediorum certo modo vel mensurae, pro magnitudine sua imperata, qualem supra retulimus, stabilis maneret <sup>100</sup>); ac tum summa magnitudinis praediorum inter

<sup>98</sup>) „Oc the haffua nw kerdh for oss, at there retthe scat-  
 „ter oc alla olagha aalägningar, som omille fogadha them met  
 „böön eller trang tillagdh haffdo, räknadis them j peningar, tha  
 „peninghstadgan met them giordis, oc then samma stadgen är ennw  
 „swa stoor ephther peninga tall oc werdh, som tha han först  
 „uppa lagdis, i swa matto, at Aboescer Peningen then tha giik  
 „for siex smaa peninger oc fyre giordhe fulth for en Öre, gar  
 „nw for fyre peninger, swa ath siex giöre en öre. Thermet öktis  
 „stadgen enom tridhiungh högre, oc stoodh swa i siexton aar,  
 „til fiord han först afflagdis. Thy haffue the ther wm enga liisa  
 „fangeth, utan äre fordärffuade och forarmadha, swa oc marga  
 „röka eller mantall äre ödhalagdh, och the göre tog“ (dock) „scat-  
 „ten fulleliga wth fore them som fore sik sielffua.“

<sup>99</sup>) Ad *Nobiles* enim referri, atque cum his sensim confundi coeperunt, quotquot praedia sua liberandi potestatem (equestri militiae nomen dando armaturamque ad hanc necessariam praestando) acceperant, *Frälſis*-män. Unde etiam Auctor noster *praedia libera* describit talia *quae vel Ecclesia vel nobiles patriae acquisiverant*. Vid. supra p. 373.

<sup>100</sup>) „Ty haffuom wi there Keremaall offuervägat oc sam-  
 „dragteliga stadgat och giort pa Rikesens wegna, them til möge-  
 „ligen liisä: Först, at alth thet j frelse är komith, oc the lag-  
 „fanget haffua till thenne dagh, som ey förre afflagdh är, skall  
 „först affräknas, swa at engen trätta bliffuer ther wm mellan  
 „frelsit oc scattabönderna, oc sidhan skall affslas met boondom

Paroecias (ad idem Territorium pertinentes) justis partibus, ex bonorum virorum aestimatione, examine ac iudicio aequaretur<sup>101</sup>); operarum denique, tignorum ac reliquae materiae, arcibus aedificandis debitorum summa, (namque pecuniam aestimatam et horum loco praestare, injunctum sibi fuerat), de summa generali vectigalis, sive tributi sibi impositi partim deduceretur, praevia tamen aestimatione ab Episcopo, Senatoribus iis in oris degentibus, aliisque bonis viris definienda<sup>102</sup>). Consilium harum literarum uberius explicandum duximus, quod et res exhibent per se memoria dignas, et non satis ab Historicis nostris diligenter consultas fuisse, reperimus<sup>103</sup>).

Beneficii, prioris exempli literis concessi usum a R. *Christophoro* popularibus nostris confirmatum fuisse, reperimus<sup>104</sup>); qui ab *Avunculo suo R. Erico ejusque in Suecia*

---

„huar fämpte rööök oc mantall, oc markataleth bliffua standende „som thet nu är.“

<sup>101</sup>) „Och alla Röka oc Kroka oc Booll sculu jämpkas „Sokna j mellan, epter godha manna sägn oc ranzakan.“

<sup>102</sup>) „Item om Slotzsins bygningh, huad som fogdana till „huart Sloth ärfuode, tymer oc annat swadanth, som förre j „peninger war lagdh, at thet affsloos j there peningestadga, „epter ty Biscopen ther j landit, Rikesens Raad oc andre godha „män them j millan middlä thet epter skälighet.“

<sup>103</sup>) Attingit paucis, ita tamen ut bina haec decreta non distinguat, Nobil. VON DALIN l. c. C. 16, §. 25, p. 668; nullam harum literarum apud Nobil. LAGERBRING factam invenio mentionem. Non bene mentem earum percepisse videtur, qui epigraphen nuper commemoratam iis in *Registro Ecclesiae Ab.* praeponit, quam Auctor noster ad verbum expressit, dicens *quintam partem tributi regii remissam colonis fuisse, propter praedia et terras Coronae quae vel Ecclesia vel Nobiles patriae acquisiverant.* Aperte enim Senatus sanxit, ut *deductis primum praediis illis liberis, deinde reliquorum praediorum censiticorum summa quinta parte minueretur*, idque ob multitudinem praediorum quae interim a colonis deserta, ad vastitatem redacta fuerant.

<sup>104</sup>) Literis suis in *Castro Stockholm, ipso die beati Kalixti* a:o 1441 datis, quas ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 27 sq. descriptas inseruimus *Appendici ad Fol. Hebdom. Ab.* a. 1785, p. 62 sq.



*Senatu illud profectum fuisse, asserit* <sup>105</sup>). Utrum levamenti posterioribus Literis a Senatu praestiti usuram illis illibatam permiserit, an minus, haud scimus; nisi quod verba Auctoris mox expendenda illud confirmare videntur.

**62.** Commemorabilis sane hujus rei nulla alia superest, nisi quam hic locus exhibet, memoria; unde etiam Historicorum nostrorum prorsus effugit notitiam: qui de consilio quidem R. *Caroli*, turbatam pecuniae rationem emendandi commemorant, edictumque ejus laudant, quo a. 1453 sanxit, ut portorium quod ex invectis mercibus peregrinis Regi pendendum erat, nonnisi argento appenso solvere liceret <sup>106</sup>); sed beneficium quod ante XVII annos, tributi acerbitate lenienda Rusticis Finlandensibus ipse, cum reliquis Regni Senatoribus concesserat, (quoque interim, regnante *Christophoro*, tranquille usos fuisse, hinc colligas) *monetae reparandae* caussa revocasse, ignorant. Rem Fennis gratam accidere non potuisse, facile intelligitur; utrum vero cum

---

Datae illae quidem sunt nominatim incolis Ditionis Aboënsis (alla vara elffeliga undersata, bönder oc bofarsa, i Åbo lään liggjande); sed nec reliquos Fenniae agricolas ab eadem benignitate regia fuisse exclusos, putamus.

<sup>105</sup>) Verba ejus sunt: „Nögre aff eder haffua nu warith „fore oss här j Stochölm, oc bidhet ödmikeliga oppo allas idre „wegna, åt j motten wardha niwtande *then stadga, nadher oc „liisa om ider skat oc andre aarlige wtskylder, som högburen „Herra, wäär Moderbroder, Herra Konung Erich oc hans Raad „j Sverige ider wnt oc giffuith haffde nw fore nager aar, tha „andre* [Riksens] *skattebönder här inne j riketh nader oc liisa „fingö.*“ Idem respexisse statutum videtur, quod in literis suis a. 1436 commemorat Senatus, annoque proxime praecedenti (1435) factum fuisse testatur; quodque Rege hoc anno Stockholmiam invisente, Senatui efflagitanti illum concessisse, (quo tempore in alia quoque decreta res Fenniae salutemque spectantia illum consensisse infra videbimus) non est improbabile, adeoque ad querelas Svecorum non omnino surdas aures habuisse, vel habere videri voluisse? Cfr. de rebus hujus temporis Nob. LAGERBRING, l. c. C. 2, §§. 29-32.

<sup>106</sup>) Cfr. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 31, p. 493.

seditionibus quarum mox subjungit auctor mentionem, aliquo modo colligata fuerit, penitus nos latet.

**63.** Neque harum *seditionum* (quas *valde periculosas* fuisse Auctor prodit) aliunde ullam habemus cognitionem; quare nec quibus ex caussis, nec quibus auctoribus, neque quibus inprimis Satacundiae locis, neque quo tempore eruperint, hodie scimus. Tangit WEXIONIUS *Descript. Sveciae* L. V, C. XI; sed sua sine dubio ex Chronico nostro hausit. *Magni* nostri auctoritate et prudentia restinctas fuisse cum Auctor doceat, armis ad eas reprimendas opus non fuisse, credas?

**64.** Caussas hujus consilii, quas breviter Auctor tangit, plenius Literae ipsae explicant R. *Erici*, Stockholmiae a. 1435 (die proximo post festum Apostolorum Simonis et Judae) datae; quas ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 39) descriptas, inserendas curavimus *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1783, N:o 43, p. 340 sq. Vastam terrae amplitudinem et viarum asperitatem impedivisse, inde discimus, quo minus Legifer, ut Leges Patriae jubeant, semel quotannis judicia per omnem ditionem suam exercere posset; non enim incolas ad unum vel pauca quaedam loca, jus persecuturos congregare illi licebat, sed singula Territoriâ (Härader) adire debebat (cfr. *Cod. Legg. Christophor. Tingmåla-Balk* XI C.): quare *suasu Senatorum suorum, maxime eorum qui ex Österlandia aderant* (quorum praecipuus noster fuit Episcopus), *qui terrae conditionem norant*, se inter duos Legiferos eam provinciam divisisse, Rex testatur. Iisdem Literis limites provinciae, cuique Legifero attributae, accurate definiuntur: ita ut *Legifero Fenniae Australis*, Finlandia australis cum insulis ad eam pertinentibus, Nylandia, Karelia orientalis et occidentalis (quae etiam Savolaxiam complectebatur) et Tavastia, assignarentur; *Legifero autem Fenniae Borealis*, praeter Finlandiam borealem cum suis insulis, Satacundia superior et inferior, Ostrobotnia atque Alandia, impertirentur.

Vacasse hoc tempore munus Legiferi Österlandensis (s. Finlandensis) credas; cui post *Nicolaum* (Clauus) *Fle-*

ming, a. 1425 mortuum <sup>107</sup>), praefuisse anno adhuc 1434 *Petrum Fleming* infra videbimus. Novos autem Legiferos constitutos fuisse *Matthiam Martini* (Mats Mårtensson) in Fennia Australi, et *Sunonem Sunonis* (Sone Sonesson) in Fennia Boreali, observat Nobil. VON DALIN l. c. C. 16, §. 21 not. (u): de quibus infra dicemus.

Eodem die, iisque sine dubio Consiliariis suadentibus Rex aliud quoque institutum perfecit sapiens ac Fenniae valde salutare, *Judicio* videlicet constituto *Supremo* (*Judicium Provinciale*, *Landes-Rätt* appellari voluit) <sup>108</sup>), Aboae semel quotannis habendo <sup>109</sup>), quod nomine ipsius Regis au-

<sup>107</sup>) Ut docet Nobil. UGGLA l. c. N:o 403, p. 43, *Claudium* (*Claes*) communi appellans errore. Cfr. supra p. 358 sqq. not. (22); ubi munus Legiferi diu ante indicatum a Nobiliss. Viro annum 1420 administrasse, simul demonstratur.

<sup>108</sup>) [Tribunal hoc Supremum Finlandiae (*Landes-Rätten i Finland*) nihil aliud fuisse quam vetus illud *Judicium Inquisitorium* (*Räffte-Ring*) stato tempore atque loco quotannis habendum, cujus forma accuratius et explicatius fuit definita, facile apparet.]

<sup>109</sup>) Circa *festum S. Henrici aestivum* (neste um dag for Sancte *Henrics* dagh um Somaren). Mendum irrepsit in textum *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. p. 330 lin. 13, ubi pro *Henrics* male legitur *Johannis*, quod igitur corrigi debet. *Festum* autem indigitatur *Translationis b. Henrici*, die 18 Junii magna solennitate a Fennis olim celebratum; cfr. supra p. 111 not. (12), et p. 115 not. (15). Disputationem autem Nobiliss. LAGERBRING l. c. C. 2, §. 32, p. 114 not. (\*), fateor me (quod *Officia propria Patronor. R. Sveciae* oculis usurpare non licet?) haud intelligere. [Neque satis apte idem loquitur l. c. Tomi IV Cap. I §. 10 p. 26 dicens: „uti K. *Eric's* Bref af år 1411 talas om den Lands-„rätt som Hans Nåd skipat i Åbo, til följe hvarutaf Claws Ly-„dekeson delt Krono-almänningarne där uti landet emellan vissa „Åboer“ etc. Literae scil. ipsae Regis, supra p. 362 legendae, ad supremum illud Finlandiae *Judicium* datae, explicant Regis ejusdem consilium, de terris communibus a *Nicolao Lydechini*, ex data ei antea venia certis conditionibus inter incolas dividendis.] Caeterum tempus hoc, *Judicio* Finlandiae Summo habendo praestitutum, plerumque adeo sollicite observatum fuisse reperimus, ut inter *Sententias* ejusdem *Judicii* VII integras, post a. 1435 perscriptas, quae in *Reg. Eccles. Ab.* servantur, nonnisi



etoritateque summa inter harum terrarum incolas lites dirimere ac jus dicere deberet. Literae Regiae rationes consilii sui exhibentes <sup>110</sup>), et Supremi hujus Tribunalis formam ac potestatem describentes, membra designantes, causasque definiendas examini eorum subjiciendas, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* (Fol. 38) servantur; unde typis expressas legere licet in *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1783, N:o 42, p. 329 sqq. Quarum summam cum diligenter exhibeat Nobil. LAGERBRING (Sw. R. Hift. 4 D., 2 C., 32 §., p. 113 sq.), hoc loco eandem explicare, minus necesse est. Observare autem debemus, hoc consilium atque institutum plane novum haud fuisse, aut nunc demum excogitatum; a Rege enim in Finlandia praesente, anno jam 1407 tentatum esse, reperimus. Testantur hoc Literae Regis supra laudatae, scriptae in *Castro Helsingborg* a. 1411, quas ad incolas Fenniae mittens, ita orditur: **Wi Eric met Gudz nadh = = helsa alla the ther biggia oc boe under then Landz-Rätt war naadh haffuer skipat i Abo, etc.** <sup>111</sup>); et aliae illae datae in *Castro Worthingborg* a. 1414, hanc inscriptionem praeferentes: **Wy Eric = = hylsä edher ware älsfeliga gode men, ther wy haffua befolth sitia offuer Landgrättin i Österland i Abo etc.** <sup>112</sup>), adeoque ad ipsum hoc Tribunal missae; cui minus diligenter peractas muneris sibi demandati partes exprobrat <sup>113</sup>).

binae (eodem utraque anno, 1446) datae leguntur die Veneris proximo ante festum Philippi et Jacobi (d. 29 Aprilis), reliquae omnes inter diem XI et XVIII Junii.

<sup>110</sup>) Verba huc spectantia talia sunt: **Wi = = finnom oc wiselika merkom, at med ider ther i landhet, som fierran ligger fran Nitet, är stor wanskilse um råth of lagh, enfannelica aff thy at wi fore Nitenes ärende skuld sellen funnom thüidh i landhet koma, of almoghanom är afftungth thädan sökia of swa fierran med there ärende of käremslom.**

<sup>111</sup>) Vid. supra p. 362, not. 25.

<sup>112</sup>) Vid. *Folia Hebdom. Aboënsia* a. 1784 N:o 25 p. 193 sqq. Cfr. supra p. 362 sq. not. (25) et p. 442 not. (95).

<sup>113</sup>) Verba ipsa hujusmodi sunt: **Wy undra storlifa, at the fatighe män aff Österlandh söke of swa fierran met there käremsl,**

Confirmat eandem rem Sententia Judicialis ab eodem Tribunali a. 1415 lata, cujus exemplum in laudato saepe *Registro Eccles. Aboënsis* habetur <sup>114</sup>). Nondum tamen aut

**ep̄ter thet wi haffua ider yterlike** (iterum, post demandatam illis olim provinciam!) **befolth** at hõra oc rätta all ärende thet i landet, oc skipa allom rãth, fatighom oc rikom, swa wel ynbirdis mellan ider, som andre. **Th** bedie wi idher of hyuda, at **I** fly thenne swa, at the fatighe män aff landhet ey tarffua at löpa til of med theris keremol. **Sighin** rätten mellan alla, bode fatighe of rife, som **I** wilie for Gud answara. **Wil** nogher **sif amothe rãth werria, tha umbiuder of thet, wi wilie ther wider göra som of bör a rãth wegua.** Nullam aliam sibi reservatam Rex voluit potestatem, quam illos coërendi, qui Summi Tribunalis spernere auctoritatem auderent. Caeterum ex perlatis ad Regem querelis atque caussis, Tribunalis nostri vel negligentiam vel injustitiam mox colligere non licet: vetat et multorum hominum pertinacia, et multarum caussarum indoles, et nostrae plebis de Regum suorum non modo justitia et sapientia, sed etiam paterna benignitate persuasio haereditaria, a quibus nihil non beneficii sese sperare posse pie existimant; quamobrem, ubi injuriam sibi fieri vel suspicabantur, (qualis suspicio in sua re non semper vera aut idonea niti solet ratione), nulla facile difficultate a summo hoc suo tutore adeundo sese deterreri passi sunt.

<sup>114</sup>) Fol. 166 sq. Typis expressum legi potest in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785, Append. p. 56 sq.* et jam antea descriptum habebatur in *CHRIST. LIMNELL Disp. de Tavastia C. I p. 8 sq.* Cfr. supra p. 363, not. 25. Initium tale est: „Wii Magnus met „Gudz nadh Biscop j Abo, *Nicles Olafson* Riddare, j thetta sin „Konungx dom innehaffuandhe, *Olaff Olafson* i Lagmandz stadh „sitiandhe, a ärligs manz vegna Herre *Clavus Flümingx* Riddars, „*Clavus Lydiksson, Waldemar Diegn, Jon Ralamb, Olaff Matsson,* „*Haquon Knutsson, Hartika Dyker, Haquon Frilla, Sone Sonas-* „*son,* och *Tuwe Niclesson,* Kennomps met thetta vora opna breffue, „at then tiid vii *Lanzrätten* hullom j Abo, a högborens Förste „*weghna, vars nadugs herra, Konungh Erichz,* anno Domini „MCDXV, daghen näst ep̄ter sancti Johannis Baptiste dagh,“ etc. Unde patet, formam hujus Judicii jam tum eandem fuisse, quam literis suis Rex a. 1435 describit. Et nec hoc anno posterior habeatur, atque anni nota vitio laborare credatur, observamus *Rhodgerum* Praepositum Aboënsem (qui ante a. 1422 e vita discessit), et *Johannem Amundi* Archidiaconum (quem ante a. 1427 mortuum fuisse constat), praesentes fuisse.

aeque perfecte instructum, aut aeque solenniter institutum fuisse, credas? Alia praeterea curanda negotia publica (praeter juris reddendi summam potestatem) eidem initio fuisse commissa, putes <sup>115</sup>? Certum vero est, constitutum hoc Tribunal fuisse loco *Judicii Regii et Inquisitorii et Correctorii* (Råffte-Ting et Råttare-Ting), quod utrumque aut a Rege ipso, aut ejus nomine, haberi, ad praescriptum Legibus tenorem olim suevit; sententiam pronuntiandi munere, hoc tempore, non facile viris minoris dignitatis quam Regni Senatoribus (qui tum judicandi potestate Regia gaudere, innehafwa Rönungö Dom, dicebantur), mandato <sup>116</sup>: unde quamdiu hocce Tribunal apud majores nostros vixit <sup>117</sup>, non nisi rarissime

<sup>115</sup>) In literis quas nuper laudavimus, a. 1411 et 1414 datis, Rex huic Tribunali sententiam suam de negotiis variis significat Oeconomicis: in prioribus, de sylvis vastis publicis cultorum industriae concedendis, in posterioribus de tributi magnitudine non augenda, et de pecuniae ratione conservanda; rogans tandem, ut in rebus omnibus administrandis utilitatem et Regis et Provinciae diligenter spectent, qua de re neque sese dubitare, blanditer addit (S al ärende pröwer worth oc landzens besta oc bestandh, som wy iber wel tiltro oc wel withe at S gerna görin). Quae omnia, ad solam potestatem judicariam, hujus Tribunalis officia primum restricta haud fuisse, prodere videntur.

<sup>116</sup>) Vid. Nobil. STIERNHÖÖK *de Jure Sveonum et Gothor. vetusto* L. I, C. II, p. 36-43. Cfr. Celeb. HALLENBERG *Svea Rikes Hist. under K. Gustaf Adolfs Reger.* III B. XVI C. p. 117 sqq. Non tamen nullam adhuc superesse materiam Juris nostri veteris Studioso putamus, utriusque hujus Judicii rationem atque historiam ex instituto persequendi, et de veris illorum limitibus, nunc distinctis nunc confusis, nunc definitis nunc prolatiis etc. disputandi. Caeterum *Tribunal* de quo loquimur *Provinciale Finlandiae* ad superiorum illorum Judiciorum formam, atque morem causas cognoscendi et dijudicandi solennem, studiose fuisse adornatum, conferenti facile patet: quamobrem nec ullum, novo hoc instituto adoptando, a veteri jure legibusque patriae factum fuisse discessum, apparet.

<sup>117</sup>) Post a. 1446 Tribunalis hujus nulla amplius occurrit mentio, sed pristina Judicia Regia (Råffte-Ting) veteri more habita, (neque tamen horum solenni forma semper accuratissime



alia illa Judicia Regia (Räffte- et Rättare-Ring) habita in his oris fuisse, reperimus <sup>118</sup>).

65. Errasse hoc loco Auctorem nostrum, et quod jam tempore Episcopi *Hemmingi* contigit, atque favori admodum potentis in his oris viri, *Nicolai Thuronis* (Bielke), qui Legiferi Finlandensis tum fungebatur munere, a Rege *Haquino* datum fuit, ad *Magni* Episcopi tempora traxisse ejusque laudibus temere adjunxisse, apertum est <sup>119</sup>). In quem er-

---

servata) in monumentis nostris commemorantur. Quorum Judiciorum Praesides, aut Judices Regios, cum hoc aevo nullos facile constitutos esse existimemus, nisi Regni Senatores; horum indicem a Nobil. UGGLA editum, ex talibus monumentis augeri posse, credimus. Sic eorum qui his rebus diligentius examinandis operam tribuere voluerint, judicium esto, annon *Steno Boson* (*Natt och Dag*) aequae ac *Jonis Andersson* et *Ivar Niclisson* (*Röde*) (vid. Nobil. UGGLA l. c. N:o 395 et 366), hoc argumento Regni Senatoribus adjungi debeat? Cfr. supra p. 361 not. 24. Certe nomen suum in Sententiis Judicialibus annorum 1405 et 1407, nomini *Nicolai Fleming*, Legiferi (et Senatoris) praeponitur. Cumque iisdem in Literis non sine singulari honoris praefatione nominetur *Jusse Dufva*, *Konungens Hofmestare*, nescio annon cum illo quoque munere dignitas Senatoria fuerit conjuncta? Praeterea, cum *Legiferorum Finlandensium* aliquot ad Senatorium pertinuisse ordinem sit indubium; definiendum erit, annon etiam reliquis eodem munere ornatis, Senatoria dignitas competierit, quamvis ob locorum longinquitatem publicis interesse Regni negotiis, rarius iis licuerit? Sed haec obiter.

<sup>118</sup>) Existit sententia *Judicii Regii Inquisitorii* (Räffte-Rings Dom) anno 1420 lata, (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 134, typis descripta in *Fol. Hebdom. Ab.* a. 1789, N:o 40) hujus generis, unica quae inter a. 1407 et 1447 scripta supersit, cujus tale est initium: *Vi Carl Ora, Knuth Udson, Niclis Göstafsson, Niclis Arengislasen, Riddare, Konungs Dom hafuande i thetta sin, etc.* Horum duo primi cum quarto, a Nobil. UGGLA inter Senatores Regni recensentur (l. c. N:o 435, 416, 401); quare non dubitamus, quin etiam tertius iis debeat annumerari.

<sup>119</sup>) Docuit jam PERINGSKÖLDIUS *Monum. Upl.* T. I, p. 26 sq. et post eum reliqui nostri Historici, v. DALIN *Sv. R. Hist.* II D. C. 13, §. 18; v. STIERNMAN *Höfd. M.* II D. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, *Append.* p. 186); LAGERBRING *Sv. R. Hist.* III D. C. VI, §. 53, etc.

rorem incidisse eo magis miramur, quo certius ex multis locis elucet, eum Vetus *Registrum Ecclesiae Aboënsis*, in quo Literarum a R. *Haquino* hac ipsa de re publicatarum exemplum servatur, oculis usurpasse et haud indiligenter consuluisse. Cum de re ipsa, tum de Litteris Regiis illam spectantibus, egimus, locaque ubi hae legi possint indicavimus supra (p. 278 sq. not. 115—118).-

66. Ad dignitatem Archiepiscopalem, nostrum fuisse primo loco inter tres Candidatos, a Capitulo Upsaliensi a. 1421 commendatum, *Diarii Vatzstenensis* auctoritate discimus <sup>120)</sup>. Sed suffragium Regis non obtinuit. Cfr. LAGERBRING l. c. IV D., C. VI, §. 21; et quae supra monuimus p. 379 not. 9.

67. De comparatione Episcopi nostri cum b. *Hemmingo*, supra quaedam monuimus p. 247 not. 69, et p. 375 not. 2. Indignum vero elogio, quo hic ab Auctore ornatur, haud fuisse, quae de factis vitaeque sua hactenus attulimus, satis evincunt. *Rhythmi* autem quos *diu Fennos sua lingua in laudem ejus cecinisse* tradit RHYZELIUS (in vita Nostri) versus sunt satis inepti, circa medium seculi proxime superioris a LAURENTIO PETRI (*Tammelino*) compositi; e cujus *Synopsi Chronologiae Finnonicae Rhythmica*, Fennice contexta et a. 1658 Aboae edita, desumpti sunt, nec minus vitiose Latine conversi <sup>121)</sup>, quam Fennice expressi, atque ad majorum nostrorum (qui tales rhythmos plane ignorabant) de *Magno* judicia illustranda omnino nihil pertinentes.

De sepulchro nostri, innexa cancellis ferreis illud (s. rectius *Chorum Corporis Christi*) munientibus inscriptione, deque fati quibus idem superiori seculo laesum fuit, recte

<sup>120)</sup> Ad a. 1421 p. 63 sq.

<sup>121)</sup> Opera GREG. HALLENII; ex cujus Diss. (*Wirmoënsis in Finlandia territorii memorabilia continentis*) Part. Pr. sub moderamine Cel. SCARIN a. 1738 Aboae edita, versus hosce (quorum tamen Auctorem, haud veterem, ille non reticuit) Rev. RHYZELIUS hausit, sed ita, ut textum Fennicum vitiis typographicis foedari pateretur.

et diligenter l. c. scribit Rev. RHYZELIUS; cum quo cfr. Diss. de *Sacellis Sepulchralibus in Templo Cathedrali Aboënsi obvius* (quam Praes. Cel. BILMARK a. 1778 hic edidit Clar. ALEX. LAURAEUS) p. 20. Qui autem dies mortis suae in lapide sepulchrali, a BRENNERO delineato proditur, eo die sepulchrum demum fuisse, *Fragmentum Palmsköldianum*, (vitiose sine dubio) tradit<sup>122</sup>). Ipsum autem Elogium sepulchrale Nostri, quod l. c. exhibet Rev. RHYZELIUS, ex Dissertatione Clar. HALLENII nuper laudata desumptum, tabulae aeneae fuisse insculptum recte hic autumat, quam supra sepulchra antecessorum suorum *Magni et Olavi* collocasse Episcopum *Magnum Nicolai* de Särkilax Auctor noster deinceps narrat, (qua de re nos infra), quaeque a. 1681 incendio Templi Aboënsis fatali interit, postquam titulum ejus, cum pluribus veteribus monumentis laudatissimus antiquitatum nostrarum investigator Nobiliss. BRENNERUS non diu ante descripsisset. Superest autem adhuc lapis, ad alienum licet locum post infelix illud ejus nuper meminimus incendium translatus<sup>123</sup>), qui cum prisca arma Tavastianae Familiae gentilitia (qualia fere Ståalarmiana gens adhibuit) anagly-

<sup>122</sup>) Ubi n. legitur: *Abo in choro corporis Christi sepelitur, anno MCDLII:o IX die mensis Martii*. Fortassis ante notam diei, vocabulum *obiit*, aut tale aliquod, excidit?

<sup>123</sup>) Nempe muro jam affixus est qui summum chorum a reliquo separat templo, (ita, ut chorum intraturis ad latus dextrum conspiciatur). Valde quidem laesus est; sed mitra tamen Episcopalis clypeo imposita, crux aream sive quadratum superius dextrum et inferius sinistrum occupans, atque brachium armatum aream superiorem sinistram ornans, clare adhuc conspiciuntur: alterius brachii, quod aream inferiorem dextram occupavit, figura valde mutilata est. Brachium autem, non ut in armis Comitum Ståalarmii videmus, (CARLSKJÖLDS *Vapen-Bok* Tab. II, N:o 33) dextrorsum, sed versus sinistram clypei partem porrigitur; quali situ etiam cancellis ferreis *chorum Corporis Christi* (sepulchrumque Episcopi nostri) mumentibus innexum habetur: quo loco *Gryphi* quoque imago supra *brachium* illud collocata exstat, nescio quid significatura? Cfr. de lapide illo sepulchrali BÅNG *Tavastiska slåktens Åttaretal* Not. A, ubi recte descriptus habetur.



ptico opere (quamvis rudiori) caelata, mitraeque subjecta Episcopali, spectanda exhibeat, ad sepulcralia *Magni* nostri ornamenta pertinuisse, dubio caret.

Quam laete res Ecclesiae (si ex seculi sui sensu iudices) *Magno* sedente Episcopo floruerint, ex iis quae supra commemoravimus, satis apparet. Quibus seriem praecipuorum, sua aetate, hominum Ecclesiasticorum qui in his oris eminuerunt, (qualem ex superstitionibus contexere monumentis licet), adjungemus.

*Praepositi* igitur *Aboënsis* (Archipraepositi) munus administrasse reperimus *Rhodgerum* annis 1415—1420 <sup>124</sup>); Magistrum *Fridericum Trast* annis 1422—1430 <sup>125</sup>); Magistrum *Olaum Magni* (eundem qui Avunculo suo deinde in Cathedra Episcopali successit) annis 1438—1450, de quo mox plura <sup>126</sup>).

<sup>124</sup>) Cfr. Sententias Judiciï Regii his annis latas ex *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 166 et 134) typis editas in *Foliis Hebdom. Ab.* a. 1785, Append. p. 56, et a. 1789 p. 321. Utrum idem existimari debeat, qui a. 1366 dicitur *Magister Rotcherus Pastor in Kangasala*, definire haud audemus.

<sup>125</sup>) A. 1407 Canonicus Aboënsis, ut procurator Episc. *Magni* missus Wadstenum ad exigendum testimonium fratris *Thorneri Andreae* in causa celebri contra Padisenses, (supra p. 438); a. 1414 simul Pastor in Wemo fuit (cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 75 et 111). An idem fuerit qui a. 1405 audit *Dn. Fridericus* (Curatus) in *Hattula* (ib. Fol. 278), non dicam.

<sup>126</sup>) Notare hoc loco credulitatem liceat HALLENII, Dissert. cit. p. 16 not. (\*), ubi templum Wirmoënsis a. 1260 jam fuisse fundatum asserturus, ad vetus nescio quod ejusdem ecclesiae Inventarium provocat, in cujus initio (nobis parum aperto, ac neque satis, ut videtur, accurate descripto, neque omnino ad illud aevum pertinente) mentio fit *Remari Gisionis*; qui vel ipse vel alius salutatur *primus Praepositus Aboënsis* (non enim cohaeret series verborum): praeter quem laudantur *Sigismundus Johannis Canonicus Ab.* et *Remigius Gisionis*, Canonicus Holmiensis, Magister *Magnus Woldemari* Canonicus Upsaliensis, ac Magister *Nicolaus Carhu* Praepositus ruralis in Parochia Wirmo, etc. Quis concoquere haec omnia poterit? *Elavus* primus Praepositus Aboënsis a. demum 1340 constitutus fuit (supra p. 209 sq.): *Cano-*

*Archidiaconatui* praefuisse legimus *Johannem Anundi* annis 1415—1422 <sup>127)</sup>, *Magnum Laurentii* annis 1429—1434 <sup>128)</sup>, *Magistrum Sigurdum Johannis* a. 1439—1448 <sup>129)</sup>, *M. Johannem Magni* a. 1448, et proxime sequentibus? <sup>130)</sup>.

*nici Holmienses* quinam fuere? *Remarus* (*Reymarus* s. *Remigijs*) *Gistonis*, (*Remar Gislason*), a. 1422—1430 Canonicus fuit Aboënsis, simulque Pastor Wirmoënsis, cujus sigillum *in medio sculptum clypeum* exhibuisse legimus, *quasi stipitem arboris continentem per transversum, cum ramis quasi prescis, in cujus vero circumferentia legebantur hec litere: S. reymigii gistonis ps:bri*. Cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 263 et 242. Reliqua expendere piget. — [Sigillum *Reymigii* Canonici hic descriptum, prodere videtur, eum gente Nobili *Frille* fuisse oriundum?]

<sup>127)</sup> De quo et suo in Ecclesiam Aboënsē affectu cfr. supra p. 389 sq. et p. 410 sq. Munus *Oeconomi* Ecclesiae Cathedralis a. 1405 et 1407 administrasse videtur. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 128, 140, 142.

<sup>128)</sup> *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 232, 243. Idem videtur fuisse a. 1417 *Oeconomus* Ecclesiae Cathedralis Aboënsis. *Ib.* Fol. 111.

<sup>129)</sup> *Sigurd* (*Siwrgd*, et alicubi *Sigfrid*, vitiose?) *Jönisson* vel *Jwansson*; Qui a. 1448 *die b. Ignacii Episcopi* (17 Dec.) praedium suum *Gestrikaby* (paroeciae *Jomala* in *Alandia*) mensae *Archidiaconi* *Ab.* donavit, conditione adjecta quam his verbis expressit: „At then aff bördinne, oc hält Margareta Gregorsdotter, thet besithia scal, giffui ther aff aarlīga III mark Swenska „peninga och I halff tunna öl met kost ther tiil hörer, swa „lengi hon liffuer.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 272. Idem hic *Archidiaconus* *Sigurdus Johannis* inter institutores *Fraternitatis Trium Regum* recensetur (cf. supra p. 425); quae institutio, si a. demum 1449, ut loco *ibid.* allegato docetur, facta fuit, etiam tum in vivis adhuc fuisse, necesse est. Sed aetas successoris sui, de quo mox, repugnat?

<sup>130)</sup> Aetas hujus viri quo minus definiri certo possit, plures obstant difficultates; annorum numeros monumentis adscriptos res suas aut antecessoris sui tangentibus, corrupte in apographis superstitibus (ipsa enim autographa periere) hodie legi, satis demonstrantes. Nam cum nostri hujus nomen litterae mox adferendae praeferant, quae a. 1448 *die Saturni proximo post diem S. Marci Evangeliste* (die 27 Aprilis) datae esse dicuntur; antecessor tamen in munere suus *Sigurdus Johannis* mense ejusdem anni Decembri eidem adhuc muneri praefuisse, in literis suis

proxime allatis, asseritur? Ita ut si institutio *Fraternitatis trium Regum*, cui ille adfuisse docetur, vel ad a. 1440 (pro 1449) retrahatur, (in quo nihil fortassis absoni fuerit, cfr. supra p. 425, p. 427); tamen neque sic expediri res possit. Accedit, quod in serie Fratrum celebris illius Fraternitatis (vid. supra p. 425) inter *Archidiaconos* qui nomen eidem dederunt, praeterito plane *Sigurdo Johannis*, qui paullo ante inter institutores ejus sodalitatatis recensitus fuerat, nostro *Johanni* praemittitur Magister *Benedictus Holt*, ut aetate superior, ejus nulla caeterum in monumentis nostris alia occurrit memoria. Ita ut hic aqua nobis omnino haereat. Literarum autem, quas nosmet apposituros promissimus, tale habetur exemplum: „Wij *Magnus* met Gudz nadh „biscop, *Olaff Magni* Domproast, *Jons Magni* Archedegn oc Capitulum j Abo, kännoms oc kwngörum met thetta warth närwarande opno breff, oss haffua anamath och wntfangit aff beskedelighom manne Benkt Pedhersson, borgare j Abo, oc hans „hustru Appolonia (Pedersdotter), theres gardh j Abo stadh, „som the haffua wnt oc giffuit *wndher ware Frw altare, som „kallas sokna-altare, j varo Domkirkio, til Kirkioherrens bordh „oc wphälde ther samma stadz, j swa maatto oc met tuilkom „forordom her epter fölga: at hoo som hälst Kirkiherre är eller „varda kan j tilkomande tiidh tiil sammu altarit, skal vara plik- „toger tiil two ävigha vigilijs oc siäle messor j hvario viku fore „theris siäle, epter thet Gud hawer them bodhe eller noghot „there hädhan kallat, ok lysa fore them, vpnämmande theres „nampn, som seedher är: the vigilie skulu börias, och skal for:de „Kirkiherre holda staka liws tiil the for:de vigilijs oc messor, „X aar epter ath the liws som the sielffua eller nogot thera „latha epter sigh göra, eller skepe epter sigh ath göras j theres „vtfärdh, ärw vpnöth och fortärdhe: och skal for:de Kirkiherre „gonga vpa thera graffuer epter vigilijs ok messor, som sidher „är, och fornöya ok löna Klockarenom aarligha fore siit ärfwode „aff sama godzens ränthom. Thetta leyffwm“ (loffwom) „vi fornempde Biscop, Domproast, Ärchedegn oc Capitulum med sannindh, ath swa fulleligha hollas skal; ok formanum verduge „Herrer epter oss komende, ath the sigh herom vorda lothe, „och beplictom alla the Kirkeherre tiil sama altari tilkoma scu- „lande, tiil tessa messor och vigilijs j swa motto, som forscriffuat „är, obrytälige at uppehoda. Tiil mere visso oc vitnisbyrd lathom vi *Magnus*, met Gudz nadh biscop, vort egit Secret, och „vi Domproast, Archidegn oc Capitulum vort Capituli Secret hengia nedanfore thetta breff, som scriffuit är j Abo anno D:ni „MCDXLVIII:o Lögherdaghen näst epter sancti Marci evange- „liste dagh etc.“ *Reg. Eccles. Ab. Fol. 246.**



Viros minoris dignitatis silentio praeterimus <sup>131</sup>).

Ut Ecclesiarum numerus per regiones Finlandiae maritimas atque caeteras cultiores, insigniter crevit <sup>132</sup>); ita dubium non est, quin simul opes cleri certiores sensim majoresque factae fuerint <sup>133</sup>).

---

<sup>131</sup>) Tales sunt Magister *Johannes* (Jönis) *Ölintu* (*Yölindu* h. e. *Avis Nocturna*) Canonicus et Curatus Aboënsis (s. qui praefuit altari b. Mariae vel Parrochiali) a. 1410, sed Canonicus et Altarista S. Bartholomaei a. 1434 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 247, 242); Magister *Petrus Magni* a. 1446 Canonicus Ab. et Curatus in Kimito (Ib. Fol. 234); et Magister *Conradus* (Henrici?) a. 1437-1444 Curatus in Tenala (Ib. Fol. 176, 184 et 158); quem supra (p. 281 not. 125), annorum notis fallacibus decepti, ad superius seculum male retulimus: quales nonnullos quoque alios, numerorum praecipue, errores in fine operis notabimus correctosque dabimus.

<sup>132</sup>) Cfr. supra p. 419 sq. Ita in ditione Aboënsi occurrit a. 1418 mentio ecclesiae *Nykyrka*, a. 1448 *Nagu* etc. In Satacundia a. 1439 *Loimijoki* et a. 1445 *Eura*. In Nylandia a. 1423 *Ingo*. In Tavastia a. 1442 *Sysmä*. In Carelia a. 1418 *Jääskis*, a. 1422 *Pyttis*, a. 1427 *Wekelax*, a. 1442 *Lappvesi* et *Jockas* (quae hactenus ad ecclesiam S. *Michaëlis* pertinuerat, jam vero suum accepit Pastorem). Etc.

<sup>133</sup>) Ad rationem illustrandam reddituum ecclesiasticorum, a majoribus nostris olim exactorum, sequentes annotationes ex MS. vetusto, cujus nobis copiam benigne fecit Cel. NORDIN, excerptas adjungemus, idque tanto lubentius, quod licet mendis haud carentes, tamen aliis quoque nonnullis rebus Fenniae antiquis lucem afferunt:

„Anno D:ni tractata sunt haec infra scripta inter Clerum et Communitatem in Alandia MCDXXIII.

Preste retter i Aland han haffuer i så måtto varit härtill,

„Först i [then] lijkstool at taga ena mark epter alla them „som vare tålfv åre gamla och öffwer tålfv, och aff them sum mindre ware II öre, aff smoom barnom I öre, och aff them all „som drunknade, eller uthlendes döö, tage ther och ena mark. „Item biscops rettin och preste rettin i smyri giordes med gamble bismane, och med biscops nebskatter foremarken eller föxer. „Item hwar bonde III marker smyri för kalfva tionde, och hvad „honom kommer til kalfwa flere.

„Um thenna schripna äranden haffua almogen stoor käramåll mothe Klerikana, så att aff tålga tråto och käramåll kom stoor rop, blygd och siåla våda, huilka tråto och missemio biscep *Magnus*, verdoqe fader med sine Capitulo, närvarande *Henrich Gioreshager, Fögte och Lagman j Aland*, haffuer mild och til sämio dragit, både aff Clerikana vegna och almogens, i så måtto at Preste rettin schall så göras, som her epter schriffuit ståår.

„Först at bonde schall göra sit maskot VII marker smör med the wicht som the aff ålder haffua giordt (IX mkr secundum pi-sum modernum).

„Item om thera quicke tionde aff hvariom kalffui II p:ga, om honom icke tiende kalffue tilkom om åredt. Item aff lamb I pg. aff Kydh I pg. om han ej tiende fåår.

„Item om brudhe vinging I öre, före thera inledning II öre. „Item för inledning efter barn II ortuger.

„Item testament schall håldas i så måtto: giffuer någor Kyrkiene särdelis och särdelis Presten, vare mer eller minne, lathi hvar sigh nöya ått thy som giffuit är. Giffuer kyrkione, och prestenom inthe, thå tagi Prester halff med kyrkione, och vari plichtog them dödha i böna håld haffua.

„Item thera likstool schal håldas i så måtto: döör någor XV år gamall, och ther öffuer, giffues epter honom V öra penga; epter XII åra gamblan och til XV, giffues II öra; för VII åra gamla giffues en öre; för the barn tala kunna, två örtuger, för the som minne ära I öre (örtug?); [har] thet barn varit til arffs kommit, tå giffui fulla likstool.

„Item epter [them] som drunkna och ej finnes, och effter them som uthlendz döö, haffuer ej presten rett något kräffua, uthan aff them som välia sig legerstadh utsoknes.

„Item *biscops näbskatter* schall så göras her epter som her till giordt är med gamble victene, och *foremarkene*, och aff allom bondans hionom och lighionom prestenom sin rett.

„Item om fiske tiend och allan andra smö tiend, schall almogen göre som förre är giordt, och annorstedz i *biscops* döme göres.

„*Kyrw rätt som Prestenom bör göras.*

„Först II karpa korn aff Presti krokin, II lass höö, II mkr. humbla, I böste, II mkr hampo, I mk smör aff huar koo, I karp rogh för maskott, item itt pund ferske fisk om hösten, aff them som efter fiska fara, item II öre pro sepultura, item II huit skin aff kroken.

„*Krokrätt eller Andavero* [an *Andovero*?].

„Preste kroken i Tavastland, aff hvarie Preste krok II  
„karpa korn struckna, I karp haffra strukin, III spruutfang höö,  
„itt kroskin (Gråskinn) [an *Kroskin*?].

„*Boskatt eller Talovero*.

„Item Boskatten, dictus Talovero, I mk. geddor eller en  
„karp rogh, II triding karp rogh för Maskot, itt griipelag hampa,  
„I mk. humbla, eller för huar them I öre, I böste, med thet  
„beste om flere slachtas svin, om II thett bettere, I öre aff them  
„som inthe slachta, item en bog af en biörn, och theslikes aff elg.

„Item kyrkiene rätt aff huar Konungx krook IIII huit skin  
„eller III [an IIII?] öre pgr. *Nebbeskatter* solvitur pro tertia  
„parte Decimarum, et *Foremark* pro expensis collectorum.

„I Tavestland äru två Preste kroker udi en Konungx krok,  
„och theraff bör uthgöras effter kroken it hvitskin eller I öre pgr.

„Quando pater et filius insimul habitant in die natalis D:ni,  
„tunc non tenentur solvere nisi unum maskot; sed quum ante  
„separant se ab invicem, solvere tenentur duo mascot.

„Parochiani nominati ad laborem ecclesiae si non veniunt,  
„solvere debent III oras, et supplere labores denuo; sed si fue-  
„rit conquestum in placito, solvant III mrc. cum labore diei.

„Omne quod offertur sub missa, Curati est; sed illud quod  
„ante vel post, dividatur in duas partes, inter ecclesiam et curatum.

„Pro sepultura in ecclesia cathedrali solvuntur X marcae.  
„In ecclesia rurali lapidea V marcas, in lignea vero III mar-  
„cas dabunt.

„Retter Maskätz karp är V fierdingar strukne, eller een fr.  
„och een retter landz karp, eller en strukin span (?).

„Item ubi habitaverat qui moritur, illic sepultura detur;  
pro loco funeris vel coemiterii III oras Curato.“

Nescio quod aliud monumentum MESSENIUS in manibus habuit, cum scriberet (*Scand. T. X p. 19*): Circa 1445 *Magnus* praescribit Alandis decimas Clero solvendas. In *Chronico* vero *Finlandiae Rhythmico* p. 36 (ubi in exemplo typis edito *Öland*, pro *Oland* vel *Åland*, vitiose legitur) ad a. 1452 haec eadem refert, atque ab *Olavo, Magni* successore, hoc tamen adhuc vivo, perfecta dicit: male sine dubio. *Magnus* tamen anno etiam 1444 Alandiam adiisse, idem quod nuper laudavimus vetus MS. testatur, habens: „Anno D:ni 1444 decrevit venerabilis pater D. *Magnus* Dei gratia Episcopus Aboensis in placito parochia Sundo, „sabatho infra octavas Sanctor. omnium, quod ecclesia per territorium Alandie emat picem pro usu suo, et parochiani tenentur



De rebus ad statum civilem Fenniae hoc tempore pertinentibus, quaedam nuper attulimus<sup>134</sup>). Superiores ter-

„picatores in expensis et labore.“ Ubi aut excidit verbum, aut *teneant* legendum pro *tenentur*?

<sup>134</sup>) P. 443-456. Ad illustranda autem ea, quae p. 443 sq. (coll. p. 448) de consilio *Königsmarckiano* tributa Regia exigendi diximus, sequentes apprime facere literae cum videantur, eas hoc loco adjiciendas esse duximus: „Fore allom thöm thetta breff höra eller „see, kännomps vi, Haquon Frilla oc Jönis Torkilson, os haffua „ther widher varit, tha sokna mennena aff Kymito, aff alla sok- „nenna vegna, nw fore fämpton aar“ (circa a. 1417) „taladhe til „verdegan fadher, biscop *Magnus* j Abo, aa satto biscopstinge, „om ena penings summa, som soknen sagde sik haffua utlagt fore „aatherstadher, som reknedis oppa Domkirkione godz j Brusaby, „ok sagde at Lagmannen haffde thöm godzet dömt til thes the „fingo sina peninga. Til huilkit Biscop *Magnus* svarade, at all „Domkirkionne godz äru fräls, ok ther uppa vare Drötningh „Margareta breff j Domkirkionne. Framdeles til Lagmans doom „svarade han sva, at tha thet kändis och dömpdis, tha var ther „inghen til swars kalladher aa Domkirkionne vegna, oc i swa „mattha menthe han at soknen ingen räth hafde til the Dom- „kirkionne godz. Togh uppa yttersta bad for:de biscop *Magnus* „soknen, at om the noghon rättoghet j nogra mattha haffde til „the forscriffne Domkirkionna godz j Brusaby, at the vilde thet „öwersee for Gudz ok sancta *Henrics* skuld met henne. Ther- „uppa togh soknen et beradh, ok gingo alle uth aff tingsstuf- „wona, ok vi badhe gingom ther i mällan; oc sidhan komo the „jgeen met eet beradit swar, swa ludhande: at the fore Gudz „oc sancta *Henrics* skuld wilde offuerse met Domkirkionne, hvad“ [thet] „hälst rättighet the hafde til henne godz j Brusaby fore „the atherstadher the vtlagt hafde, j swa mattha, at wm Dom- „kirkion kundhe ey nywta thet frälset, tha skulde hon siülf skat- „tin göra, ok the godzen skulde ey vara soknenne til tungha. „At swa var sampt ok allaledis öffuerthalat, som forscriffuit är, „thet vithnom vi met vara godha thro oc sannindh, äpther thet „vi gingom ther j mellan; ok til mere visso hengiom vi vaar „incigle fore thetta breff, som scriffuit är j Kymitto anno D:ni „MCDXXXII:o, ipso die circumcisionis Domini nostri Jesu Christi.“ *Reg. Eccles. Ab. Fol. 136.* Patet hinc, exactores tributi regii, ne libertatis quidem praediorum ecclesiasticorum (saltem non semper) rationem habuisse; sed pecuniam pro summa omnium praediorum paroeciae enjusque, ex paroecia exegisse.

rae nostrae partes adhuc parum fuisse habitatas, vias paucas munitas, pontes paucissimos exstructos,prehendimus <sup>135</sup>).

Ad ea porro quae p. 453, et laudato ibidem loco Illust. LAGERBRINGII, de constituto a Rege *Erico* Judicio Finlandiae supremo dicuntur, confirmanda pertinet, quod *Protocollum*, ut hodie loquimur, illius Judicii (s. rectius librum sententiarum ab illo latarum), juxta praescriptum Regium, non modo diligenter conscriptum fuisse, sed etiam post hoc Tribunal abrogatum, a. 1472 adhuc exstitisse atque in medium allatum legatur, in sententia Judiciali *Thomae Olufson de Torkila* eo anno pronuntiata, ubi dicitur: „Ok kom ther for retthe en gamla Lantzretthens „Doombok, then Sone Sonasson, foordhum Lagman j Norfinnae „haffde aath; ther fantz utinnan, at Gregerss Andersson -- var „en man närmare en the andra ärfvingena epter Benkt Michels- „son“ etc. *Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 214 fin.

<sup>135</sup>) Septentrionales Savolaxiae partes, regio Ostrobotniae superior (sive a mari remotior), Tavastia borealior, imprimis totum territorium Rautalambense, partesque Satacundiae borealiores (paroeciae Ikalis, Ruovesi et Keuru) nondum alios habebant incolas, quam Lappones passim errantes. Eidem huic rei illustrandae apprime inserviunt literae R. *Christophori*, quibus a. 1442 immunitatem a tributo Regio novo praedio impertit ab Episcopo *Magno* juxta lacum *Wahvajärvi* (hodie in ecclesia *Hirvensalmi* situm) condito; ex quibus discimus, inter templum *Sysmä* in Tavastia et templum *Savlaax* in Carelia (hodie *S. Michaëlis* in Savolaxia inferiori) nulla hominum domicilia hactenus exstitisse, sed cum Episcopum, Ecclesias Carelicas visitaturum, tum alios illuc profecturos vel inde redituros, coactos fuisse sub dio, vel in glacie vel in terra nive obducta, pernoctari: qui tamen tractus colonis nunc minime caret, Ecclesias *Gustavi Adolphi* (*Hardola*) et *Hirvensalmi* (Ecclesiae *S. Michaelis* annexam) complectens. Literas ipsas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 458 descriptas) inferendas curavimus *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 57 sq. Vias publicas, aestivo tempore iter facientibus ingrediendas, per Finlandiam paucissimas adhuc fuisse (semitas illas quoque fere invias potius dicendas), monumenta produnt; itinera itaque aestiva partim pedibus facere, partim per lacus atque flumina (navigiis subinde mutatis, vel praeter cataractas et super isthmus transvehendis) suscipere, necesse fuit: plerumque autem non nisi hiberno tempore, trahis utentes, cum gelu nixque aquas, paludes terrasque asperas coaequaret, majores nostri itinera instituere solebant. Anno adhuc 1414 controversia de Ponte



Pace constanti majores nostros neque hac aetate beatos fuisse, putes, licet turbarum rationem quae illos affligerent, Historici nostri haud attingant <sup>136)</sup>. Quam conjecturam nostram confirmant quae de Illustri viro *Henrico Nicolai* (cf. supra p. 437 not.) habet Nob. v. STIERNMAN (*Höfd. Minne* II Del, in Append. ad *Fol. Hebdom. Ab. a. 1785*, p. 162): *Han slöt öf 14<sup>==</sup> med Olof Tavast en nio-årig fred med de Rougårdse* <sup>137)</sup>.

Aboënsi aedificando, (utrum illud onus civibus urbicis an circumjacentis ditionis rusticis suscipiendum esset), ad R. *Eri- cum* deferebatur: quod prodere videtur, non multo antea illius faciendi consilium captum fuisse? Verba Literarum Regiarum (ex *Reg. Eccles. Ab. Fol. 42* in *Foliis Hebd. Aboëns. a. 1784* N:o 25 typis descriptarum) talia sunt: „Item um Abo bro, „*huru hon skal byggias, thet legger mellan stadhen och almo-ghen, som ider tikker rätteth vara etc.*“ In literis Episc. *Hemmingi* supra (p. 208 not. 2 allatis) quibus praedium Kairis mensae attribuit Episcopali, hanc consilii sui causam ipse affert, quod Episcopi Aboënses antecessores sui (qui in villa *Korois* habitaverant, ad ripam amnis borealem sita, quem transire illis necesse fuit templum Cathedrale visitaturis) hactenus *ad ecclesiam accesserant nimis raro, quia prope ecclesiam ubi diverterent ad morandum non erat eis locus*: nonne hinc colligas, difficultatem amnis, quoties liberet superandi, haud levem iis temporibus visam? quare praedium ad ripam oppositam, ubi commorari quoties opus esset Episcopo liceret, comparandum duxit? Quae significare videntur, amnem ponte junctum nondum fuisse?

<sup>136)</sup> Cfr. supra p. 353 sq. Ibi vero disputatis (vid. in primis not. 18) addendum est, Russorum scriptores hujus temporis gesta bellica paulo diligentius tangere. Sic ex Chronico Nowgorodensi Ill. MÜLLER (*Sammlung Rußischer Geschichte* V Band p. 437: *Die Schweden eroberten Dreschef (Nöteborg) im Jahre 411. (De hac quidem re nullum apud nostros verbum; et dubia videri queat?) Dafür verheerete Lugwency mit den Nowgorodischen Völkern alles Land bis vor Wiburg. Quod cum annotatione ex Actis Palmsköldianis l. c. adducta, non male concinit.*

<sup>137)</sup> Neque harum induciarum ulla apud Historicos nostros alia occurrit mentio, neque omnino ullam post R. *Magni* tempora, interim constitutam cum molestis his Fenniae vicinis pacem solidam reperimus: ita ut in perpetuo vixisse majores nostros periculo, tranquillitate et securitate non nisi admodum precaria



Inter alia instituta publica quae hoc tempore in Finlandia facta sunt, etiam conditum reperitur in his oris *Leprosorium*, sive domus et consilium, ad miseros illos homines qui Lepra laborarent <sup>138</sup>) custodiendos et rebus maxime necessariis juvandos, pertinens. Quo de negotio literae supersunt a. 1440 (*in Regia Curia Svartsjö, die b. Calixti Papae*) a Pro-Rege *Carolo Canuti* et Senatu Regni ad incolas Finlandiae datae, quas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 19) typis expressas legere licet in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1783, N:o 47: unde discimus, idem institutum quod per reliquam Sveciam ab antiquis inde temporibus obtinuit, (ut contagionis cavendae caussa, haud facile evitandae nisi tales aegroti a reliquorum hominum consortio secluderentur, illis seorsim sustentandis, singula paria conjugum, hvart hjonelag, per totum regnum quovis anno summam 4 penningorum conferrent), etiam per Finlandiam aliquamdiu viguisse, sed ob caussas quasdam intervenientes (abusus sine dubio, quorum ratio apertius non indicatur) quae populum ab illa pecunia conferenda alieniorem reddiderant, obsolevisse. Quod autem infelices hujusmodi homines haud paucos per Fenniam vagari Senatus comperierat, ideo salubre illud consilium ut renovaretur decrevisse, sese significat, atque serio jubere; pecuniae vero in hunc usum collectae nec non totius rei administrationem, duobus honestis et prudentibus civibus Aboënsibus quos Episcopus et Arcis Aboënsis Praefectus delegissent (his iidem atque Capitulo ra-

---

usos, existimes? *Olavum Tavast* a. 1455 obiisse, docet v. STIERNMAN apud Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* 1757, Sept. p. 270.

<sup>138</sup>) Sive *Lepra* Arabum, sive *Lepra* Judaeorum, sive aliis quoque morbis exanthematicis; quos accurate distinguere illis temporibus nostri homines parum valebant. Notum autem est, medio quod vocamus aevo, illud malum per famosas illas expeditiones cruciatas, ac alias forte caussas, propagatum, vehementer Europam afflixisse: unde nec mirum, si ad nostrum quoque penetravit septentrionem. Fennos autem magis aut frequentius quam alios Sveciae cives invasisse, non reperimus: nec Judaeos ipsos acerbius quam Europaeos indigenas vexasse, constat. Cfr. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1783, N:o 46 et 47.

tiones administrationis suae reddituros) esse mandandam docet, caeterum spondens fore, ut talia nulla posthac inciderent impedimenta, quae laudabile hoc institutum antea exstinxerant. Quamvis parum jam sciamus, quis his consiliis successus responderit, aut quamdiu ipsum institutum floruerit; paullo tamen plenius exponere visum fuit, ne hypothese Rudbeckianae, de ortu gentis Fennicae ex Israëlitis in exilium ab Assyriis olim abductis, aliquid hinc peti posse praesidii, aliquando putaretur <sup>139</sup>).

*Pestem* vehementem a. 1413 fuisse per Sveciam grassatam, rerum Svecicarum Auctores produnt; quam ex terris australioribus, ut assolet, propagatam fuisse, recte colligit Nobil. LAGERBRING <sup>140</sup>). Verum, non Russorum modo annales eam annis 1391, 1417, 1425 et 1427 Novgardiam produnt <sup>141</sup>) affixisse, (per commercium cum Mongolis et Tataris, quibus Russia tum paruit, sine dubio advectam), unde probabile est, ad vicinos porro Scandinavios eam transiisse; sed nostra quoque monumenta, Fenniam postremo illo anno attigisse, docent <sup>142</sup>).

Viros nobiles atque illustres, qui per haec tempora

<sup>139</sup>) Nempe inter argumenta quibus miram hanc hypothesin, ingenio suo plane dignam, RUDBECKIUS stabilire annisus fuit, etiam hoc attulit, quod morbo Israëlitarum haereditario, Fenni vehementer affligerentur: in qua assertione quam multa insunt parum curate expensa! Cfr. *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. Eadem tamen haec somnia in recentissima editione *Geographiae Tuneldianae* (Stockh. 1792, 8:o, Vol. IV p. 26 sq.) adhuc repeti videas!

<sup>140</sup>) *Sv. R. Hist.* IV. D. p. 48 (C. 2, §. 2).

<sup>141</sup>) MÜLLER *Samml. Ruß. Gesch.* V B. p. 435 et 442.

<sup>142</sup>) In literis Capituli Aboënsis, a. 1439 (*octava Augustini*) datis, quas typis expressas (ex *Reg. Eccles. Ab.* F. 235) legere licet in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1789, N:o 42, verba haec occurrunt: „*Ok j them sama thymanom vart pestilencia, i h:ka „door:de Olaff Olaffsson“*. Erat autem hic *Olavus Olavi* vir nobilis (*Armiger s. a Vapn*); quem a. 1427 aut paullo ante obiisse, ex literis civium quorundam Aboënsium (*Christopher Guldsmekh Radhman j Abo, Hemingh Skräddare, borgare ther sama stadz, ok Olaff Skrifvare*) hoc anno datis (*die Mariae Magdalенаe*) ac *Ibid.* servatis, (Fol. 234 sq.), discimus.



Arcibus regionibusque Finlandiae praefuerunt, alibi enumeratos <sup>143</sup>), hoc loco diligentius ordine persequi non licet:

<sup>143</sup>) Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del, MS, cujus L. V, C. 2, C. 4, C. 5, L. VI, C. 1, C. 3, L. IX, C. 1 partim typis expressa supplementisque aucta et illustrata leguntur in *Foliis Hebd. Ab. a. 1785 Append.* (vid. pro hac aetate p. 191-196, 211-214, 220-223, 232-234; cfr. Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* a. 1757 Sept. p. 270, et *Fol. Hebd. Ab. a. 1773* p. 30). Quibus nonnisi pauca, supplementi atque illustrationis causa adjiciemus.

De *Nicolao Olavi* in Särkilax (*Stiernkors*) et *Henrico Bitz* infra ad vitam filiorum suorum, Episcoporum *Conradi* et *Magni III* dicemus. *Nicolaum Lydikini* (*Diekn*) cum fratre *Benedicto* et filio *Henrico*, supra p. 360 sq. nott. et p. 427-435 laudavimus.

De *Henrico Görishagen*, quem inter Praefectos, cum Arcis Aboënsis tum Castelholmensis, habet l. c. v. STIERNMAN (p. 194 sq. et p. 212), in veteri quodam libro annotatum legimus, eum *Alamanum* (Germanum) fuisse; cumque non suo sed *Johannis Kröpelini* nomine his muneribus praefuerit, ex horum Praefectorum serie excludi fortassis debet? Quamvis enim interdum simpliciter vocetur *Fogete uppa Abo* (ut in sententia Judicii Supremi, *Sandsrättens*, a. 1438 pronunciata, quae ex *Reg. Eccles. Ab. Fol.* 148, typis edita legitur in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 63 sq.); in literis tamen anni cum praecedentis 1437, tum sequentis 1439, adjecta legitur formula *uppa velbyrdoga* (vel *aa ärlika och velborens*) *manz Hans* (vel *Hannus*) *Cröplins* (l. *Kröplins*) *vegna*: vid. *Reg. Eccles. Ab. Fol.* 163 et 184; (in Literis judicialibus *Matthiae Mårtensson*, datis in paroecia S. Catharinae a. 1437, die Veneris proximo post diem Translationis S. Henrici). Magna in his oris auctoritate floruisse reperimus; quare etiam a. 1446, cum nullo munere publico fungeretur, inter Supremi tamen Judicii Assessores comparet. Filium reliquit *Albertum Henrici*, qui tempore Regis Gustavi I, prole nulla (ex uxore sua *Brigitta Gunnari* de Lokalax) relicta decessit; ut ex veteri Rationario praediorum (*Jordbok*) Flemingianae Familiae in *Sundholm*, (praedio nobili Paroeciae Nykyrka), adhuc servato, didicimus. — [De *Henrico* hoc *Görishagen* addimus, eum non modo annis 1427—1431, sed etiam anno 1433, *Castelholmiam* tenuisse (nomine, ut putamus, *Johannis Kröpelin*?) et anno eodem vocari *Legiferum Alandiae*. Vid. *Apogr. Broocmann.* Fasc. 43, N:o 47, Fasc. 45, N:o 13 et 66. Cfr. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 194 sq. et p. 212 (ubi p. 191 qui laudatur *Josephus Peders-*



son, eum in sigillo suo *Caput Ursi* gestasse docetur in *Excerptis Broocmann.* ad Fasc. 37 N:o 52).]

*Matthiae Ödgisleson* (Lilie), cui proximum post *Henricum Görishagen* inter Arcis Aboënsis Praefectos locum tribuit v. STIERNMAN (l. c. p. 195, ubi pro a. 1433 legi debet 1443, cfr. etiam p. 241 sq.) antecessorem in hoc munere fuisse *Johannem Carlsson (Ferla)*, monumenta nostra docent: vid. l. c. p. 195, 242. De utroque cfr. Nob. UGGLA *Svea Rikes Råds Längd* III Afdeln. p. 48, N:o 463. et p. 50, N:o 477.

Iis quae de *Henrico Jyrieslagen*, inter Praefectos Alandiae l. c. p. 212 enumerato, notavimus, addi potest observatio Ampliss. HELIN, qui literis a. 1431 in quibus ille vocatur *Fogeth på Castelholm*, sigillum appensum esse docet *Pogvischii*, haec verba ostentans: *Herr Otto Pogvisch Hennekassun*: quae aliis disceptanda relinquimus.

Cum ad res illius porro illustrandas, tum ad seriem Praefectorum Tavastensium supplendam quam dedit Nob. v. STIERNMAN (vid. *Sv. Mercurius* loco nuper laudato) has literas apponere placet: „For alla the godhe men thetta breff fore koma kan kennoms „vij *Henricus Gårdzhagens*“ (varie admodum nomen suum scribi invenimus) „*barna formyndare*, som här ephther nämpnes, Herr „*Henrich Clawesson* Lagman j Norfinne Lagsagu, Herr *Henric „Bidz Häredzhöffdinge*“ (an scribi debet Lagman?) „j Sudherfinne, „Mester *Magnus*“ (Nicolai, postea Episcopus?) „Canonicus Abo- „ensis, och *Pedher Karpalayn* aff vapn, [och] kungörom met „thetta vorth öpna breff, at oss vel vitherligit är, ath *beskede- „lighen man Henricus Gårdshaghen*, Gudh hans syel nadhe, solde „ok vploth ärlige manne *Engelbrich Japson*, *Fogde pa Taveste- „hus*, eth godz liggendis i Kalola“ (Kalvola?) „sokn j Keykala „by, met allom tillaghom, som han for:de godz fick noghon tyma „tilförende aff Hans Malos hustru, hustru *Cristin*, bode med skypth „ok köp, ok for:de Engelbrict gaff *Henrich* fore thet for:de godz „LX marker redhe peninga, hvilke peninga oss vitherligit är at „for:de *Henrich* til fwlle nöghia upburit haffuer j hans liffs tyma: „ty lathom vii for:de Engelbrict ok hans arffwa qvith ok frij for „alla ytermerna maningh, ok tilegnom honom ok hans arffuom „for:de godz til äverdelige ägo. Til mere visso ok vithnisbyrdh, „tha henghiom vij vorth incigle vid thetta breff, scriffuith i Abo „Anno D:ni MCDXLIX Tiisdagen nest epter nativitatis Marie „Virginis.“ *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 277). Virum alium, quam eum quem laudavimus Arcis Aboënsis quondam Praefectum vicarium, significari vix credas; cum liberorum ejus tutelam tantae dignitatis viri gesserint? Quo probato, ante a. 1449 decessisse, colligas. — [*Engelbrectus* autem ille *Jacobi* cujus hoc loco

*Legiferorum* autem hujus aevi seriem subjungimus <sup>144</sup>). Prae-

mentio fit, anno jam praecedente, 1448, *Advocatus fuit Tavastiae, Apogr. Broocmann. Fasc. 51 N.o 23.*]

Praefectis *Arcis Wiburgensis* l. c. enumeratis addi monumenta nostra jubent *Iwarum Nicolai*, (Militem, e qua gente?) cujus Minister (*Herre Iwar Niclissons Fogethe*) *Bothe Benktsson* (qui armiger, a *vapn*, a. 1442 vocatur) a. 1438 ejus auctoritatem in ea provincia exercuit. Vid. sententia summi Tribunalis nuper commemorata (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 63 sq.*). Deinde huic provinciae circa a. 1450 praefuisse reperimus *Johannem Olavi*, ut sequentes literae ostendunt: „Alle the godhae „män thetta breff förekomma kan, helsom vij bröderna ok con- „ventet i svarta bröder kloster i Wiborgh kerligha medh Gudh, „ok görum viterlight med tessa varae närvarandis opna breffue, „oss haffua saalt ok uplatit med alle conventine ville [ok] full- „burdh eth godz som hetter Hayka liggändes i Borga sokn *vel- „bornom manne Jonis Olaffson Höffwitzman på Wiborgh foore „LXX mark ryskä*“ [an legendum *Rigiskae?*], „med allom tilla- „ghom, etc. Scriptum Wijborgh a:o D:ni 1450 prima“ (primo), „Dominica ante festum pentecostes in testimonium premissorum.“ Cujus apographon habetur in Archivo Palmsköldiano T. 61 *Karelen*, p. 361 (et 411).

<sup>144</sup>) Post *Nicolaum (Clauus) Fleming*, quem a. 1402-1424 huic muneri praefuisse, nostra monumenta docent (vid. supra p. 358-360), ac a. 1425 obiisse dicit Nob. UGGLA l. c. p. 43 N:o 403, nullus suus in monumentis nostris successor occurrit ante *Petrum Fleming (Pedher Flämingh)* a. 1434, quem filium fuisse antecessoris sui credas? Hic et Nobilissimo v. STIERNMAN ignotus fuit et a Nob. UGGLA siletur, (cfr. supra p. 452). Neque nobis mentio ejus nisi bis facta innotuit: primum in Literis Judicialibus summi Tribunalis (Sandsrätten) datis a. 1434 *Torsdagen nästh epter sancti Erics dagh* (quo tempore et *Legiferum Österlandiae* fuisse, et simul potestatem judicalem regiam exercuisse reperitur, cf. supra p. 455), quarum apographon servatur in *Reg. Eccl. Ab. Fol. 97*; deinde in Literis judicialibus in caussa privata datis, quarum ipsum exemplum autographon, in membrana scriptum, Bibliotheca nostra Acad. nuper acquisivit, quarumque hujusmodi est initium: „Thet see allom witherlikit som „thetta breff höra eller see, ath thet sin jak *Pedher Flämingh* „Laghman j Östirlandh laghmanz tingh hiolt medh almoghen af „Kymittä wid Ström, arom epter Gudz byrdh MCDXXXIII lö- „gherdaghen nest epter sancti Johannis dagh etc.“ Quamdiu antea



huic praefuerit muneri, nescimus; sed a. sequente 1435, quo tempore inter duos Legiferos Finlandia divideretur, mortuum jam fuisse, quoniam ejus nulla ratio habita reperiatur, credas: cfr. supra p. 452. In veteri illo Libro Sundholmensi, cujus nuper mentionem fecimus, cum duo nominantur filii *veteris Claudii Fleming* (idem ille, putamus, spectatur *Clavus Fleming*, Legifer Österlandiae, de quo supra?), *Henricus* et *Magnus*, quorum ille praedium Sundholm, hic praedium Willnäs, connubii jure acquisivit, hujus *Petri* nomen non occurrit: fortassis prolem nullam reliquit?

Cum a. 1433 *Henricum Görishagen Legiferum* appellari *Fenniae Borealis atque Alandiae*, Dn. v. STIERNMAN asserit (l. c. p. 194 sq.); facile intelligitur, non nisi *vicariam* potestatem illum exercuisse; quod neque illam postea retinuisse reperimus, neque inter duos Legiferos Fennia adhuc esset divisa. (Atque idem valere putamus de *Magno Tostheson*, qui a. 14 -- et 1418 vocatur *Legifer* simulque *Advocatus Alandiae*, *Fol. Hebd. Ab. l. c. p. 211*, cf. supra p. 357). Nomine *Petri Fleming*, illam partem muneris Legiferi Österlandensis, fortassis administravit?

Divisione vero provinciae Finlandensis a. 1435 facta, (supra p. 451 sq.) *Fenniae Borealis* Legiferum constitutum fuisse *Sunonem Sunonis*, supra jam significavimus; quem ex *Stålarriorum* gente fuisse, arma sua gentilitia, indicante Nob. v. STIERNMAN produnt; qui, filius fuisse *Sunonis Haquini* (male *Sunonem Nicolai* appellat) praefecti Wiburgensis (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 226*), videtur. Idem a. jam 1402 Judicem Territorialem in Töfsala, et a. 1418 Territorii Wemoënsis (ad quod illa etiam paroecia pertinuit) fuisse testatur. Nostra monumenta, hoc quidem munus ibidem a. 1417 (sive suo sive alterius nomine?) administrasse, ac a. jam 1415 inter Judices Territoriales commemorari, ostendunt; ab anno autem 1437 *ad a. 1446* Legiferi dignitate floruisse, docent: quo temporis intervallo pronuntiatarum ab eo sententiarum non pauca supersunt exempla. Cfr. Nob. UGGLA l. c. N:o 494. Successorem habuit *Henricum Clavsson (Diekn)*, de quo supra egimus; cujus nec paucae adhuc servantur pronuntiatae inter a. 1449 et 1458 in Judiciis Provincialibus sententiae. Cum vero *Sunonem Sunonis* a. 1455 Legiferum fuisse Alandiae, Ampl. HELIN adnotat, eumque *Tavasticae* gentis insignia gestasse addat; anni nota erronea deceptum fuisse, suspicamur?

Legiferi in *Fennia Australi* munus, per idem tempus gessit *Matthias Martini* (Mattis Mårtensson), quo in Fennia Boreali jus dixit *Suno Sunonis*. Supersunt ejus quoque sententiae judiciales plures, annis 1437-1446 pronuntiatae. E qua gente oriundus fuerit, nos latet; cfr. tamen p. 377 not. 4, coll. p. 381 sq.



ter quos, *Judicum* quoque *Territorialium* numerum insigniter auctum jam fuisse,prehendimus <sup>145)</sup>.

De Agriculturae, Opificiorum Commerciorumque Fennicorum conditione sub hac periodo (prima dimidia parte seculi XV) quod dicamus, parum habemus; nec dispersa diligenter colligere vestigia, jam vacat. Inter Urbes tamen Fennicas Wiburgum <sup>146)</sup> et inprimis Aboam alte caput extulisse, apparet; quare huic etiam cum exteris libere facere commercia semper licuit, cum reliquae urbes Fennicae, servitio cuidam addictae, merces suas Stockholmiam mittere cogerentur <sup>147)</sup>. Civitatum tamen Hanseaticarum jugo Aboenses, ut caeteros Sveciae mercatores, hoc aevo vexatos fuisse, dubio caret <sup>148)</sup>.

not. et p. 383 not. 15. Ante dignitatem Legiferi susceptam, ipse sese a. 1433 vocat *Armigerum* (a vapn). Inter Regni Senatores a Nob. UGGLA non recensetur. De successore suo *Henrico Bitz*, infra agemus.

<sup>145)</sup> *Judices Territoriales* hac aetate jam comparent nominatim in Fenniae Borealis Territoriis *Masku*, *Wemo*, *Satacundiae* inferioris et superioris, *Alandiae*; nec non in Fenniae Australis Territoriis *Pikis*, *Haliko*, *Nylandiae* occidentalis et orientalis, *Säxmäki* etc. Quae munera praecipuis fere harum regionum viris fuisse demandata, reperimus.

<sup>146)</sup> De cujus urbis incrementis et flore, situi suo maxime debito, infra in vita Episcopi *Conradi* diligentius agemus.

<sup>147)</sup> Apud Nob. LAGERBRING *Siv. R. Hist.* IV D. 5 C. 14 §. legimus: De nu mäst betyhdande Handels-städer woro Stockholm, Åbo, Söderköping, Calmar och Lödese. = = = Ibland de nämnda Städer hade Stockholm en slags Stapelrätt, ty alla Finska Fartyg, utom Åbo, därjämte Nyland, Roden eller Roslagen, Helsingeland och Gestrifelandsfarare woro pliktige at resa til Stockholm och där affätta sina waror. In quae curatius inquirere nunc non vacat.

<sup>148)</sup> Inter Consules, Senatores et Mercatores Aboenses aevi hujus, nomina hominesque Germanici generis passim occurrunt; Senatusque urbeci dimidiam partem ex peregrinis his constitisse, reperimus. Quare mercatores praecipuos Fenni sua lingua *Saxat*, *Saxones* (s. *Germanos*, qui ex Urbibus Germaniae vel Saxoniae inferioris Hanseaticis huc migraverant) etiamnum vocant. Sed dabitur infra locus de hac re paullo diligentius disputandi.

## DECIMUS OCTAVUS.

D. OLAUS, nepos Domini *Magni*, praedecessoris sui, qui eum ab infantia enutrivit et magnis expensis Parrisiis aluit <sup>68</sup>. Iste in Paroecia *Þijðe*, villagio *Rungo*, oriundus erat. Magister Parrisiensis, et in sacra Theologiae facultate Bacchalaureus. Hic fuerat Rector Universitatis Parrisiis, et Lector Ethicorum, nec non Paedagogista ibidem <sup>69</sup>. Hic post liberam resignationem et renunciationem Domini *Magni*, in ejus locum eligitur, et anno D:ni 1450, ad mandatum D. Nicolai Papae, in Anno Jubilaeo Romae consecratur. Hic in *s*) omni facultate doctissimus, et agendis prudentissimus, et Rhetor extitit facundissimus. Iste *t*) apud Gallos, et praecipue Parrisienses, celebris erat famae, Consiliarius Regum Christophori et Caroli, ipso adhuc Praeposito existente. Hujus tempore erigitur et fundatur altare Undecim Millium Virginum in Ecclesia Aboënsi. Anno octavo Episcopatus ejus, combusta est civitas Aboënsis ex fulmine. Hic anno D. 1460, die Matthaei Apostoli, anno Episcopatus sui 10, in domo Episcopali Abo, singulis Ecclesiae sacramentis devotissime perceptis, viam universae carnis est ingressus, et in choro Corporis Christi, ad sinistrum latus praedecessoris sui, Domini *Magni*, est sepultus <sup>70</sup>. Hujus tempore Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis, opposuit se Regi Ca-

*s*) Omittunt M. et N. *t*) M. *Hic*.

rolo. De qua re consulantur Chronica regni Svecia etc. anno D. 1457.

### Notae Editoris.

*Nepotem* Episcopi *Magni Praedecessoris sui* Auctor noster (concinente *Fragmento Palmsköldiano*) expresse vocat. Unde *Sororis filium* fuisse recentiores omnes, recte, ut putamus, colligunt. Singulare autem est, quod in monumentis nostris, quorum major ad vitam *Magni* quam ad cuiusquam alius Episcopi Fennici illustrandam pertinentium copia superest, nulla neque sororis suae quae *Olavum* nostrum genuerit, neque mariti cui illum pepererit, certa mentio occurrat <sup>1)</sup>. Quare, cum sorores *Magni* alias ignorarent, *Luciam* autem *Olavi*, viro nuptam nobilissimo *Henrico Clauusson* (*Diekne*), MESSENIUS praeunte (*Scond. T. X p. 19*) sororem laudati illius fuisse Episcopi non dubitarent <sup>2)</sup>; hanc nostri fuisse matrem, *Olavumque* ex *Dieknorum* gente ortum

<sup>1)</sup> In literis, quibus beneficia fratribus sororibusque suis, nec non harum liberis exhibita, ipse *Magnus* Episcopus persequitur, *Olavi* nostri patrisve sui nomen non comparet: nec vestigium ullum habetur, unde matrem suam agnoscere liceat. Cfr. supra p. 376 not. 4, p. 381 not. 1, p. 383 sqq. not. 15.

<sup>2)</sup> Sororis *Luciae* Episcopus *Magnus* nullibi meminit, nec aliam puto MESSENIUS rationem habuit hanc nobilis matronae cum Episcopo cognationem comminiscendi, quam quod patri utriusque communè nomen *Olavi* tribui invenisset: ejus conjecturae quam incertum sit fundamentum, quisque videt. Sed neque res ipsa ei favet. Praeterquam enim quod patri *Olavi* Episcopi, *Magno* non *Henrico* nomen fuisse, mox docebimus, nec *Luciam*, uxorem *Henrici Clauusson*, alii nuptam marito fuisse, antequam illi jungeretur, novimus. Aetas quoque ejus repugnare videtur. Credi vix possit, *Olavum* ante annum aetatis L ad sedem Episcopalem fuisse adnotum; quare, si post a. 1400 natus ille non fuit, matremque hinc suam inter a. 1380 et 1390 lucem primam adspexisse statuamus, haec aetatem CX prope annorum attigerit necesse est, (si quidem *Luciam Olavi* fuisse credamus), cum a. 1490 praedium suum *Saustila Steroni Sture* Regni Administratori venderet (vid. RANCKEN *Hist. Coenobii Nadhendal* P. Pr. p. 25 not. h.): et tamen XXX fere annis post natum *Ma-*



traxisse, sine haesitatione affirmarunt. Unde *Olavum Henrici* Episcopum huncce confidenter appellari videas <sup>3)</sup>; quod temere fieri, et literae docent plures in *Registro veteri Ecclesiae Aboënsis* servatae, ubi *Olavus Magni* constanter nominatur <sup>4)</sup>, et arma gentilitia nomini suo in Templo Töfsalensi adpicta, quae a *Dieknorum* illis prorsus abeunt <sup>5)</sup>. *Magnus* autem pater suus quis fuerit, aut ex qua gente

*gnum* fratrem susceptam fuisse, sumsimus! Quae non admodum probabilia videntur.

<sup>3)</sup> Vid. RHYZELIUS in ejus vita; qui ducem sequitur HALLENIIUM *Memorab. Territorii Wirmoënsis* P. Pr. p. 70, ubi simul *Olavo* nostro jus haereditarium in *Kankas*, praedium vetus familiae *Hornianae*, liberaliter tribuitur. Cfr. supra p. 433 not. In auctoritate DIJKMANNI (non illa maximi ponderis) ad quam provocat, parum habet praesidii; testamentum enim *Henrici Clavusson* cujus fragmentum hic exhibet (*Antiquitt. Ecclesiast.* p. 207 sq.) *Luctam* neque matrem *Olavi* neque sororem *Magni*, Episcoporum fuisse, vel verbulo significat, neque votum suum och = = = *beder jag ödmiufelig och tigger i Gudz namn, af wördigom Fader, min fiärafste* (si recte haec lecta sunt?) *Her Biskop Olof i Åbo* etc. talem interpretationem necessariam reddit.

<sup>4)</sup> Loca supra attulimus, p. 425, ubi inter institutores Fraternalitatis trium regum enumeratus noster vocatur *Herre Olaff Magni* *Domproast*; et p. 461, not. 130, ubi literis Capituli Aboënsis nomen suum praemittens, similiter sese appellat *Olaff Magni* *Domproast*. Aliis literis (datis a. 1442 *Tisdagin näst äpter sancti Henrics dagh*) quibus idem Capitulum *Magno* Episcopo praedium *Heickilä* paroeeciae *Wirmo* sese vendidisse testatur, hoc modo nomen suum noster praescripsit: „For allom them ----- kwngörom vij *Olaff Magnusson*, *Proast*“ etc. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 221 sq.); quo modo etiam sese vocat in literis Capituli a. 1439 datis, quas (indidem Fol. 235 init. descriptas) in seri curavimus *Foliis Hebdom. Ab.* a. 1789, N.o 42.

<sup>5)</sup> Illa, dum conspicere adhuc licuit (jam enim deletas esse comperimus) descripsit attentus et diligens rerum quarumlibet patriarum observator Maxime Rev. Praepositus et Pastor in *Orivesi* Dn. D:r ERICUS LENCQUIST, docens ea repraesentasse *Brachium cum manu compressa, pugno rosam tenente* (En *Ärm med en knuten hand och en ros i näfven*); vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 4. De insignibus autem *Dieknorum* cfr. supra p. 428 not. 70, et p. 431 sq.

oriundus, nos omnino latet. In paroecia urbi vicina *Pückis*, ac praedio ibidem *Rungo* natum fuisse, Auctor noster testatur; sororumque suarum *Helena*e et *Brigittae*, monumenta vetera mentionem faciunt <sup>6)</sup>. *Praepositi Aboënsis* (Archi-Praepositi) munus, proxime, ante acceptam dignitatem Episco-

<sup>6)</sup> *Henricum Clauusson* in praedio *Rungo* habitasse, nullibi proditum invenimus. *Olavum* vero nostrum fundum ibi haereditarium possedissee, quem Episcopo *Magno* vendidit, verba demonstrant ex literis hujus, a. 1439 datis, supra (p. 384 not.) allata: „Item i *Pike sokn j Runga* köptom vi aff *Mester Olaff* „*Domproasten och hans systrom Elin och Brigitta IX* stenger „kringom allan byn“ etc. Sed ipsae etiam supersunt literae, quibus et ille et sorores suae, singilatim partes materni hujus praedii Episcopo (avunculo suo?) tradiderunt: ex quibus simul apparet, cum, matrem eorum anno jam 1433 vita excessisse, adeoque *Luciam Olavi*, uxorem *Henrici Clauusson*, (quae anno adhuc 1490 in vivis fuit), esse non potuisse! tum sorores illas *Olavi* nostri uterinas fuisse, ex alio patre natas, adeoque matrem suam primum *Magno*, Patri *Olavi*, deinde vero *Ervasto* vel *Arvesto* cuidam fuisse nuptam. Quae ut dilucidius cognoscantur, ipsarum literarum prima extremaque verba adponemus; „Witherli-  
„git see allom thetta breff höra eller see, ath jach *Olaff Mag-*  
„*nusson*, *Kirkioprester i Kirkiosleeth*, haffuer salt [ok] meth al-  
„lom reth vplatit, meth godhum vilia ok berohdha modhe, vyr-  
„delicom fader meth Gud, Biscop *Magnus* i Abo, allan *min ärff-*  
„*daluth i Rungaby j Pike sokn* liggjande, swa som är *helffithena*  
„*aff thet min moder*, Gud *henne siäll nadhe*, *atthe j Runga*, ----  
„Scriptum Abo anno Domini MCDXXXIII in crastino beati Erii  
„regis et Martiris etc.” (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 240 fin.). Item:  
„Wyterligit see allom thetta breff höra eller see, at jach *Nisse*  
„*Rödh*, a *vapn*, och min hustru *Elin Arvestesdotter*, haffuom salt  
„ok j lagliga köpe vplatit, met godan vilia ok berodhno modhe,  
„vyrdeligom fader met Gud, Biscop *Magnus j Abo*, alt *henne*  
„*möderne j Rungaby* i *Pike sokn*, -----. Til huilkis mere visso  
„ok vitnisbyrdh bidiom vy hedherligen man, *Mester Olaff Dom-*  
„*proast j Abo*, ok *Tuva Niclisson*, Häredzhöfdinge j *Pike*, hen-  
„gia sith incigle meth mino incigle fore thetta breff. Datum Abo  
„anno D:ni MCDXXXVIII, in crastino beate Margarete Virginis  
„et Martiris.“ (*Ib.* Fol. 231). Item: „For allom them thetta  
„breff etc. kennis jach *Birgitte Arvestesdotter* met thesso myno  
„närvarande opno breffue, mik haffua salt meth godhan villa oc  
„berodhna modhe, [ok] i lagliga köpe vplatit vyrdelicom Fa-



palem administrasse, atque hinc ad altiorem illum locum fuisse euectum, et Auctor noster indicat, et aliis monumentis extra dubium collocari, mox videbimus.

68. Ab Episcopo *Magno* ab infantia enutritum<sup>7)</sup>, et magnis expensis Lutetiae Parisiorum, studiorum suorum urgendorum caussa, sustentatum fuisse, Auctori nostro credendum eo libentius est, quod non solum institutum ibidem in commodum iuventutis ex dioecesi Upsaliensi conflu-

„dher meth Gud, Biscop *Magnus* j Abo, alt *mith möderne j Rungha* j Pike sokn liggiandhe ----. Tiil huilkis mere visso, me„dhan jach ekki siälff incigle hauer, bider jach ärlige men, som „är *Mester Olaff, Domproast j Abo min broder*, Tuwa Niclisson „Häredzhöffdinge, oc Niclis Magnusson a vapn, hengia theris „incigle etc. Datum Abo anno Domini MCDXXXVIII in crastino „b. Margarete virginis et martiris etc.“ (Ib.) Ex quibus simul patet, neque probabile esse quod supra (p. 376 sq. not. 4) suspicati sumus, *Olavum* nostrum ex *Ragnhilda* sorore Episcopi *Magni* natum fortassis fuisse: quam matrem credimus *Matthiae Martinsson* (ejusdem qui primus Legifer factus est Finlandiae Australis?); sororis enim filium hoc nomine inter haeredes suos enumerat Episcopus a. 1439 (matre igitur jam tum orbatum, supra p. 383 not. 15); *Martinum Abramsson* inter affines suos (sororum maritos, *mogha*) a. 1421 recenset (supra p. 381 not. 13), et biennio post (1423) *Martinus Abramsson*, Armiger, cum uxore sua *Ragnilda Olavi filia* praedium in *Pungo* Paroeciae *Pikis*, quod illa a parentibus suis haereditate nacta fuerat, pro suis parentumque suorum animis altari Corporis Christi donarunt (cfr. supra p. 386 not. 16), in quo eodem pago matrem quoque *Olavi* Episcopi praedium possedissee nuper vidimus: quam igitur ter nuptam fuisse, et singulis suis maritis liberos peperisse existimandum erit, si eadem *Ragnilda* putabitur?

7) Patrem praemature decessisse credas? [Quare ab infantia ab Episc. *Magno* fuisse *enutritum*, Auctor dicit]. Quum et ministerio Ecclesiae sese devovisset, et ab Avunculo munifice educatus beneficiisque insignibus mactatus fuisset, minus videri mirum queat, *Olavi* nostri nullam a *Magno* Episcopo, fieri mentionem, cum bona enumerat quae reliquis suis haeredibus in praediorum suorum patrimonialium, Ecclesiae Cathedrali attributorum, compensationem distribuerat. Sed cur neque sororum nostri ullibi meminit? Quarum tamen mater decesserat, antequam literas illas *Magnus* consignavit?



entis Gymnasium, diu jam floruisse constat, sed illam Academiam haud segniter a nostris quoque hominibus frequentatam fuisse, vidimus <sup>8)</sup>).

69. *Rectoris in Universitate Parisiensi dignitatem*, (quae temporibus illis nonnisi trimestris erat, et ad quam alios etiam septentrionis alumnos pervenisse scimus <sup>9)</sup>), nostrum obtinuisse, a vero non abhorret. Ac eruditione, pro ratione temporis, insigni claruisse, non modo illa dignitas honoresque *Magistri et Theologiae Baccalaurei* ab eo reportati testantur, sed etiam munus *Lectoris* (idem quod postea *Professoris* nuncupari suevit) *Ethicorum*, atque simul *Paedagogistae*, ibidem ei delatum demonstrant: in quibus omnibus quominus Auctori nostro, simul doctrinam ejus, experientiam, prudentiam et eloquentiam impense laudanti, fidem habeamus, ratio nulla impedit. *Paedagogistas* autem explicat Dn. CREVIER <sup>10)</sup> *maitres des pensions*, quorum non exigua olim in illa universitate erat dignitas atque auctoritas. Namque hi singulos *Docentes (les Regens)* in Scholis suis eligebant, et nonnisi permissu *Facultatis Artium* ejusque sub auctoritate novum licuit Paedagogium condere <sup>11)</sup>).

<sup>8)</sup> Cfr. supra p. 281 not. 125; p. 296; p. 426 not. 63; p. 462 not. 131. De *Gymnasio* autem sive *Collegio* illo Svecico Parisiis instituto, vid. LAGERBRING *Sv. R. Hist.* 2 Del, C. 20, §. 9; SCHEFFERUS in *Notis ad Chron. de Archiepisc. Upsal.* p. 120-126, et 129-137: cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Upl.* T. II p. 139 et 190. Meminit ejusdem etiam CREVIER, *Hist. de l'Université de Paris* T. II p. 282. Ut omnis *Juventutis Svecicae* usui dicatum, laudari passim videas; sed alumnos tantum Dioeceseos Upsaliensis spectasse institutores, ipsae literae eorum docent.

<sup>9)</sup> Vid. LAGERBRING l. c. III Del., 11 C., 11 §., et 12 C. 1 §.; cf. supra p. 296. Munus autem hoc *Rectoris*, ut et *Professoris* ibidem, a. 1439 ab eo gestum fuisse, quod asserit MESSENIUS (*Scand. T. X* p. 19, et *Chron. Finl. Rhythm.* p. 35), cum veris temporum rationibus conciliari aegre posse, mox videbimus.

<sup>10)</sup> L. c. T. IV p. 123.

<sup>11)</sup> CREVIER l. c. p. 185 et 250. Quod BULÆI *Historiam Universitatis Parisiensis* consulere nobis non licet, hoc majoris operis compendio uti, necesse est.

Quamdiu quibusve annis noster Parisiis vixerit, difficile est definire. Annis enim 1438, 39, 40, 41, 42, 43, 48 et 1449 *Archipraepositum* Aboënsem, et in his praesentem oris fuisse, *Magistri* nomine jam tum ornatum, adeoque e Gallia reversum, monumenta nostra docent<sup>12)</sup>: ex quibus etiam discimus, eundem a. 1433, ante dignitatem *Archi-Praepositi* sibi collatam, Pastorem fuisse Ecclesiae *Kyrkslätt* in Nylandia; cui igitur tempori itidem superiorem, suam in Gallia comorationem fuisse, credas?<sup>13)</sup>

Legitimo atque solito modo *Olavum* nostrum in *Magni* abdicantis locum fuisse a Capitulo *electum*, recte Auctor significat. Non igitur premenda nimis sunt verba MESSENII, qui *Magnum Olao, sororis filio, assignasse cathedram dicit*<sup>14)</sup>.

Romae a. 1450 *consecratum* fuisse, recte Auctor adjicit: qua occasione quos facere sumtus necesse habuerit, annotatio vetus docet, apud Nob. LAGERBRING<sup>15)</sup> legenda.

<sup>12)</sup> Vid. supra p. 478 sq. not. 6; p. 477 not. 4; p. 461 not. 130; p. 437 sq. not. 79.

<sup>13)</sup> Cfr. supra p. 478 not. 6.

<sup>14)</sup> *Scand. T. X* p. 20. Accuratius in *Chronico Episcoporum* docet, eum *ultroneo cunctorum suffragio Antistitem fuisse designatum*: quod tamen non impedit, quominus vel commendatio vel gratia Avunculi sui vehementer ei profuerit!

<sup>15)</sup> *Sw. R. Hist. III Del. II C. 4 §. p. 822, not. (2)*. Ubi recte observat, pro a. 1470 legendum esse 1450. Etiam in hac annotatione Episcopus noster *Olavus Magni* vocatur; quod impedire non potuit, quominus *Olavum Henrici*, vanam conjecturam secuti, alii eum appellare pergerent. Unde autem ista annotatio desumta sit, nescimus. Ex b. Archiep. *Erici Benzeli* Collectione MS. Conciliorum Sveciae se descripsisse testatur Nob. LAGERBRING; nos inter monumenta Bibliothecae R. Stockholmensis, manu Ampliss. *Helini* descriptam, vidimus. Cum impensa Episcopi nostri ad minimum 364 Ducatos, aerario Apostolico atque ministris curiae Papalis offerendos, effecerit; mirum videri nequit, hos sumtus pecuniam Ecclesiarum nostrarum haud raro penitus exhausisse. Cujusmodi exemplum supra vidimus in vita Episcopi *Beronis*, ad cuius iter Romanum adjuvandum Capitulum necesse habuit praedium Ecclesiae Cathedralis vendere: p. 336 not. 3. Simili inopia pressum Capitulum Upsaliense *Centum Nobulos auri Anglicani pleni ponderis a Magno Episc.*

*Consiliarium Regum Christophori et Caroli*, cum adhuc Praepositus esset, fuisse, neque illud a more temporum illorum abhorret: quo Auctoris nostri testimonio nixus, locum ei inter Regni Consiliarios sive Senatores, aliquanto (quinquennio circiter) superiorem tribuere, Nob. UGGLA potuisset? qui anno demum auspiciati muneris Episcopalis, Senatorum ordini adjunctum sistit <sup>16)</sup>. Literis autem a. 1441 et 1443 datis, quibus Rex *Christophorus* praediis quibusdam mensae Archipraepositi acquisitis immunitatem a tributo Regio impertit, nonnisi *Capellanum* suum (pro hodierno nostro loquendi more Hof=Prædikan) appellat <sup>17)</sup>.

Aboënsi suoque Capitulo mutuos sumsisse, *pro expeditione negotii electionis Olavi Archiepiscopi*, ex schedula discimus, qua hanc pecuniam sibi a. 1445 fuisse redditam idem *Magnus* Episc. Capitulumque Aboënsē testantur, legenda in edita nuper a Reverendiss. Archiepiscopo VON TROIL Actorum Ecclesiasticor. collectione (*Skrifter och Handlingar til uplysning i Swenska Kyrko- och Reformations-Historien*) T. II p. 363 sq.

<sup>16)</sup> L. c. III Afsceln. p. 58, N:o 589; deceptus a RHYZELIO, et Olavum *Henrici* vocat, et filium fuisse *Henrici Clauusson* asserit, utrumque male.

<sup>17)</sup> Literis datis a. 1441 *in castro Stockholm ipso die b. Calixti* notum facit „ath aff synnerliga gunst oc nadhe, oc swa „fore tienist, som thenna breffuisare, *Mester Olaff Magnusson*, „*Domproast j Abo*, var *ülskeligen Capellan*, oss giort oc beuist „haffuer, oc han oc hans epter komara Provasta j Abo oss och „varom epter komarom Konunga j Sverige troligha göra mogha „oc scula: tha haffuom vj vnth och giffuit, och vnnom och giff- „uom honom oc hans epterkomarom Provastom j Abo friiheth „oc frelse pa eth godz som hether *Lolala* i Resa sokn liggiande, „swa mykit som for:ne *Mester Olaff* nw j värio haffuer och hans „*forfader Prouast Fredrich* fore honom j värio haffde“ etc. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 261 fin. Aliis autem Literis, a. 1443 *in Castro Hassniensi ipso die Bartholomaei Apostoli* datis, immunitatem ei indulisit aliam, minus amplam, scribens: „Fore „sönderlika kerlighet och tieniste, som vy befunnet haue aff „thenne breffuisare, *Mester Olaff* *Domproast j Abo*, var älsche- „lika *Cappellan*: tha haue vy vnt honom met thetta vorth öpno „breff [et godz] som hether *Wentka*, liggiandis i Resa sokn, „met allom synom tillaghom, frij och frälse fore allom skath „och alegningh, *swa lenge vor nadhe tilsigher*“ etc. Harum



Inter merita sua de Ecclesia Aboënsi, non ultimum occupare locum credebatur, quod suo auspicio *Altare Undecim millium virginum* ibidem erigeretur atque fundaretur, quod *sua impensa* eum fecisse, MESSENIUM secutus, RHYZELIUS pro more asserit<sup>18)</sup>: Auctor noster nihil nisi *hujus tempore* factum fuisse, affirmat. Ad aliquam vero stabilitatem hoc institutum pervenisse haud videtur; cum neque tempore reformatae apud nos ecclesiae superfuisse reperiatur<sup>19)</sup>, nec ulla vel ejus vel praediorum ei consecratorum in *veteri Registro Ecclesiae Aboënsis* mentio occurrat.

*Incendium Civitatis Aboënsis, ex fulmine* ortum, quod anno octavo Episcopatus Olavi (1458) accidisse Auctor noster testatur, idem credas quod anno demum 1464 (adeoque anno quarto Episcopatus Conradi, successoris sui) *Ecclesiae Cathedrali* contigisse, MESSENIUS (*Scand. T. X p. 20*) tradit: fidem secutus *veteris Chronologiae* (de qua supra p. 415 sq. not. 38), ubi totidem verbis legitur: „Anno Domini „MCCCCLXIII combusta est Ecclesia Aboënsis ex fulmine“. In *Chronico Finl. Rhythmico* (p. 37) *urbem etiam Aboënsis* eodem incendio laesam fuisse, addit; adstipulatorem habens

---

exemplum (ex eodem *Reg. Eccles. Ab.* exscriptum) typis expressum legitur in *Fol. Hebd. Ab.* 1785, *Append. p. 78.*

<sup>18)</sup> På sîn föstnad, l. c. in vita nostri. MESSENIUS *Chron. Finl. Rhythm.* p. 36: där til stor Gaf inkomst. In *Chron. Episc.* hanc aram nostrum *sumtuose fundasse* dicit. *Scand. T. X p. 20* sumtus ab Episcopo impensi nullam facit mentionem; fundationem autem arae factam a. 1455 (ex ingenio?) asserit. Reditus magnos huic altari non contigisse, vel inde patet, quod tam cito interiret.

<sup>19)</sup> Id quod ex Indice illo praediorum, hujusmodi institutis olim donatorum, quem confici sibi exhiberi jussit Rex *Gustavus I.*, (cfr. supra p. 267 not. 98 et p. 423 sq.) apertum est, in quo de *Altari XI mill. virginum* nullum occurrit verbum; uti neque in ampla illa collectione literarum, quibus fundorum ad Ecclesiam Cathedralis Aboënsis olim pertinentium legitimam possessionem munire Antistites ejus non neglexerant, quarumque exempla in veteri Registro ejusdem Ecclesiae servantur, nullum exstat illius Altaris praediorumve suorum (s. fundorum ei donatorum) vestigium.

RHYZELIUM, qui tamen Auctorem nostrum in anno calamitatis hujus prodendo praeferens, 1458 contigisse narrat (in vita Ep. *Olavi*). Verisimile est, de eodem incendio et Auctorem nostrum et veterem illum Chronologum loqui; nam neque simile infortunium, si tempore *Conradi* Templum Cathedralae afflisset, taciturnus fuisse Auctor noster videtur, qui urbis calamitatem commemoravit, neque Chronologum illum, qui alia urbis incendia ordine percenset, hoc ex fulmine natum silentio praeteriturum fuisse, credas? Cuinam vero, in anno definiendo, potius sit assentiendum, judicare non valemus; nisi quod Auctoris nostri fidem, quem vetustiora monumenta diligenter consuluisse saepe reperimus, haud facile contemnendam esse, existimemus.

Jura Sedis suae diligenter tuitum esse, quaedam quae adhuc servantur monumenta, docent <sup>20</sup>).

70. Epitaphium sepulcro suo inscriptum, quod (aeque ac elogium *Magni* Avunculi sui) descripserat Nob. BRENNER antequam infelici perirent incendio (vid. supra p. 458), legi potest apud HALLENIUM *Diss.* cit. p. 71, et Rev. RHYZELIUM l. c. in vita nostri. De monumento autem ipso, cui inscripta erant, infra ad vitam Episcopi *Magni III* disputabimus.

De seditiosis et nefariis Archiepiscopi *Johannis* (Jöns Bengtsson) contra R. *Carolus* ausis, eo rectius Auctor noster silet, quo ab iis Episcopus noster fuisse videtur alienior <sup>21</sup>). Amicam Episcopi nostri in Regem voluntatem, vel

---

<sup>20</sup>) Sic in Judiciis publicis a. 1453 de piscatura in *Lammais* (fluvii Cumoënsis), a. 1455 de illa in *Abborfors* (fluvii Kymmene), in Pyttis et Kuusikoski, a. 1458 de limitibus praedii Episcopalis Kumo, causam sedis Episcopalis defendisse reperitur. Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 155, 160 et 162.

<sup>21</sup>) De perfidis et sceleratis his Archiepiscopi hujus rebellis gestis consulatur Nob. LAGERBRING l. c. C. 8, §. 38 sqq. Ad quaenam autem *Chronica Regni Sveciae* Auctor noster lector, de his rebus edoceri cupientes, ableget, difficile fuerit definire; cum incertum sit, utrum haec verba a superiore aliquo scriptore profecta, an a JUUSTENO demum addita, haberi debe-



inde colligi posse putamus, quod inter iudices, quorum arbitrio causam suam contra Archiepiscopum ejusque asseclas permissurum sese Rex obtulit, nostrum ipse nominavit<sup>22)</sup>. Injuriam igitur Episcopo nostro facere credas MESSENIUM, cum *ejus consilio* Finlandiae incolas a R. *Carolo* ad *Christianum* I a. 1457 defecisse asserit<sup>23)</sup>? Neque consentire cum veterum nostrorum testimonio auctorum videtur, quod alibi idem MESSENIUS, HUITFELDIUM secutus narrat, a. 1456 R. *Christianum* classe Finlandiam invasisse, atque Wiburgum incendisse<sup>24)</sup>: cui comminiscendae expeditioni retrahendo-

ant? cujus tempore, praeter antiquiores, *Olai Petri Chronicon* jam prodierat, etc.

<sup>22)</sup> Cfr. LAGERBRING l. c. §. 43, p. 523, qui literas ipsas Regis, ab HADORPHIO (Bis. til Rimcrön. p. 200 sqq.) editas citat.

<sup>23)</sup> In *Chron. Finl. Rhythm.* suo canit modo: *Ly måste Fin-*  
*nom behaga Sonom* (Christianum) *til Konung taga* (1457), *Bisfop*  
*Olaf därtill råd gaf*; p. 37. In *Scandia* tamen simpliciter scribit: „1457 Finlandia *per Danos* et horum seducta fautores, a „R. *Carolo ad Christiernum, non tamen tota deficit*“ (T. X p. 20). Et alibi: „Quo etiam die (24 Junii 1457) *Finnonum nonnulli ab Erico Axelii et Christierno Benedicti*, fratre Archipraesulis, seducti, Abogiae Danum simul pro Rege acceptarunt“ (T. IV p. 16). *Danos* aliquos in Finlandia eo tempore fuisse praesentes, atque ad hoc consilium capessendum incolas impulisse, haud constat; nec opus fuisse videtur, cum proditores Regis sui Optimates Sveici, *Ericus Axelii* cum suis asseclis, invidia et dominandi libidine acti, satis diligentem *Christiano* operam praestarent. Quod autem *nonnullos* tantum Fennorum in ejus imperium concessisse dicit, eatenus verum est, quatenus utique Viburgum (cum sua ditione) paullo serius ejus sese potestati permetteret. Quo enim die (24 Junii) literae dabantur, quibus Finnones (ditionis Aboënsis), Svecorum exemplum secuti, homagium ei praestabant, nondum Viburgum erat captum nec omnes Praefecti R. *Caroli* sese factioni dominantanti submiserant. Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41 p. 518; et HUITFELDT p. 868.

<sup>24)</sup> *Scand.* T. IV p. 13 scribit: „A. 1456 ---- Classe „Finlandiam invadit: Viburgum incendens.“ Et T. X p. 20, ad a. 1456: „Idem (*Christiernus* Rex Daniae), ut Finlandos ad suam „quoque compelleret subjectionem, *transmisso in eos non modico exercitu*, Viburgum aliquamdiu impugnat, et tandem concremat.“ Nihil de magno hoc exercitu in Finlandiam transmisso, superio-



que ad hunc annum eventui qui ad sequentem demum (1457) pertinet, aliquis error utriusque ansam dedisse videtur. Certum enim est, anno sequente opera *Erici Axelsson*, talem calamitatem contigisse; qui postquam ab Archiepiscopo rebelli suaque factione <sup>25)</sup> Regi infesta, a. 1457, nomine ornatus *Regni Administratoris* (Riksföreståndare), quo superbire haud neglexit <sup>26)</sup>, missus fuisset in Finlandiam, ubi jam

---

res nostri Auctores loquuntur, nihil de urbis Wiburgensis, ante adventum *Erici Axelsson* obsidione Danica, aut incendio a Danis profecto. Sed III. HUITFELDT (*Danmarkis Riges Krönicke*, V P. p. 866) meminit; quibus nixus monumentis, nescimus. Parum autem probabile videatur, Danos contra remotissima haec Finlandiae loca, praeteritis propioribus et felicioribus, vires suas adhibuisse? De expeditione autem *Erici Axelsson*, ita *Chronicon Rhythm. majus* p. 460: Medan thet ta allt skedde (quae sc. de Archiepiscopi pro R. *Christiano* Svecis obtrudendo dolis et moliminibus narraverat), Herr Erik Axelsson sit til Wiborg redde: Dye kan full tha honom swa, Ut han thet wan pa en stund tha; En fyrepjil kom i hödh, Thersfore the oppe war komme i nödh, Och tackade Gud the kunde eldin fly, Thersfore wan Erik Axelsson slottet i thy, Of war ey tha seen, Kom til Stockholm igen. Quum vero Nob. v. DALIN (l. c. II D., 27 C., 22 §., p. 736) obsidionem Danicam commemorans, alteram anni sequentis sileat; eandem utroque loco describi, putasse videtur, sed incertiore annum certiori praetulisse? Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Magis probabile videri queat, quod MESSENIUS alio loco (*Scand. T. IV* p. 17) narrat, R. *Christianum* „militem in castris expugnationem Viburgensis *Erico Axelii* subministrasse.“ Sed neque ejus rei idoneus testis habetur.

<sup>25)</sup> Qui postquam regni administrationem fraude atque vi invaserant, Regni Senatus nomine sua ipsi acta probabant et confirmabant. Qui enim literas, Senatus nomine datas a. 1457 die S. *Benedicti* promulgabant, fere omnes ad rebellem illam pertinebant factionem. Cfr. HADORPH *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 199. Qualis approbatio quanti ponderis atque auctoritatis censeri debeat, facile patet: neque talis res mira videri debet. Cfr. LAGERBRING l. c. p. 517.

<sup>26)</sup> Vid. Nob. v. DALIN l. c. C. 18, §. 1; LAGERBRING l. c. p. 518; v. STIERNMAN *Höfd. Minne* I D. p. 101. Non nisi secundarium tamen hunc fuisse honorem, proximumque post Archiepiscopi *Johannis* auctoritatem, facile intelligitur, qui *Regni*

antea Arcis ditionisque Aboënsis Praefectura inclaruerat<sup>27)</sup>, cunctas hujus regionis arces provinciâsque ad partes rebellium, obsequiumque inde R. *Christiani* dolo atque vi pertraxit. Ac licet Praefectorum nonnulli, R. *Carolo* fidi (nomina eorum ignoramus) resistere ausis ejus conarentur, potius se Russis quam rebellibus Regis sui proditoribus sese dedituros minantes<sup>28)</sup>; a Rege tamen ipso destituti<sup>29)</sup>, co-

---

*Sveciae Primatem et Administratorem* (Sveriges Förste och Förreståndare) sese vocare non desiit. Quod sine dubio respexit MESSENIUS, cum (*Scand. T. IV p. 15*) scriberet: „*Ericum Axelii* de „custodia productum *dolo nominat Regni Gubernatorem*; ad suba- „ctionem Finlandiae illum ablegat“ etc.

<sup>27)</sup> Arci Aboënsi Praefectum a. 1450 fuisse, recte tradit v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del. MS. (vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785* Append. p. 196), ad HUITFELDIUM provocans l. c. p. 852: cfr. LAGERBRING l. c. 8 C. 18 §. Sed non diu in hac statione aut his in oris permanserat.

<sup>28)</sup> Cfr. LAGERBRING l. c. §. 41, p. 518. Sine dubio a Viburgensibus, utpote Russorum imperio proximis, hae minae profectionae erant; magis quo principes factionis rebellis a vi sibi inferenda deterrere, quam quod serio consilium desperationis adeo plenum amplecti in animo haberent: cujus consilii impietatem depicturi adversarii queruntur, quod Kong Carl's Fogeder allerde truer dennem med at de alle befestninge udi Finland (quaedam tamen jam in rebellis factionis potestatem venerant!) skulle offerantworde til Nygen oc Hedninge, apud HUITFELDIUM l. c. p. 868.

<sup>29)</sup> Dicit quidem MESSENIUS *Scand. T. IV p. 15* (quem sequitur v. DALIN l. c. C. 18, §. 3 fin.) de R. *Carolo*: „Suis „in Finlandia pressis ab *Erico Axelii*, ferens identidem suppetias.“ Sed quum hoc neque cum conditione rerum suarum optime consentiat, nec quidquam tale superiores (*Chron. Rhythmicum, Ericus Olai, Huitfeldius, Olaus Petri*) prodant; vereor ne illud ex ingenio addiderit? Cujus fere generis etiam est, quod ibidem scribit, Regem eundem *myoparonibus Sveones infestasse*. Quae calumnia, exigua ex re nata (cfr. HUITFELDT l. c. p. 872) aequae levis est ponderis, ac R. *Christiani* (suorumque asseclarum) asserta, „per nuntios literasque Svecos certiores facientis, „se certa et fide digna relatione cognovisse, quod Rex *Carolus* „ingentem de Prussia parasset exercitum, et intenderet regnum „Sveciae manu hostili, igne vastare et gladio; seque ob nihil

piarumque suarum numerum, nulla auxilii spe erectarum <sup>30)</sup>, quotidie minui videntes, sensim reliquorum sequi exemplum Danoque sese submittere coacti sunt. Viburgum autem, quod pertinacissime fidem suam defendere nitebatur, aperta vi expugnatum fuit <sup>31)</sup>.

Rebus ita sibi ex voto succedentibus, R. *Christianus* cujus in favorem suscepti omnes hi motus fuerant, reliquo pacato Regno, Finlandiam quoque sibi devincire haud neglexit; praeter generalia privilegia, quibus totam ecclesiam clerumque Svecicum ornaverat <sup>32)</sup>, Episcopo Finlandensi, cujus magnam in his oris auctoritatem haud ignorabat, suaeque ecclesiae, speciales literas protectorias, amplissimis conceptas verbis, impertiens <sup>33)</sup>.

#### DECIMUS NONUS.

D. CONRADUS *Bitz*, natus ex famoso milite Domino *Henrico Bitz*, quondam Capitaneo Castris Aboënsis <sup>71)</sup>. Magister Lipsiensis et Praepositus (ad tempus) Aboënsis, tandem per viam scrutinii in Episcopum con-

---

„aliud venisse, quam ut hanc tantam rabiem et tyrannidem a „regno Svecorum avertat et ab omni hostili conservet ineursu.“ ERICUS OLAI L. VI, p. 205, Ed. Loccen.

<sup>30)</sup> Vid. LAGERBRING l. c. p. 518. Quod MESSENIUS narrat, *Scond. T. IV p. 17* (adstipulatorem nactus Nob. v. DALIN l. c. p. 746) „quosdam R. *Caroli* fautores Viburgum Dano eripuisse (a. 1458), nuper ab illo subactum, quod difficulter admodum recuperavit,“ quamdiu nullius testis antiquioris confirmatur auctoritate, parum habemus certum. Ac difficile omnino est, ubique judicare, quibus et cujus generis nixus auctoribus MESSENIUS quae de horum temporum gestis narrat, congesterit.

<sup>31)</sup> Vid. LAGERBRING l. c. et Auctores quos nuper not. 24 laudavimus.

<sup>32)</sup> Horum exemplum, ex *Vet. Reg. Eccles. Ab. Fol. 32 sq.* descriptum, *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1789, N:o 17, inserendum curavimus.

<sup>33)</sup> Quae ex *Reg. Eccles. Ab. Fol. 32* descriptae typisque expressae legi possunt in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785, App. p. 82.*



corditer eligitur. Senis apud Minores consecratur, sub Pio Papa secundo. Hic conventum Vallis Gratiae confirmavit, et personas ejusdem conventus sub perpetua clausura inclusit. Sub eo sacellum Omnium Sanctorum in Ecclesia Aboënsi de novo erigitur, et per eum consecratur, simul cum undecim altaribus in eadem Ecclesia uno et eodem die <sup>72</sup>. Ita quod ante illud tempus altare Corporis Christi per totam dioecesin Aboënsensem unicum et solum consecratum habebatur. Hic horas gloriosissimae virginis Mariae, in praedicto sacello in perpetuis temporibus decantandas instituit, et parochialem Ecclesiam in Nummis cum *u*) singulis obventionibus et redditibus Episcopalibus, et Curati, memoratae capellae in perpetuum incorporavit. Hic duos de novo *v*) in summo choro instituit Chorales <sup>73</sup>. Sub eo totum Caemiterium Ecclesiae Aboënsis instauratur, et quam plurimae Ecclesiae lapideae per totam dioecesin eriguntur <sup>74</sup>. Hujus tempore castrum Olaffsborgh <sup>75</sup> in Savolax, propter Ruthenorum insultum, per D. Ericum Absalonis, Equitem auratum, erigitur, et oppidum Wiburgh muro cingitur <sup>76</sup>. Castrum Cuusto funditus incendio casuali exuritur, et multa privilegia et litterae Ecclesiae comburuntur <sup>77</sup>. Tandem in bona aetate moritur in castro Ecclesiae Cuusto, anno D. 1489, in crastino b. Gregorii Papae. Sepelitur autem in choro Beatorum *x*) Petri et Pauli, sub lapide aequaliter *y*) elevato <sup>78</sup>.

*u*) N. *etiam*, vitiose. *v*) N. *denuo*, A. omittit. *x*) A. *inserit die*, male. *y*) A. *aliquo*, N. *aliquali*.

## Notae Editoris.

71. De viro hoc, magnae in his terris, suo tempore auctoritatis, patreque *Conradi* Episcopi, legi quaedam posunt apud Nob. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* II D. MS. (vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append. p. 197 sqq.*); cfr. Nob. UGGLA l. c. N. 546 p. 56. Nomen suum in nostris monumentis scribitur *Henricus Bidz, Bïdz, Bitz, et Bytz*. Matrem suam sororem fuisse Magistri *Henrici* (*Magni filii*) primi Archidiaconi Aboënsis, supra vidimus (p. 355 sq. not. 20, cfr. p. 347 not. 7): sed ex qua hic gente fuerit, nescimus. Uxorem autem nostri, *Annam* nomine <sup>1)</sup>, filiam fuisse *Nicolai Lydikeson*, vetus Genealogia (de qua supra p. 430 sq. not. 74, et p. 176 not. 18) asserit; quod testimonio confirmatur *Henrici Clauusson* fratris sui, qui Praepositum, postea Episcopum *Conradum*, sororis filium vocat: ap. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 193*). Anno 1420 *Henricus Bidz* vocatur *Armiger* (wäpnare); dignitatem autem Equestrem s. Militarem (*Riddarewärdighet*) a. 1411 in festo Coronationis R. *Christophori* accepisse videtur; a quo anno *Miles* (*Riddare*) in literis vetustis appellatur <sup>2)</sup>. Ab a. 1437 *Judex Territorialis* (*Häradsbörding*) Territorii *Halikoënsis* salutatur; quod munus ad annum usque 1453 administrasse reperitur <sup>3)</sup>. A. 1456 et se-

<sup>1)</sup> [Quae a. 1507 adhuc vixit *Anna*, Vidua *Henrici Bidz* (*Apogr. Broocm. Fasc. 58 N:o 52*), illa nupta fuerat *Henrico Bidz* juniore, Episcopi nostri ex fratre nepoti. Cfr. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 App. p. 198.*]

<sup>2)</sup> Literae quibus quidam *Hannus Marcusson* praedium suum *Attulaby* D:no *Henrico Clauusson* vendidit, hoc modo finiuntur: „Tiill thes breffs mera visso ok vitnisbyrdh bider jak är-  
„ligä men, *Här Henric Bïdz, Riddare, Niells Olafsson aff Särke-*  
„lax, oc Matthis Martinson Lagman j Suderfinne, hengiae theris  
„incigle fore thetta breff a mina vegna, mädhan jak ey siälffuer  
„incigle haffuer: huilkit scriffuit är j Stockholm anno epter Guds  
„byrd MCDXL primo, ipso die beate Birgitte etc.“ *Reg. Eccles. Ab. Fol. 190.*

<sup>3)</sup> In *Judicio Supremo Finlandiae a. 1437 die s. Barnabae* habito, cui praesidebat R. *Erici* nomine *Nicolaus Olavi de Sürki-*

quenti *Legifer* audit *Fenniae Australis* <sup>4)</sup>). Inter *Regni Senatores* anno jam 1449 comparet <sup>5)</sup>). *Capitaneus* sive *Prae-*

*lax*, praesentes fuisse dicuntur *Sone Sonisson Lagman j Nordfinne*, *Mattis Mortensson Laghman j Suderfynna*, *Magnus* Episcopus et *Capitulum Aboense*, *Ioannes Kröplin* Praefectus arcis Aboensis, et sequentes *Judices Territoriales*: „*Tuva Nielsson Häradshöfdinge j Pike häradhe*, *Henric Biidz Häradsh. j Haliko häradh*, *Gregers Andresson Häradsh. j Wemo häradh*, ok *Jönis Benktsson Häradsh. i Masku häradh.*“ *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 110 init. In literis de piscatura Episcopi Aboënsis in Lammais, datis a *Gustavo Laurentii* Praefecto Aboënsi et *Henrico Clauusson* Legifero Fenniae Borealis „j Kumo vid Lammas fors aarom epter Gudz byrd MCDLIII, in crastino divisionis apostolorum,“ testantur se jussu R. *Caroli* caussam illam diligenter cognituros, adjunxisse sibi „tessa epterskreffna ärliga oc velborna män, som ära Hr. *Henrich Bitz Riddare, Häredzhöfdinge i Haliko härede*, Beneth *Lydikson Häradsh. j öffre Satagunt, Olaff Broderson Häredzh. j Säxämäkij, Peder Karpalayn Häredzh. j Masko härede, Hartika Japson Häredzh. j Wemo härede, Ragwald Stiwlson Häredzh. j Pike härede, Jusle Hanusson, Peder Sverdh, Olaff Azsurson, Philpus Joanson, oc Andris Japson, a vapn.*“ *Ib.* Fol. 157.

<sup>4)</sup> Literae quibus quidam *Niclas Riddare* praedium quoddam, pro pecunia mutuo accepta Ecclesiae Aboënsi oppignorat, hoc modo finiunt: „Thil thessäs breff ytermera vissa ok stadfestilse, bidher jac ärliga män, *Herre Henric Bidz, Riddare oc Lagman i Sudherfinne Lagsagu* oc *Mikel Suripä Borgamästare j Abo*, at hängiä sin incigle met mino egno undher thetta breff, som giffuit oc scriffuat är j Abo, die sanctorum martirum *Gordiani et Epimachi (10 Maji)* anno incarnationis Dominicae *millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.*“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 139 fin. Aliarum literarum ab eo ut *Senatore Regni (?) et Legifero Fenniae Australis* a. 1457 datarum meminit v. STIERNMAN l. c. vid. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append. p. 198.* Cfr. etiam HUITFELDT l. c. p. 868.

<sup>5)</sup> Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 197, et UGGLA l. c. qui eum appellat *Henric Bitzer*, praeuntibus HUITFELDIO l. c. et HADORPHIO (*App. ad Chron. Rhythm. p. 156*), apud quos scribitur *Henrik* (et *Henrich*) *Bitzer*; nescio an accurate ad fidem vet. MSS.? Filium certe suum *Conradum*, cujus nomen similiter apud HUITFELDIO l. c. scribitur (cfr. UGGLA l. c. N:o 585 p. 60) ipsum aliter scripsisse credas?



fectus Arcis ditionisque Aboënsis a. 1452 fuisse dicitur <sup>6)</sup>. Appellavit sese *Militem in Wik* <sup>7)</sup>. Ante a. 1462 decessisse videtur <sup>8)</sup>. Filium reliquit (praeter nostrum Episcopum) *Ericum Bidz*, patris in munere *Legiferi Austro-Finlandiae* successorem <sup>9)</sup>, cujus plures literae exstant judiciales annis

<sup>6)</sup> Praeter Auctoris nostri testimonium, qui certum non prodit annum, l. c. tradit v. STIERNMAN a. 1452 nostrum huic muneri praefuisse; nescio quibus nixus monumentis? Eodem anno *Gustavum Laurentii* hanc provinciam administrasse, paullo antea ipse dixerat: quem anno etiam sequente eandem tenuisse, nostra monumenta docent: vid. not. praeced. 3. Fortassis igitur post hunc *Gustavum Laurentii* ad illam stationem admotus fuit? Nescio autem cur Auctori nostro, reliquas suas silenti dignitates, haec *Capitanei Castri Aboënsis*, qua nonnisi brevi tempore ornatus fuit, praecipue commemoranda visa fuerit?

<sup>7)</sup> Cfr. allatum supra p. 426 indicem *Fratrum Confraternitatis Trium Regum*; ubi cum proxime post *Henricum Clavusson*, et ante *Magnum Gren* atque *Ericum Axelii Tott* nomen suum habeatur, noster hic, et nequaquam nepos suus *Henricus Bidz* junior, intelligi debet. Nob. v. STIERNMAN l. c. vocat eum *Henricum Bitze till Nynäs* (quamvis patrem suum appellasset *Ericum Erici in Wik*); quo jure? haud dixerim. Neque nobis constat, unde habeat quod ibidem addit, insigne ejus fuisse *cymbam* (an legit alicubi *Båt* pro *Bod?*) *nigram in campo albo*; quod ab insignibus filii et nepotis sui prorsus abit.

<sup>8)</sup> Ante a. 1467 decessisse, literae filii sui Episc. *Conradi* supra (p. 397 not.) allatae extra dubium collocant. Cum vero a. 1462 filium suum *Ericum* Legiferi Suderfinlandensis munere, quod pater suus antea administraverat, ornatum jam fuisse deprehendamus; hunc vivere desiisse, putes. Nob. v. STIERNMAN l. c. nostrum cum nepote suo *Henrico Bidz* juniore, *Legifero Norrfinniae* aperte confudisse, vel hinc patet: ac vel aetas Legiferi nostri ultra omnem probabilitatem extensa, virum Nobil. erroris sui admonere debuerat; parens enim Episcopi, quem a. 1489 in *bona* (h. e. *grandi*) *aetate* decessisse noverat, si a. 1506 adhuc judicia solennia exercuit, plus quam C annos natus muneri tamen suo praefuerit, necesse est, etc.

<sup>9)</sup> Non sine caussa suspicor hunc (patrem *Henrici Bidz* junioris) fuisse qui sese scripsit *Ericum Henrici* (non *Erici*, in quibus librarii facile aberrarunt, cf. supra p. 431 not. 74) *in Wik*, quemque per errorem Nob. v. STIERNMAN l. c. p. 198 patrem fuisse autumat *Henrici Bidz* senioris? In *Schemate* autem

1462-1464 datae <sup>10)</sup>); quique filium habuit *Henricum Bidz* juniorem, *Legiferum Norrfinniae*, et *Canutum Bidz* caeterum nobis ignotum <sup>11)</sup>. De illo dicit Nob. UGGLA l. c. N:o 633

*Geneal.* supra (p. 176 not. 18. et p. 430 not. 74) commemorato, idem hic *Ericus*, frater *Conradi* Episcopi, manifesto confunditur cum filio *Henrico*, qui male *Eric* (scribi n. debuit *Henric*) *Biſſe* tſi *Wiſſe* dicitur.

<sup>10)</sup> Ex. g. „viterligit skall allom vara, --- at then tiidh „jak *Erich Bidz*, *Lagman j Suderfinne*, tingh hiolt met almoghan „j Lund sokn, j ärligh ok välborns manz närvaru, Här Cristiärn „Benktssons, Riddare i Salistha ok Höuidzman pa Abo, ok flerä „goda manna närvaru, anno D:ni MCDLXII, pa S:eti Tomas „affthon de Haquino“ (Aquino) etc. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 214. „For allom them --- kennes jak *Ragval Stywolson* Heredzhöff- „dinge j Pike Häredhe, ath arum epter Gudz byrdh MCDLXIII, „förste tisdaghen j fulle wikw fasto, höllo ärlige men, *Eric Bidz*, „*Lagman j Suderfinne* lagsagu, ok *Hartik Japson* *Lagman j Nor-* „*fynne* Lagsagu, landzting j Abo met almoganom aff Osterlandh, „j närvara verdeligh Herre och andelighen fader Biskop *Korth* „*Bidz*, met Gudz nadh Biscop j for:da Abo, Herre *Birger Trulle*, „Riddere oc Höfuidzman pa Abo“ etc. *Ib.* Fol. 125. Exstat praeterea vidisse literarum *D:ni Karoli Ulſon* Militis de Tofftom (cfr. supra p. 337 not. 4) ab hoc eodem *Erico Bidz*, *Legifero suderfinniae*, et *Ragvaldo Stigulsson* Armigero (a vapn) Judice Territoriali Pikisensi consignatum, quod scriptum dicitur „uppa Kusto, ipso die beati Ypoliti Martiris (13 Aug.) anno „*Domini MCDLVI:o*“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 162). Hanc anni notam ut mendosam putemus, cogunt nos laudatae a Nob. v. STIERNMAN (l. c. p. 198) literae patris sui *Henrici Bidz*, sequente anno 1457 datae, ex quibus hunc hoc anno vixisse adhuc et munus Legiferi Suderfinlandensis administrasse, efficitur! Nisi aut anni notam aut nomen Legiferi (*Henric* pro *Eric*?) ille male legit? Diligentiam non maximam in his literis recensendis adhibuisse, et Regii Senatoris titulus (nisi hunc temere STIERNMANUS de suo addidit?) in literis judicialibus contra morem nomini suo adscriptus, et nomen Paroeciae *Kerpiſ*, [nomen fuit non paroeciae, sed praedii] manifeste vitiosum, prodero videntur? Nam quod ad literas ejusdem patris sui, die 10 Maji ejusdem anni datas (supra p. 491 not. 4), nihil impedit, quominus intra tempus trimestre, et mortuus fuerit et filium habuerit in munere successorem?

<sup>11)</sup> Utriusque nomen occurrit inter *Militares et Armigeros*

p. 65: „*Henric Ericsson (Bitze)* til Wik, Riddare, Höfuidsman „på Åbo slott 1480-1485, Lagman i Norra-Finne Lagsaga „1490-1499“<sup>12)</sup>. Quibus addimus, nostra monumenta sententiam exhibere judicalem, ab eodem ut *Legifero Fenniae Borealis* adhuc a. 1501 perscriptam<sup>13)</sup>; quod munus eundem a. 1489-1506 administrasse, Nob. v. STIERNMAN significat<sup>14)</sup>. Sed ad res patris sui Episcopi *Conradi* persequendas properamus.

*Magistri* nomen ex *Academia Lipsiensi*, initio hujus seculi condita<sup>15)</sup>, quam, ut etiam propiorem, nostros juvenes Pragensi praeferre coepisse, mirum non est, Auctor noster eum reportasse docet; ante vero quam Sedi admoveretur Episcopali, *Praepositum Aboënsem* fuisse quod addit, id alia quoque monumenta nostra extra dubium ponunt: quo loco cur verba *ad tempus* inseruerit (si quidem ab Auctore ipso

qui Confraternitati trium Regum sese adjunxerunt: vid. supra p. 426.

<sup>12)</sup> In nota subjecta (ex HADORPHIO l. c. p. 367) docet, eum ut R. Senatorem ultimo illo anno (1499) nomen suum literis subscripsisse quibus Principi *Christiano* (R. *Johannis* filio) jus Patri suo in Regno succedendi tribuebatur. Quod autem de insignibus ejus addit: *Förde en Hjort i wapnet, och fyra nedstuckna Pilar på Sjelman*, vereor ne in illa re titubatum sit, et *Caper*, cujus haec gens figuram in armis suis gestabat, male effigiatus, pro *Cervo* habitus?

<sup>13)</sup> Literis quibus *Ake Jopson*, Armiger, praedium suum *Korvala* (Paroeciae *Sagu*) Archidiacono *Magno Laurentii* vendidit, talis subscriptio adjecta est: „Tiil huilkis breff mere visso „ok bätre bevarningh bidher iach verdugh fader Lawrens Swripä, „Electus i Abo ok meinogh Capitulum, *Hr. Henric Biidz Lagman i Norre Finlandh*, Magnus Frille Fowgte pa Abo Hws, „ath hengie theres incigle wpunder thette breff met mith egith: „Hwilkit [giffuit] ok scriffuit är i Abo aarum epter Herrens byrdh „MDI:o vpa X:m Riddere dagh,“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 276.

<sup>14)</sup> L. c. Licet per errorem avo suo *Henrico Bidz majori*, haec omnia adscribat; cfr. supra p. 492 not. 8. Literas tamen ipsas, aut monumenta, quibus haec confirmentur, non laudat.

<sup>15)</sup> A. 1409, post turbas vehementes Pragae exortas.



profecta sunt <sup>16</sup>)?), existimare nequimus; nam per totum decennium illi praefuisse muneri videtur <sup>17</sup>)?

*Senis* (*Senae*) autem apud minores consecratum fuisse, omnes nostri docent Codices; ita ut, quale exemplum MESSENIUS secutus sit, qui ibidem apud *Bernardinos* factum fuisse, asserit <sup>18</sup>), conijcere nequeamus <sup>19</sup>). In *Ms. Palm-sköldiano* hic locus adeo difficilis lectu est, ut vel *denis apud imares*, vel *die apollinaris*, facilius quam *Senis apud minores*, inde haurias? Rev. RHYZELIUS nostrum non modo apud *Bernardinos Senenses* <sup>20</sup>) consecratum, sed eorum etiam *Abbatem* fuisse, cum *domi, opera cognatorum suorum Episcopus eligeretur*, confidenter narrat; illamque Abbatis digni-

<sup>16</sup>) Nam absunt a Codice Bibliothecae Acad.

<sup>17</sup>) Ut proximus nostri in munere Episcopali antecessor *Olavus*, Archipraepositi dignitatem statim a morte M. *Friderici Trast* accepit (sicut nuper didicimus p. 482 not. 17); ita verisimile est, post *Olavum*, nostro eandem, non minus quam deinde Episcopalem, mox fuisse delatam? Quamobrem ab a. 1450 ad a. 1460 munus Archipraepositi administrasse, videtur? Quod enim RHYZELIUS (in vita nostri) asserit, eum anno demum 1451 Magistri honore fuisse decoratum, illud donec argumento aliquo demonstratum fuerit, probabile haud iudico. Annis certe 1455 et 1459 Praepositum fuisse reperimus: *illo* literas *Johannis (Jönis) Spora* Armigeri, quibus is praedium suum *Loppis* Paroeciae *Pemar* Ecclesiae Cathedrali oppignoravit, sigillo suo appenso confirmavit (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 128); hoc testamentum D:ni *Arvidi Clauusson* similiter sigillavit; (vid. supra p. 387 not. 16 et p. 408 not. 27). Sed anno jam 1453, in testamento *Henrici Clauusson*, Archipraepositum salutari, docet Nob. v. STIERNMAN l. c. (*Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 193); ut et a. 1457 nomen suum inter aliorum nomina Optimatum Fennicorum comparet, qui R. *Carolo* repudiato, *Christiano* fidem suam addicebant. Vid. HUITFELDT l. c. p. 868.

<sup>18</sup>) *Chron. Episcopor.* in vita nostri, et *Scand. T. X* p. 20.

<sup>19</sup>) Mirum autem in modum allucinatus est WEXIONIUS *Epit. Descr. Sveciae* L. X, C. XI, (licet MESSENI *Chron. Episcopor.* ante oculos haberet) scripsit: „In Italia apud *Bernardinos jam senex* cum a Pio 2 Episcopus est consecratus.“

<sup>20</sup>) MESSENIUM imitatus (*Chron. Rhythm. Finl.* p. 37) scribit § *Senis*.

tatem sibi comparasse addit, curiae Romanae favore adjutum, quem, post *Magistri* nomen Lipsiae a. 1451 meritum, in Italiam profectus, conciliare sibi noverat. Quae omnia unde hausta sint, divinare non possumus: falsa autem esse, testimoniisque expressis cum Auctoris nostri, tum aliorum monumentorum repugnare, certum est <sup>21)</sup>.

Inter gesta Episcopi nostri Auctor primo loco recenset, quod *Conventum Vallis Gratiae confirmavit* <sup>22)</sup>, et *personas ejusdem Conventus sub perpetua clausura inclusit*. Quam rem ita explicat MESSENIUS, ut scribat: „1462 Na-  
„dendalenses *utriusque sexus* coenobitae, a Mag. Conrado „*solemniter inaugurati*, sub perpetuam *in diversis monasteriis* „introducuntur clausuram“ <sup>23)</sup>. Ubi, quod in *diversis monasteriis* coenobitas *utriusque sexus* inclusisse Episcopum dicit, inopinatum nobis visum fuit, cum de Monasterio *Ordinis Birgittini* sermo esset; qui Ordo, quam acriter pro combinatis Coenobiis (quale etiam fuisse Nådendalense constat) contra adversariorum suorum molimina pugnaverit (qui Sorores et Monachos ubique separandos urgebant, ne ut hactenus intra eosdem muros, licet diversis clausuris, cohabi-

---

<sup>21)</sup> Cfr. supra p. 495 not. 17. Unde aperte patet, *Conradum* nostrum ex Archipraepositura ad Episcopatum adscendisse: illius autem muneris a nostro administrati mentionem RHYZELIUS plane praeteriit, ut Abbatis stationem in Italia assignare ei posset.

<sup>22)</sup> An *reformavit*? *Fragmentum Palmsköldianum* habet *consummavit*; nec illud absurde.

<sup>23)</sup> *Scand. T. X p. 20*. Tomi autem IV p. 20 dicit: „Atqui „cum Monasterium, in Finlandia Nadendalense --- jam ad fastigium esset perductum, Conradus provinciae Antistes, XIII Augusti (a. sc. 1462), praesente Ordinis Generali Confessore „Magno, coenobitas utriusque sexus *inauguratos, illic primum* „*introduxerat*.“ Credas illum monumentum aliquod nobis non visum ante oculos habuisse, unde ipsum etiam diem inaugurationis didicerit? Episcopum vero non tam coenobitas nunc demum in Monasterium primo introduxisse, quam ad severiorem vitam regulisque ordinis magis conformem adduxisse, ex *Diarii Wadstenensis* verbis mox afferendis, palam est.

arent), MESSENIUS ignotum haud fuisse sciebamus <sup>24)</sup>. Cfr. *Diar. Wazstenens.* p. 64 (A. 1422) et p. 70 sq. (A. 1428); inprimis autem A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveogoth.* S. I p. 176 sqq. N:o 38, 39, 43, 48, et p. 182 N:o 8; vid. etiam LAGERBRING *Sv. R. Hist.* IV D. 6 C. 15 §. Deinde, tum demum (a. 1462) coenobitas *solemniter inauguratos* fuisse, an accurate dictum sit, dubitari potest. Veram certamque totius negotii rationem luculenter tradit *Diarium Wazstenense*, p. 119 (ad a. 1462), haec verba habens: „Feria 3 ante Oct. Ascens. Domini exiverunt fratres nostri, videlicet confessor fr. Magnus, fr. Richardus et fr. Magnus Haquini laicus ad Finlandiam, ad monasterium nostri ordinis Vallisgratiae *reformandum*, et ad reducendum personas ibidem ad veram observantiae regularis sinceritatem, et ad inclusionem, quod et factum est. Nam praedicti fratres per totam illam aetatem ibidem morabantur, personas monasterii ejusdem ad regularem observantiam reducendo, ac easdem cum eorum episcopo, Dn. Conrado Aboënsi, super nonnullis caussis et litibus, quae inter eos vertebantur, concordando <sup>25)</sup>, et tandem ad perpetuam inclusionem secundum instituta regulae S. Salvatoris finaliter deducendo.“ Qua in re nihil nobis mirabile occurrit, nisi tam sero hoc consilium fuisse perfectum.

*Sacellum* porro *Omnium Sanctorum* (cum suo Altari) in Ecclesia Aboënsi *sub eo*, h. e. hujus Episcopi tempore, erectum fuisse, Auctor narrat; quod suis eum impensis fecisse (på egen befohnd) RHYZELIUS addit, auctoritate Chronici nostri rursus spreto, ubi sumtum in hoc institutum impensorum praecipua laus *Magno Nicolai*, tum Praeposito, atque *Conradi* nostri etiam in Episcopatu successore, disertis verbis (in vita ejus) tribuitur; ut mox videbimus. Fautorem tamen hujus consilii liberalem, ipsum quoque Episcopum fuisse, ex additis novae Capellae, etiam vectigalium

<sup>24)</sup> Vid. *Scand. T.* III p. 51, ad a. 1428.

<sup>25)</sup> Cfr. supra p. 436 sq.



Episcopalium impendio redditibus, de quibus ibidem Auctor commemorat, satis apparet.

72. Novum hoc Altare, simul cum XI aliis in Ecclesia Aboënsi, uno eodemque die Episcopum nostrum consecrasset, ubi Auctor significasset, addit: *ante illud tempus Altare Corporis Christi per totam dioecesin Aboënsensem unicum et solum consecratum* exstitisse: quae fatemur esse nobis inexplicabilia. Quomodo enim existimabimus, per tam longum tempus tot fuisse Episcopos permissuros, ut per totam Dioecesin *in altaribus non consecratis* sacra perficerentur? Nisi hoc loco vocabulum *consecrandi* singularem aliquam habet significationem? <sup>26)</sup> Quod iis excutiendum relinquimus, qui mysteriis cultus Romano-Catholici, nobis parum cogniti, initiati fuerint. *Fragmentum Palmsköldianum* hic nihil juvat, ubi eadem fere verba leguntur: „Sub eo capella „omnium sanctorum in ecclesia Aboënsi de novo erigitur, et „ipse memoratam capellam et undecim altaria in ipsa ecclesia uno et eodem die *dedicavit*, ita quod ante illum „diem altare corporis Christi per totam dioecesin unicum et „solum consecratum habebatur.“ Ex iis quae supra (p. 410 sq. not. 30) disputavimus, praeterea patet, praeter novum hoc Altare, et altare Corporis Christi (de cujus singulari consecratione nihil in superioribus Auctor prodiderat), *XII alia in Ecclesia Aboënsi* hactenus condita et dotata fuisse, quae tempore Reformationis Ecclesiae Fennicae suis adhuc et redditibus et Praebendatis praedita superfuisse deprehendimus <sup>27)</sup>. Cur igitur haec non omnia jam *consecraverit*

<sup>26)</sup> Apud DN. DU CANGE, voc. *Consecrare* legitur: „*Dedicat* Pontifex atrium, templum, tabulam altaris. *Dedicare* enim „est locum Deo offerre, benedicere et sanctificare. *Consecrat* „autem Episcopus utensilia Ecclesiae --- Ea enim tantum *consecrat* quae a communi usu in cultum Divinum separantur.“ Sed inde nobis, ad locum nostrum explicandum, parum subsidii proficiscitur.

<sup>27)</sup> Testante *Libro Veteri*, de quo nuper p. 483 not. 19 (cf. supra p. 267 not. 98, et p. 423 sq.).

Episcopus, sed *tria* praeterierit, plane nescimus; etc. <sup>28)</sup>.

73. *Chorales* antea *sex* in Templo Aboënsi ministrasse, supra Auctor significaverat (p. 370); quibus, *quatuor* ab Episcopo *Magno* Tavast additos fuisse, ibidem docuit. Duobus igitur jam ab Episcopo *Conrado* adjunctis, numerus eorum

<sup>28)</sup> Ritus quidem omnes et ineptias in *Consecrandis* Altaribus observandas fuse explicat DURANDUS in *Rationali Divinorum Officiorum* L. I, C. VII; (cfr. BÖHMERI *Jus Eccles.* L. III, Tit. 40, §. 19—32); sed ad nostrum tollendum dubium, neque inde opis aliquid nacti sumus. Caeterum hujus nostri tempore Episcopi *Indulgentias* comparatas adhuc fuisse Altari *S. Catharinae* (superiori jam condito seculo, vid. supra p. 300 et 309) a V Cardinalibus impertitas, apographon docet ipsarum literarum (quod servatur in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 173), quarum inscriptio talis est: „*Elavus* tytuli sancte *Praxedis*, *Jacobus* tytuli sancte *Anastasiae*, *Johannes* tytuli sancti *Laurentii in Damaso*, et *Gerardus* tytuli sancte *Sabine*, ac *Ludovicus* tytuli *sanctorum Petri et Marcellini*, miseracione Divina Sacriste“ (Sacrosancte?) „Romane Ecclesie Presbiteri Cardinales, Universis Christi fidelibus etc. --- Cupientes igitur, ut Altare sancte *Katerine* situm in ecclesia *Aboensi*, in quo ut accepimus, *singulis feriis quedam missa solet annuatim solenniter decantari*, congruis frequentetur honoribus, --- *libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis* decoretur, --- fidelibus --- qui in *resurrexionis* --- *Jesu Christi* et *penthecostes*, ac sancti *Henrici* Episcopi et ejusdem sancte *Katherine* virginis et martiris festivitibus, a primis vesperis usque *ad secundas vespas inclusive ipsum altare devote visitaverint*, et --- manus porrexerint adjutrices, --- Nos Cardinales *prefati et quilibet nostrum*, singulis festivitibus *prefatis*, quibus id fecerint, C dies de iniunctis eis penitentiis --- relaxamus. --- Datum Rome in Domibus nostris anno a nativitate *Domini Millesimo* quadragesimo“ (*quadringentesimo*) „*sexagesimo quinto*, Indiccione tertia decima, die vero vicesima mensis *Augusti*, pontificatus *Pauli* --- secundi anno primo.“ Cum nullam harum mentionem faciat Nob. A CELSE (*Apparat. ad Hist. SveoGoth.*), commemorandas esse duximus. Nomina autem Cardinalium, in nostro exemplo corrupta, duce CIACCONIO (*Vitae et res gestae Pontificum Rom.* etc. T. I p. 1073 sq.) ita corrigenda sunt, ut pro *Elavo* scribi debeat *Alanus*; pro *Johanne*, *Ludovicus* (*Scarampus de Mediarota*); pro *Gerardo*, *Berardus* (*Herulus*): *Jacobus* autem est *Jac. Thebaldus*, et *Ludovicus* is qui de *Alibreto* fuit nominatus.



ad XII exerevit. De his hominibus eorumque officio et stipendiis quaedam supra attulimus p. 423 sq.

*Coemeterii Aboënsis instaurati* laus, quae Episcopo nostro, ab Auctore tribuitur; areae Templum circumdantis Cathedralis (in monticulo exstructum) complanandae arenaque complendae, nec non muro ad subitum assaultum repellendum apto cingendae<sup>29</sup>), ab eo praestitam spectat operam: cujus etiamnum, post tot perpeſſas calamitates factasque rerum et consiliorum commutationes, manifesta vestigia egregiaque conspicienda supersunt monumenta. Aedificia publica, Schola sc. Cathedralis, Templum Germanicum (nunc Palaestra, *Ûäfftſalen*) cum veteri Campanario, (quibus nunc aedes Bibliothecae Academicae superstructae sunt), Atria s. Auditoria Academica (quae cui usui primum exstructa fuerint, non constat<sup>30</sup>)), Aedes quas fama fert Scholae Aboënsi

<sup>29</sup>) Ipsa structura Muri et Portarum, quarum duae adhuc versus austrum et forum urbis primum sitae, veteri forma conspicuae habentur, (non modo fornicibus obiectae, sed domo etiam exigua duabus harum imposita, vigilumque, ut videtur, stationi destinata, ornatae) hoc consilium satis demonstrat. Ab occasu, ubi Scholae Cathedralis hodiernae aedes desinunt, murus solidus e saxo structus, septentrionalem coemeterii partem cingit, ad ortum usque porrectus, ubi Ustrina Templi Cathedralis occurrit. Quod solum coemeterii hac parte elevatius, insigniter super vicinam eminet planitiem, (quae palus olim fuit, unde minus igitur periculi erat metuendum); murus ille simplex, satis defensionis promittere videbatur. Ab oriente vero ad austrum atque porro ad occasum, solum coemeterii declive sensim sese demittebat, vicinae tandem sese aequans planitiei; quare hanc dimidiam partem muri, per quam omnes introitus in coemeterium patebant, quamque omnes portae (olim quatuor omnino) spectabant, propugnaculi instar, aedificiorum (quorum meminimus) mole interrupti, ex laterculis construere visum fuit, foraminibus pro tormentis varii generis adhibendis pertusum: ac inprimis ea pars quae inter Ustrinam et Aedes Academicas hodie interjacet, utpote caeteris situ humilior, diligentius fuit munita. Cfr. SAM. JUSTANDRI *Orat. de quibusdam Antiquit. Abogicis* (Ab. 1679, 4:o) p. 7, et DAN. JUSLENII *Disp. Aboa Vetus et Nova* (Ab. 1700, 8:o) p. 13 sq.

<sup>30</sup>) Nullum licuit nobis reperire in monumentis nostris ve-



quondam fuisse dicatas, <sup>31)</sup> (in quarum locum jam successit Laboratorium Chemicum, cum Theatro Anatomico, etc.) muri locum ab ea fere parte quae inter Occasum et Orientem interjacet, subinde occupantia, habentur; quorum antiquiora illa ad hanc usque aetatem si referimus, non putamus nos a veritate aberrare.

74. Plurimas *Ecclesias lapideas* ejus tempore per totam dioecesin fuisse erectas, cum Auctor noster doceat (quae hactenus lignae pleraeque fuerunt); hoc illos, qui in templorum diversorum lapideorum aetatem, per Finlandiam olim aedificatorum, inquirere voluerint, admonere debet, ne sine idonea causa, pleraque eorum hoc aevo vetustiora statuunt.

Caeterum, Ecclesiarum etiam numerum, amplioribus

---

stigium, vel temporis quo exstructae, vel consilii cui dicatae primum fuerint. Cellae subterraneae et fornices, quibus instructas ab initio fuisse videmus, totaque structurae ratio ostendunt, non Academiae demum aut Gymnasii hic conditi tempore aedificatas fuisse, sed aetate esse superiores. Scholae Aboënsi, aevo Papistico inserviisse, significare videtur l. c. JUSTANDER; sed et judicium prodit exiguum, et tantam rerum ignorantiam, ut ejus testimonio tribui vix quidquam possit, obscurius etiam atque confusius literis consignato.

<sup>31)</sup> Minus autem verisimilem hanc esse famam, nescio unde natam, vel domus hujus (quae portae, fornice tectae, olim superstructa fuit) magnitudo docere debuit: angustior enim fuit, quam ut illi usui inservire posset. Rectius JUSLENIUM disputare puto, qui l. c. „Apud eam (*Ustrinam*) ad ortum, pars ejusdem „muri in eximiam altitudinem erecta propugnaculi ferme refert „speciem: eodem enim penitus modo facta est, ---; non parum „augetur opinio, propter hostium incursionem esse exstructam, „ut ibi machinae, quae eo tempore in usu esse potuerint, collocarentur, iisque impediri quirent illi et ab urbe arceri: adde „quod superius etiam sub laqueari porticus sit et *domus adjuncta*, „*tanquam vigilum habitaculum, postea aedituorum hospitium.*“ Scholae igitur inserviisse, non putavit. Hodie, domo illa et magna muri vicini parte diruta, portaque magis versus austrum remota atque aperta, hujus operis parum superest, quod tamen dum maneret oculis lustravimus.

paroeciis dividendis, ubi multitudo incolarum laetius creverat, his temporibus auctum fuisse, monumenta docent <sup>32)</sup>.

<sup>32)</sup> Sic, non diu ante a. 1477 Paroeciam *Ijo* a Paroecia *Kemi* Ostrobotniae borealis fuisse separatam, ex literis Episcopi anno nuper commemorato datis discimus, quas (e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 59 descriptas) exhibent cum MATHESIUS *Disp. De Ostrobotnia* p. 37, tum *Fol. Hebd. Ab.* a. 1784 N:o 13. Similiter Ecclesia *Ackas* Tavastiae a. 1483, per hunc eundem Episcopum separata fuit ab Ecclesia *Säxmäki*, demonstrantibus hoc literis ejus, dicto anno datis, quas inserendas curavimus *Foliis Hebd. Ab.* a. 1774 N:o 5: quod autem exemplum earum tum nacti eramus, minus accurate descriptum, diligentius descriptas (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 15 sq.) hoc loco subjungemus. „Vy Kort „met Gudz nadh biscop j Abo görum allom vitherligit, swa ep- „terkomandom som nw liffwandom, at arum epter Gudz byrdh „MCDLXXXIII, j the dagha vj Prestemot hullom j Abo met „vort älskelige Klärkerij, komme for oss nogre merkelige ok „tualde bönder aff *Akas* sokn, huilkin som hauer aff alder legat „vnder *Säxmäki*, huilke bönder som vore vtsende aff mene *Akas* „sokn, och vore högeliga begerende aff oss och vore älskelige „Capitulo en asytiande Klärich viidh theres Kirkio *Akas*, besyn- „nerliga fore stoor siälevadhe schuldh, som framlidhne theris „fränder lidhit haffde fore prestemistningh, huilken alt for fiärre „fron them bodde. Epter swadane theris store begärelse, som „vj formerkie kwnnom at them thet högeliga behoff giordis, „sändom vi tiil them aff *Akas* nogre vore godha clericke ok „lekmen, som äre H:r *Jop i Hollola*, H:r *Oleff i Wonå*, H:r „*Oleff i Janackala*, H:r *Oleff i Haw*, H:r *Jöns i Kyro*, Kirki- „herre; Lekmän: Lauris Talraynen, Jöns Olaffsson, Laris Yl- „haynen, Olaff Reko, Lauris Nilsson, Abraam i Fittila, Bertil „Staffan, Caupi Pipa, Mattis Löpare, Philippus Ottesson och „Olaff Sontwla, vtsoknis och främande goda bönder, tiil at see, „skodha och offuerväghia om prestens sätrij j *Akas* oc om tess „tillighwr, aker, äng, skog, utmark och om all androm laglighet, „som bönder pläga göra syne Kirkiherrer her i landit, som la- „ghen vtuisar. Thenne sama forscripne gode cläricke ok bön- „der beskodde for:de prestesäthe; ok funno at clericcker kwnno „ther vel vara, som ther oc behoff giordis. Thy haffuom vi nw, „met vore älskelige Capitulo samtickio them skickat en asythiande „clärich, H:r *Lauris Perko*, och quittat for:ne *Akas* kirkio och „soknins inbighiare vndan *Säxmäki* her epter tiil evigh tiid, och „nw met thetta vort breff quittom och lösom vndan for:de *Säx-*



De ređitibus Cleri defendendis, diligenter exigendis et augendis curam intentam egisse, plura sua testantur edita, quibus veteres de solvendis Decimis leges atque pactiones repetiit et inculcavit <sup>33</sup>).

„mäki, och“ (deest aliquid?) „allahanda brwka oc niwtha al „laglighet, som anderstadz sidhvänie är offuer alt landit. Fram- „delis haffde for:ne Akas sokins inbighiare oss loffuat och be- „sworet oss sithiande fore vort prestemot, at the vilia fullborda „theris prestebool fulleligha och allaledis epter thy som lagen „utvisar oc sidhvänie är offuer alt vort biscopsdöme, och at the „vilie holla til evig tiid then sama siidhvänie *som the aff Kyro „aff alder hollit haffua, oc än holla, om prestens skat ok andra „vtgärder*, swa at the göre aff huar Konungx kroch III“ (an II? cfr. supra p. 464) „prestekroka, och jbland thenne skat „scullo the göre fore theris *Krokskin* I öre peninga fore huart „hwit skin. Tesselikes haffua the och loffuat före vedh, haffra „och halm Kirkiherrenom til vutsätning, then tiid biscopen skal „thär färma och visitere. Sidhen haffue the loffuet at fylla vn- „der prestebolet LX lass äng, swa och vedheskog och fää bethe, „ther epter behöffueligt är prestenom. Ytermera haffue for:ne „soknemen loffuat och besvoret, at the vilie, som the och skule „her epter tiil evig tiid holle theris Kirkiherre j verdoghet oc „all laglighet, som anderstadz her j landet sydvänie är bland „godhe men. Datum Abo Anno, die et loco ut supra.“ Nomina hominum (domiciliorumque suorum) non omnia esse recte expressa, facile liquet; sed defuit nobis opportunitas eadem emendandi; neque magni referre putamus. De ređitibus autem Pastoris quae hic sanciuntur, et ad morem rationemque ecclesiae *Kyroënsis*, tanquam normam et regulam reliquarum Tavastensium referuntur, ex adducta supra p. 462 sqq. Annotatione Anonymi lucem accipiunt; ut illi vicissim explicandae prosunt. Caeterum ex hoc licet exemplo discere, quam caute et prudenter in novis constituendis ecclesiis Hierarchae olim versati sint, quamque sollicite viderint, ne Clerus inde detrimenti quid caperet. — Simul existimari facile poterit, quid de interpretamento RHYZELII judicari debeat, qui cum apud Auctorem nostrum legeret, *sub hoc Episcopo* quam plurimas *ecclesias lapideas* per totam Dioecesin fuisse erectas, ea verba ita reddit: *Genom hånå råđ och hjälå äro monga kyrkior i Åbo Sticht upbyggda*, quasi nulla omnino antea iis locis templa fuisse Auctor narraret, quae in lapidea fuisse tantum mutata ille significavit. Cfr. supra p. 501.

<sup>33</sup>) Cfr. quae supra, p. 185 not. 8 et p. 219 sq. not.



Neque ordinem in rebus Ecclesiasticis observandum minus severe custodivit, aut de toto statu Hierarchiae tuendo, perpetuum sollicitumque studium adhibere neglexit. Quare facta ab eo *Statuta* et multa et gravia, cum a veteribus saepe laudantur, tum hodieque supersunt <sup>34)</sup>.

---

20, de Edictis a R. *Magno* unacum Episcopo Aboënsi (sive *Benedicto* sive *Hemmingo*) ad incolas cum *Careliae* tum *Ostrobotniae Borealis* missis, disputavimus; quae edicta noster observanda de novo praescripsit, anno quidem 1470 Careliis, anno autem 1478 Ostrobotniensibus, ad quos ipse etiam alias a. 1477 de hac eadem re dederat literas, quas ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29 descriptas, typis exprimi curavimus in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1789, N:o 13.

<sup>34)</sup> Defuit quidem nobis hactenus opportunitas, collectionem horum statutorum quae in R. Archivo Antiquitatum servata (in Codice A. 57, 4:o, inter reliquorum *Statuta Episcoporum Regni Sveciae*) inde in R. Bibliothecam Stockholmensensem translata fuit, diligentius perlustrandi, (quam operam, fore ut alias nobis praestare liceat, speramus); sed haec interim inde exempla dabimus. Anno 1474, necessarium reperiens Capitulum Aboënsis, ut Statuta et decreta, quae ab eo posthac fierent, literis consignata ac suis quaeque libris distinctis, pro rerum diversa indole, illata conservarentur, sub auspicio Episcopi nostri initium fecit talium sive Ephemeridum sive Collectionum condendarum. Cujusmodi libro praemissa praefatio (unde hujus instituti habemus notitiam) cum supersit, praeclare pro ratione temporis concinnata, eandem, licet longiorem, hoc loco apponere placet, qualem sua manu descripsit b. Archiepiscopus C. F. MENNANDER (quod apographon una cum egregia collectione multorum aliorum monumentorum, ad res illustrandas Fennicas pertinentium, Bibliothecae nostrae Academicae munifice donavit Filius, Paternae in Lyceum nostrum benignitatis Haeres, Generosiss. Dn. Reg. Cancellariae Consiliarius CAR. FR. FREDENHEIM), his conceptam verbis: „Per-  
„necessarius litterarum usus tanto commendabiliores reddit vete-  
„res ipsarum vigilantissimos inventores, quanto plus posteris di-  
„noscitur multipliciter profuturus. Litteris enim facta jam dudum  
„preterita efficiuntur occulta fide presentia. Litteris labilis flui-  
„daque humani sensus memoria fit stabilis, firma ac quodammodo  
„perpetua. Litteris denique clarescunt ratiocinia, tolluntur am-  
„bigua, perit perplexitas et provenit securitas, atque evolat sepe  
„securus, qui sine litteris fuerat interdum vexationibus plurimis  
„involvendus. Paulum proderit preterea homini. voluntas liber-

„rima vel intellectus potentia perspicacissima, nisi assit et fidelis  
 „custos memoria, ut quod una voluerit et altera decreverit, hec  
 „velut fida thesauraria scripture monumentis adjuta conservet.  
 „Quidve valet rerum subtilium intellectio, quas sine litterarum pa-  
 „trocinio brevis“ (brevis?) „admodum delebit oblivio? Cum omnium  
 „habere reminiscentiam auditorum, Divine sit condicionis potius  
 „quam humane, hinc est quod nos N.“ (fortassis M. nempe *Ma-*  
*gnus* Nicolai, tum Praepositus Aboënsis, postea Episcopus, cujus  
 sollertiae ac eruditioni, cum totum hoc consilium, tum hanc ipsam  
 praefationem conscriptam, haud absurde adscribas?) „Prepositus  
 „et Capitulares ecclesie Aboensis, propter diversorum vertigines  
 „casuum et causarum per nos actenus“ (hactenus) „decisorum ac  
 „in futurum decidendorum, ad forum ecclesiasticum spectantium,  
 „qui quoque *adeo graves his diebus preter solitum insurrexerant,*  
*ut patratores ipsorum nervum ecclesiastice discipline vi rumpere*  
*videantur:* consentanea communique omnium deliberatione de-  
 „super sepe facta, volumus singulos et omnes casus et causas  
 „deinceps emergentes, Deoque juvante, justicie ministerio et no-  
 „stra sollicitudine terminandos, *in scripta plana redigi per ali-*  
*quem juratum nobis scribam capitularem,* nudam gestorum et  
 „gerendorum negotiorum veritatem continencia, ad que tanquam  
 „ad annales autenticos, recursus in submovendis dubiis habeatur,  
 „*ne Layci rudes et opidani pericie litterarum expertes, negocia*  
*sua sollicitissime conscribentes, viris ecclesiasticis illuminatis, et*  
*laycis merito exemplaribus, in hoc appareant quomodolibet pre-*  
 „rogari. *Neque ob hanc nostri*“ (nostram?) „*ceptam sero vigilan-*  
 „*ciam, nobis aut nostris predecessoribus incuria*“ (incurie?) „*desi-*  
 „*dieque vicium quis [se?] juste estimet irrogari*“ (irrogare?); „*dum*  
 „*prior populus tenacis obedientie filius desiderandeque pacis alum-*  
 „*pnus, suo tempore quicquid sancta mater ecclesia observandum*  
 „*duxerat, sine contradictione qualibet subire gaudebat.* Quis ita  
 „que causam intentaret, cum nullus adesset qui de retroactis  
 „alterum impugnaret? *Modernus autem predurus populus nervum*  
 „*habens ferreum, frontem eancam ac caritatem gelidam, velut homo*  
 „*pestilens non amat eum qui se corripit, ymo non modo non amare,*  
 „*verum etiam, si detur copia, invadere non pavescit. Tres proinde*  
 „*conficere curavimus libellos, acta capitularia vel negocia com-*  
 „*plectentes: unum qui statuta, secundum qui causas mere spiri-*  
 „*tuales, et tertium qui civiles debeant continere. Anno igitur*  
 „*Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, prima*  
 „*die mensis Aprilis, hoc opus sumsit exordium, Christi nomine*  
 „*invocato!*“ Ex ipsis statutis, quae maxime ad jura varia offi-  
 ciaque Capitularium spectant, animi caussa haec attulisse exempla  
 suffecerit: „Nullus recentem in Capitulum assumptus ecclesie



„Aboensis, prius admittatur ad secreta Capituli pertractanda, vel  
 „vocem quovis modo habeat in eodem, utpote in Prelatorum ele-  
 „ctionibus, Canonicorum receptionibus, beneficiorum collacionibus,  
 „quam fisco dicte ecclesie Aboensis V Markas monete Holmensis  
 „exsolverit cum effectu, pro libris aut aliis jocalibus (?) neces-  
 „sario reparandis.“ Item hoc: „Nullus residencium aut in Reso,  
 „vel equali distancia et citra vicinus existens ecclesie cathedrali,  
 „a *die Capitulari* que semper deinceps *die Mercurii*, nisi festi  
 „sublimioris in eadem celebranda impediatur“ (deest *solemnitas*,  
 vel tale verbum) „habeatur, se absentare presumat, sub pena  
 „unius ore, ante diem capitularem sequentem presidi persolvenda  
 „Capitulari, nisi illum corporalis infirmitas, Domini Episcopi vel  
 „Capitularium specialis commissio vel auctoritas faciat excusatum.  
 „De aliis diebus forte capitularibus in futurum ordinandis, simile  
 „sit iudicium. *Predicta vero emenda (böter) pro Capitularium  
 „jucunda recreacione reservetur.* Qui vero penam dictam perti-  
 „nenter distulerit exhibere, tantum de suis redditibus pro resi-  
 „dentibus deputatis, minuatur.“ Item: „Insuper concorditer et  
 „capitulariter, statuimus, quatenus ceteris festis principalibus non  
 „omissis, in his presertim sex solemnitatibus, videlicet utriusque  
 „festi beati Henrici, Dedicacionis ecclesie, Pasche, Corporis Chri-  
 „sti et nativitatibus Marie, Prelati et ceteri Canonici capati in pro-  
 „cessione incedant. Quibus, sic ut premititur, in predictis sex  
 „festivitatibus capatis incedentibus, debebitur *una stopa vini ex  
 „cellario sancti Henrici*, tociens quociens unicuique sigillatim.  
 „Item statuimus, quatenus *Prelati et Canonici inferiores, quibus  
 „opus est vino, tociens quociens voluerint, ex cellario beati Hen-  
 „rici pro quatuor ortonibus in promptum numeratis stopam obti-  
 „nere*“ (obteneant?), „ceteris his privilegiis et gracia privatis“. [Caeterum statuta haec Episcopi *Conradi* etiam illa ex Upsali-  
 ensibus fuisse magnam partem repetita, apparet. Cfr. ex gr. quae haec de magis et incantatoribus habent (NETTELBLADT *Schwed. Biblioth.* P. II p. 150, 171, 195).] Meminit etiam b. JUUSTEN in *Oratione Synodali* a. 1573 Aboae habita (de qua infra), praeter alia statuta vetera, etiam decreti sequentis, quod inter hujus Episcopi illa exstare autumat: „Damnamus et repro-  
 „bamus sortilegia, incantationes, divinationes, somniorum inter-  
 „pretationes, et quascunque litteras cum characteribus et igno-  
 „forum vocabulorum in S. Scriptura non expressorum inscriptio-  
 „nibus, quas quidam superstitiosi valere existimant contra aquam,  
 „ignem, gladium et alia mortis et morborum pericula. Item im-  
 „probamus omnes modos quibus nituntur homines occulta furta  
 „investigare, et alia hujusmodi deliramenta. Si quis talibus utitur,  
 „quasi perpetrato gravi peccato mortali puniatur. Sed si ea de-



Juventutis etiam literis (in Ecclesiae usum) imbuendae, Scholarumque publicarum, sedulam pro illius temporis conditione atque more, curam egisse, quae supersunt monumenta demonstrant <sup>35</sup>).

„fenderit ut licita, ab ingressu ecclesiae suspensus publica poenitentia puniatur, cum poena quadraginta marcarum.“

<sup>35</sup>) Stipem colligere pauperibus scholaribus, ecclesias cuique assignatas hoc consilio peragrantibus, dudum fuerat etiam apud nos permissum. Comparata autem hoc modo vitae studiorumque subsidia, cum iis eripere atque furtim ad se trahere, avari quidam Scholarum Rectores non verentur; turpem hunc abusum, aliosque nonnullos, gravi edicto Episcopus compescuit. Cujus exemplum subjungimus: „Nos *Conradus*, Dei gracia Episcopus „Aboensis, universis ad quorum noticiam presentes poterint pervenire, salutem et honorum omnium continuum incrementum. „*Quia insatiabile cupidinis desiderium adeo quorundam Rectorum „Scolarium animos sua hactenus illaqueaverat pravitate, ut Christi fidelium elemosinas, pauperibus scolaribus ex longi temporis „retroacti consuetudine debitas, ipsi*“ (an sibi?) „*non expaverant „perperam vindicare; qui videlicet insolitorum censuum talias „singulis pene parrochiis imponentes, interdum vadia sive impignorationes, interdum integram iniqui census pensionem, antequam „de loco se transferant, ab ipsis suis scolaribus consueverant extorquere.* Unde sepe contactum est“ (contigit, factum est?) „nobis in sciis, ut qui plus in blado vel pecunia, variorum“ (variis?) „pellibus aut aliis rebus obtulerant, pinguiorem sue mendicitatis „districtum, licet parvi vel nullius meriti extiterint, aut minimo „tempore scolis vacaverint, optinebant, studiosis et modestis inhumaniter parvipensis. Nos igitur hujusmodi detestandis abusibus et gravaminibus officii nostri pastoralis diligencia volentes „occurrere, sancivimus, cum venerabilis Capituli nostri consensu, „presenti statuto perpetue valituro: Quod Rectores Scolarium „futuris temporibus instituendi, et beneficiati, *expensis liberis et „salarario scolastico consueto, non beneficiati vero, ultra victum et „salarium predictos, parrochia Lund in autumpno et parrochia „Hawhu in hyeme sint contenti;* qui autem amplius a quoquam „scolarium temere presumpserit exigere, eundem *excommunicacionis sentencie ipso facto decernimus subiaccere*, ex qua nequibit prius absolvi, quam [sit] exactum illi cui tale quid ademptum fuerit, reddiderit cum effectu. Illos eciam simili volumus „anathemate teneri, qui *libros scole* scienter alienaverint, aut „sibi nequiter usurpaverint, aut cautam aliis suo neglectu dede-

Inprimis autem ad Hierarchiae aedificium firmandum atque exornandum pertinuit, adeoque non parvi momenti videri debuit consilium, quod idem iniit, cum Canonicos, quorum plerique hactenus per paroecias rurales (quibus praeerant) dispersi Aboae *residere* atque Capituli interesse deliberationibus nequiverant, ad *perpetuam residentiam* adduceret; quod fieri aliter non potuit, quam ut sufficientes illis redditus, aliunde quam ex cura ecclesiarum ruralium habendos, compararet. Quamobrem ad imitationem instituti, quod in aliis Dioecesibus totam per Sveciam dudum invaluerat, *Decimas* dictas *Pauperum*, (utpote ad hos sustentandos olim destinatas <sup>36)</sup> atque adhibitae), ad Canonicos alendos posthac impendi, a. 1486 jussit <sup>37)</sup>; eaque lex deinde ad refor-

„rint usurpandi; et qui inhabiles sciencia et moribus vel quovis „morbo vel vicio laborantes, studiose *presentaverint ad sacros „ordines promovendos*: accepius enim non ambigimus fore ipsi „Deo nostro, bonorum paucitate quam reproborum numerositate „in sua ecclesia deserviri. Datum Abo die jovis, octava Augu- „sti anno MCDLXXXII, nostro sub secreto.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 71. — [*Stipis* colligendae hac venia Scholares etiam apud nos abusos saepe fuisse, monumenta docent (Cfr. NETTELBLADT l. c. p. 170, 189). Caeterum *Scholaribus* (qui inter *Clericos* olim numerabantur, NETTELBLADT l. c. p. 183) aliis quoque modis eo tempore prospicere moris fuit. Cfr. *Id. ib.* p. 184, 192.]

<sup>36)</sup> Vel ipsa earum denominatio hoc prodit. Praeterea expresse docent Leges Provinciales antiquae, plerisque locis usu invaluisse, ut postquam Decimarum trientem Curatus accepisset, reliquis bessis in tres partes divideretur, quarum prima ecclesiae parochiali, altera Episcopo, tertia *pauperibus* cederet. Sic *Legg. Ostrogoth.* (*Kristnu B. IX Fl.*) habent: *En lut kirkiu, annan Biskupe, thridha a fatökum mannum.* In *Legg. Westrogoth.* (*Kyrk. Bolk. XIV Fl.*) post verba: *sidan* (ubi suum Curatus trientem abstulit) *skal skiptä i threr lötü, een a kyrkia, annan Biscuper, thridia väslir män* (pauperes), Codex recentior addit: *Thridi* (haec tertia pauperibus assignata pars) *skal skipta i tu; en lot til spetalsens* (Hospitali), *ock annan havi Bonde hemma medh sik, fatöka manna lot.*

<sup>37)</sup> Satis itaque sero in Finlandia fuit hoc consilium adoptatum, quod per Sveciam diu jam obtinuerat; ad quod igitur exemplum provocans Episcopus noster, in litteris hac de re datis,



dicit: *Hvilken fierde dell utgiffues j menige Sveriges kirkior, ok hether fatige tiondh, Canickom til hielp ok uphælde.* In Upsaliensi quidem Dioecesi, seculo jam XIII hunc morem initium cepisse, SCHEFFERUS docet, *Not. ad Chron. Archiep. Upsaliens. p. 37 sq.*; qui literis Ducis *Birgeri* allatis demonstrat, audax hoc consilium, tributum a populo ad alium prorsus usum collatum, ad Hierarchiae confirmandas rationes adhibendi, primum non sine accedente consensu R. *Erici* (Balbi), Ducis *Birgeri* ac aliorum discretorum terrae (s. ut alio loco habetur, *principum regni*), h. e. eorum apud quos tum summa potestas Reip. residebat, fuisse tentatum atque perfectum (eo, putamus, tempore, cum sub Archiepiscopo *Jarlero* Collegium Canonicorum secularium in Ecclesia Upsaliensi primum institueretur, vid. *ibid. p. 19*): an decimae pauperum aliae, quam quae ex tribus Fulklandis (Tiundia, Attundia et Fierdhundia) provenirent, per Upsaliensem dioecesin neque postea (quod significare SCHEFFERUS videtur) Canonicis vindicatae fuerint, aliis disquirendum relinquimus. (Cfr. PERINGSKÖLD *Momum. Upland. T. II p. 235.*) Nostri autem tempore Episcopi, opes Hierarchiae adeo jam confirmatae validaeque erant, ut nullo Civilis potestatis aut incolarum consensu ad decimas has a pristino et legitimo suo usu transferendas ac loco stipendii Canonicis attribuendas, opus sibi esset; verum ipse, ex plenitudine suae potestatis eam facere mutationem, novamque legem Dioecesanis observandam injungere, nemine contradicere auso, haud dubitavit. Apud exteros, neque hanc rationem *Decimas* partiendi, neque consilium, ex parte earum, per totam Dioecesin Collectarum, Canonicis stipendia constituendi, adhibitum fuisse, suspicamur; quod Canonicae apud eos plerumque videntur fuisse *fundatae* (h. e. certi fundi sive praedia iis adnexa, ex quorum proventibus stipendium sufficiens haberent; *Praebendae, Beneficia?*). Sane *Decimae pauperum* quae sint, explicaturus Dn. DU CANGE (*Glossar. in hoc Voc.*) nullum alium adducit auctorem, quam nostrum SCHEFFERUM; *Decimarum autem Canonicalium* nullam prorsus facit mentionem. Ansam tamen Decimas suo more dividendi nostrates ex veteri instituto sumsisse, patet, quo olim „universi Ecclesiae (cujusque) reditus in quatuor partes“ (haud semper aequales) „dividebantur, ita ut prima cederet Episcopo, „secunda Clericis, tertia pauperibus, et quarta fabricae cujusque „Ecclesiae, ut sarta tecta conservari posset.“ THOMASIIUS *Not. ad LANCELOTTI Instit. Juris Canonici P. II, p. 1113.* In *Aboënsi* vero *Dioecesi* admodum varia fuisse ratio Decimarum exigendarum constituta reperitur, ex variis pactis et conventionibus olim, primis religionis Christianae in Finlandiam introductae temporibus oriunda; quae cum incolis inire Episcopus et Clerus ne-



cesse habebant, ubi hominibus, nulli haec tunc vectigali pendendo adsuetis, tam grave imponere tributum tentarent: ad quam rem accedebat, quod modo valde diverso vitae subsidia sibi comparare, terrae hujus incolae solerent; agro colendo alii, venatu alii atque piscatu, pecoribus alendis alii etc. Porro, nescio quo tempore institutum fuit, ut ex illa tertia Decimarum parte, quae Ecclesiae cuique parochiali obtingebat, *Sancto Henrico* (h. e. Ecclesiae Cathedrali Aboënsi) per totam Dioecesin dimidium cederet; ex qua utraque portione conjunctim sumpta, *quadrantem* in usum Canonicorum subtrahendum atque insumendum Episcopus noster decrevit. In iis igitur Finlandiae provinciis, ubi Decimae ex frumento colligebantur (h. e. in ditione *Aboënsi*, *Nylandia* usque ad ecclesiam *Werelax*, *Ostrobotnia*, *Alandia*, nonnullisque parocciis Satacundiae), omne *Secale* (*Råg*) quod ex agris quibuscunque redibat, trifariam dividebatur, cujus triens *Curato*, alter *Episcopo*, tertius *Ecclesiae* cedebat; ex tertia hac parte, *quadrans* (summae totius *uncia*) Canonicis dabatur, reliquus *dodrans* (totius decimae *quadrans*) in partes aequales inter *S. Henricum* et Ecclesiam quamque ruralem dividebatur. Sed *Hordeum*, *Avena*, *Triticum*, *Pisa* et *Fabae* (*Ärtér och Bönor*) *Curatus* et *Episcopus* ita inter se partiebantur, ut nulla inde pars neque ad Canonicos, neque ad *S. Henricum*, neque ad Ecclesiam perveniret. Omnes hae Decimae in terris remotioribus, vendebantur, et collecta inde pecunia Aboam mittebatur. Sed sui loco trientis Decimarum, Episcopus multis locis, (in *Nylandia* usque ad *Vibur-gum*, *Alandia* etc.) cum incolis pepigerat, ut sibi *Butyrum* traderent, quod vocare moris fuit *Räbbesfatt*, (*Räbbesfattis Smör*); scilicet annuatim *unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris sexus, septimum suae aetatis annum complente*, ut supra vidimus (p. 185, not.; cf. p. 464). Frumentum igitur, quod ex Decimis in his locis redibat, in duas aequales partes dividebatur, cum *Secale*, tum *Hordeum*; quarum alteram *Curatus* accepit, alteram Ecclesia, cujus rursus portio, modo quo diximus, inter Canonicos, *S. Henricum* et Ecclesiam parochialem disperiebatur. In *Tavastia* tandem atque *Carelia*, ex pacto veteri, Decimae Ecclesiasticae numerata pecunia (postquam *Pellium* satis magnam copiam comparare incolae porro non valebant) pendebantur, pro *Arcuum numero* (est *Boga-tal*), h. e. ab homine quovis annum aetatis XV supergresso: quae pecunia rursus, modo supra exposito, inter Canonicos, *S. Henricum* et Ecclesiam quamque parochialem dividebatur. Quam omnem rationem ex instituto explicat Praefatio Libri veteris, cujus supra mentionem aliquoties jam fecimus (p. 267 not. 98, p. 423 sq. et p. 483 not. 19).

mationis usque ecclesiasticae tempora valuit. Duplices autem in *Registro Ecclesiae Aboënsis* (Fol. 17 et 18) servantur Episcopi literae, quibus magni momenti hoc negotium peregit, eodem die, sc. b. *Luciae Virginis et martyris*, datae: quarum unum exemplum Latine, ad *Praepositum et Capitulum Aboënsē*, alterum Svetice ad *Curatos et Oeconomos templorum* (*Kirkipreste och kirkiväränder*) per Dioecesin Aboënsē, scriptum esse reperitur <sup>38</sup>). Mirari subit, MESSENIUM

---

<sup>38</sup>) Literarum Svetice exaratarum exemplum (ex *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 17 sq. descriptum) typis exprimi curavimus in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1785, N:o 15. Latinas illas hoc loco subjungimus, quo dilucidius totius rei ratio pateat: „Nos *Conradus* „Divina miseratione Ecclesiae Aboensis Episcopus, Venerabilibus „viris, Dominis Preposito, Archidiacono ceterisque Capitularibus „Ecclesiae nostre praefate, fratribus nostris in Christo sincerissimis, „salutem et perpetuam in Domino caritatem. Licet nostre sollicitudinis labor ad omnes nostre dyocesis incolas generaliter extendi debeat, quia sapientibus et insipientibus debitores sumus; „attamen ubi mayus imminet periculum, diligentius et caucius „est consulendum. Hinc est quod curis continuis et assidua meditatione urgemur, ut juxta credite nobis dispensacionis officium „subditorum commodis jugi, quantum nobis ex alto concessum „fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Cum igitur pre ceteris „sacrosancta mater nobis commendat ecclesiam Aboensem, sicut „primatum optinet ceterarum, et oculis sue limpiditudo se et „sibi subjectas regere habeat et debeat ecclesias, corpusque totum nostre dyocesane ecclesiae illustrare; sic et pre ceteris luce „quadam incomparabili sapientiae, morum et virtutum, ut eminere „et nitere debeat, profecto opus fore arbitramur. Hoc sane licet „felicitis recordacionis predecessores nostri, hujus sedis Presules „dignissimi ac sanctissimi patres, summo circumspectionis studio „animadvertissent; ad ea tamen que intendimus, instituta salubria, quanquam et ipsi temptassent, certis ac rationabilibus „causis obnitentibus, non poterant pervenire. Siquidem quanta „consideracione, opera atque utriusque hominis sollicitudine circa „statum et condicionem praedictae nostre Aboensis ecclesiae, postquam ejus, utinam non immeriti Kathedram ascendimus, laboraverimus, non facile dixerimus: praesertim qualiter ipsam in „structura lapidum vivencium, personis videlicet studiosis, sapientibus, gravibus et maturis poterimus adornare, et eandem hujusmodi personarum residencia personali decorare. Sed ante



„*hec tempora quo modo id fieri potuerit, non facile erat medium*  
 „*invenire: ex eo presertim, quod prebende canonicales admodum*  
 „*pauce exstiterant, velut de facto existunt, et eciam ipse non*  
 „*fundate, ex quibus hujusmodi residentes deberent sustentari.*  
 „*Unde est, quod maior pars Canoniorum dicte ecclesie apud*  
 „*ecclesias rurales residencias duxerat; matre autem, ecclesia sci-*  
 „*licet cathedrali, suis debitis obsequiis in hoc quam plurimum*  
 „*defraudata. Quamobrem, prehabito super hoc maturiori con-*  
 „*silio et examine diligenti, summopere de ratificatione et appro-*  
 „*bacione Reverendorum patrum, nostrorum successorum Episco-*  
 „*porum fiduciam habentes, hanc nostram ecclesiam ejusque con-*  
 „*suetudines, jura et instituta, quoad residencias canonicas, vete-*  
 „*ris ecclesie Svecane consuetudini duxerimus in antea confirmari:*  
 „*providentes vobis vestrisque successoribus, Prelatis ac Canoni-*  
 „*cis, personaliter apud Cathedram residere, et onera sua con-*  
 „*suetu supportare, et causis ecclesiasticis superintendere volen-*  
 „*tibus, de quarta parte Decimarum ecclesias rurales, communi-*  
 „*cata porcione beati Henrici“ (med S:t Henriks del inberätnad),*  
 „*ex indiviso contingencium, in quibuscunque rebus hujusmodi*  
 „*decime occurrerint, in monetis, in blado, in pellibus, sive tela,*  
 „*aut quavis re alia: quam quidem quartam ecclesia Svecana con-*  
 „*suevit Decimas Pauperum appellare, usibus Canoniorum resi-*  
 „*dencium deputatam. Preterea presentibus nostris institutis et*  
 „*decreto vobis vestrisque successoribus canonice intransibus, le-*  
 „*vandi ab universis nostre diocesis ecclesiis dictam quartam de-*  
 „*cimarum plenam concedimus facultatem, et eam inter vos libere*  
 „*disponendi. Et ut majoris firmitatis seu roboris hec nostra con-*  
 „*cessio et institutio in perpetuum existere valeat, concedimus*  
 „*vobis auctoritatem suspendendi, et si opus fuerit, excommuni-*  
 „*candi quoscunque contradicentes, seu aliter consilium, auxilium*  
 „*vel furorem“ (an favorem?) „adhibentes, quo minus dicta quarta*  
 „*decimarum ad manus vestras valeat devenire, cujuscunque status*  
 „*existant. Quam quidem suspencionis et excommunicacionis sen-*  
 „*tenciam ipsos contravenientes incurrere volumus ipso facto. In*  
 „*cujus nostre institucionis ac concessionis perpetuam in antea*  
 „*firmitatem secretum nostrum presentibus duximus appendendum.*  
 „*Datum in Koross, curia nostra, die beate Lucie virginis et mar-*  
 „*tyris, anno Domini MCDLXXXVI.“ Exemplum Svecanum, quod*  
 „*huic Latino nonnullis locis clarius inservit explicando, praeterea*  
 „*docet Decimas illas Canonicales ex fide jurata (med en besvoren*  
 „*ed) quotannis Aboam mittendas fuisse, a duobus Clericis, huic*  
 „*negotio praefectis, deinde servandas, administrandas atque accu-*  
 „*rate Canonicis distribuendas, qui ab hoc tempore quovis die Mer-*  
 „*curii in Capitulum venire, consultationibusque et judiciis ejus*



hujus tanti consilii vel notitiam habuisse vel mentionem fecisse nullam; unde sequentes quoque scriptores rerum nostrarum latuit. Magis vero adhuc mirandum est, neque apud Auctorem nostrum negotii hujus ullum occurrere vestigium.

Neque minus celebre ad posteritatem alio consilio nomen Episcopus noster sibi comparavit: nempe quod *Missalem* Librum suae Dioeceseos, diligenter primum revisum, atque ad unam certamque formam exactum, inventae non multum antea admirabilis ope artis Typographicae imprimendum atque per singulas Ecclesias Fennicas dispertendum, in usum sacerdotum promptum atque diligentem curavit: qui primus liber fuit, atque ante Reformationem Religionis unicus, quem, in usum Ecclesiae Fennicae, aut habito singulari ad incolas harum terrarum respectu, typis descriptum reperimus. Ad morem reliquorum hujus generis librorum est adornatus. Ex praemissa huic Missali praefatione atque approbatione Episcopi elucescit, hoc curante, librum diligenter fuisse correctum atque *ad verum ordinarium* (h. e. typum) Aboënsis Ecclesiae exacte conformatum<sup>39)</sup> per *Danielem de Egher*, Theologiae Professore

---

interesse, necesse habebant. Caeterum poenae severitas, qua in novi juris violatores uti Canonicis permittit, satis ostendit, ad quod fastigium dominatio ecclesiastica apud majores nostros jam pervenerat. Quod autem de *paucitate praebendarum* conqueritur, et neque illas esse *fundatas* adjicit; id ita videtur explicari debere, ut quae hactenus institutae fundataeque ad Ecclesiam Cathedralē fuerant Praebendae, pleraeque non solis Canonicis possent vindicari (inprimis in quas posterī cognatique institutorum Jus Patronatus exercebant), neque horum optimatum ecclesiasticorum sufficerent lautiori splendidiorique vitae generi sustentando? Quare consultum videbatur, Decimarum parte his assignanda, novum in dioecesanos onus injungere, qui aliunde ecclesiarum et pauperum suorum necessitatibus prospicere, hac ope sibi imperiose ademta, deinceps cogebantur.

<sup>39)</sup> Recte observat Reverendiss. VON TROIL (loco mox laudando, p. 1) *Breviaria* atque *Missalia* Ecclesiae Svecanae, quae tempore dominantis apud nos religionis Romano-Catholicae adhi-

Parisiensem, atque a. 1488 *Lubecae* per *Bartholomaeum Ghotan* typis impressum<sup>40)</sup>. Mentionem libri hujus, hodie admodum rari<sup>41)</sup>, fecerunt plures Bibliographi nostri magis

---

bebantur, in omnibus Dioecesebus exacte eadem non fuisse, sed pro cujusque consuetudine, quae ex Episcoporum atque Auctorum vario olim judicio invaluerat, aliquantum discrepasse. Neque fieri aliter potuit, quam ut per librariorum inscitiam atque incuriam exemplaria passim varie corrumperentur, (quod de suae Dioeceseos Missalibus Episcopus noster in Praefatione queritur): unde cum typis essent imprimenda, necesse fuit ut ad fidem exemplorum praestantissimorum, maxime quae in Ecclesiis Cathedralibus adhibebantur, accurate exigenterentur: quam operam noster per virum eruditionis fama sua aetate clarum, perficiendum curavit. Unde autem habuerit LEXELIUS (*Diss. de causis raritatis librorum*, Upsaliae Praes. Nob. IHRE 1743 editae Part. Post. p. 5 not. g) quod titulo Missalis nostri infulsit, illud adornatum fuisse *secundum ordinem fratrum Praedicatorum*, rescire haud potuimus.

<sup>40)</sup> Secundum itaque ordine nostrum Missale fuit, eorum quae nova imprimendi arte Antistites Svecanae Ecclesiae describenda curabant, (Missale Strengnesense anno proxime praecedente 1487 apud eundem typographum e prelo exierat): quod vigilantiam atque diligentiam Episcopi nostri satis demonstrat. Nomen Typographi, qui *Bartholom. Ghotan* in omnibus quas ego vidi librorum a se impressorum subscriptionibus sese vocat, caeteri rectius, sed Nobil. VON STIERNMAN *Bartholom. Johan de gentis* mire scribit (*Tal om de Lärda Vettenskapers tilstånd i Svea Rike, under Hedendoms och Påfvedöms-tiden* p. 59, not. 120); quod sphaema esse typographicum crederes, nisi in *Centuria II Anonymor. ex scriptoribus gentis Sviogothicae* p. 1 eodem plane modo corruptum exstaret. Versum scil. ultimum subscriptionis huic Typographo solennis, male legerat atque exscripserat, quem (*Ghotan, degentis et in urbe Lubeck residentis*) Nob. WARMHOLTZ (*Biblioth. Histor. Sveo-Goth. Part. IV N:o 1776*) et Reverendiss. VON TROIL (loco indic.) recte expressum exhibent. Ac ipse STIERNMANNUS alio loco (*Tal om de Lärda Vettensk. etc. p. 61 not. 127*), subscriptionem *Missalis Strengnesensis* adducens, ejusdem Typographi nomen rectius effert *Barthol. Gohan*.

<sup>41)</sup> In paucis Ecclesiis Fennicis ejusdem hodie supersunt exemplaria, atque ea misere lacerata. Completum exemplar vix ullum reperitur; inprimis ubi Praefatio et prima ultimaque folia adsint.



minusve accuratam <sup>42)</sup>; sed diligentissime descriptus habe-

<sup>42)</sup> Laudati a nobis nuper, not. 39 et 40. SCHEFFERO nondum innotuerat. Neque apud MESSENIUM, neque apud RHYZELIUM laudabilis hujus, ab Episcopo nostro navatae in Ecclesiae suae usum operae adhibitaeque curae, mentio ulla occurrit; quamvis jam tum, cum RHYZELII *Episcoposcopia* prodiret, et STIERNMANNI *Centuriae* et LEXELII *Dissertatio* lucem adspexissent. Mirum autem est, *Missale* nostrum et apud STIERNMANNUM et apud WARMHOLTZIUM *Breviarii Aboënsis* nomine laudari, quamvis et a LEXELIO recte *Libri Missales* commemorarentur, et cui oculis usurpare eosdem licuit, hunc errorem mox deprehendere debuisset: STIERNMANNO etiam recte (*Tal om de Lärda Vetensk.* etc. p. 59) utriusque generis differentiam explicante. Rem accuratius exponit Rev. V. TROIL I. c. Cumque Praefatio brevior *Missali* nostro praemissa, et consilium Episcopi et ingenium temporis non obscure prodatur, eam hic repetendam esse putavimus. Talis autem legitur: „Reverendus in cristo pater et „Dominus, D:nus *Conradus Bysttz*, dei et apostolice sedis gratia „presul ecclesie Aboënsis. Attendens in sua dyocesi *librorum* „*missalium paucitatem Eorundemque corruptionem non modicam.* „Et ex hoc quorundem“ (quorundam) „*sacerdotum* celebrantium „*consurgere turbacionem et indevotionem. Hos libros missales* „*secundum verum ordinarium sue ecclesie* per eximium virum *Danielem de egher*, alme universitatis Parisiensis sacre theologie „professorem insignem, optime correctos. Ac mgraliter“ (magistraliter?) „*ex inspiratione diuina* Per honorabilem virum *Bartholomeum Ghotan* pro gloria cristi ihesu, cum summa diligentia In inclita ciuitate lubecensi impressos. Auctoritate ordinaria approbavit et confirmavit Et *singulis sacerdotibus ex eisdem libris missas legentibus et celebrantibus totiens quotiens* „De omnipotentis dei misericordia et auctoritate beatorum Petri „et Pauli confisus, *quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi penitentiis* misericorditer *relaxavit*. Anno D:ni millesimo „quadragesimo octuagesimo octavo, die vero. XVII. mense „augusti.“ Praeter abbreviaturas quibus scatur, quasque plenis explicuimus literis, caeterum orthographiam et interpunctionis rationem tales dedimus, quales vetus exemplum exhibet. *Danielem de Egher* non cognovimus, quis fuerit? *Breviarium* aliquod *Aboënsis* nunquam vidimus; quod vel editum unquam fuisse, tanto dubitamus magis, quod inter fragmina hujusmodi librorum in antiquissimis nonnullis ecclesiis Fennicis residua, nonnisi quae vel secundum ordinem *Fratrum Praedicatorum*, vel *secundum consuetudinem curiae Romanae* etc. concinnata fuisse dicantur, repe-



tur in Reverendiss. VON TROIL laudato a nobis saepius opere (Skrifter och Handlingar til uplysning i Swenska Ryrko- och Reformations-Historien), Vol. III Praef. p. XXII sq. Folio primo, quod frontis sive rubri vicem gerit, super brevem quam exhibet praefatiunculam, figurae quaedam conspiciuntur, tabulae lignae insculptae atque inde chartae impressae, quae attentionem paullo diligentiore merentur. Sedet sc. in medio Episcopus (mitram in capite gestans, dextra manu librum, sinistra pedum Episcopale tenens); cujus sub pedibus jacet homo capite nudo, in sinistra pileum sive galerum (biretum), in dextra securim habens, sine omni dubio barbarus ille qui S. Henricum interfecit, cuique nomen *Lalli* posteriora secula tribuerunt<sup>43</sup>): quae omnia sanctum hunc Ecclesiae Fennicae Patronum imagine illa depictum sisti, manifestum reddunt<sup>44</sup>). Scutum vero ante

---

rimus. Inter alios vero libros ecclesiasticos, hac aetate editos, atque a majoribus nostris in tales usus adhibitos, in pluribus vetustis invenimus ecclesiis *Psalterium David prophete*, in Folio, sine addita anni nota, quod, ut subscriptio ultimae subjunctae paginae docet, *Bartholomeus Ghotan impressit in Lubeck*. Nec non aliud, cujus indolem explicat subscriptio hujusmodi ultimae subjectae paginae: „Psalterium Davidis hymnis tam de tempore „quam de sanctis adjunctis felicem habet finem: nuperrime haud „modica diligentia renisum ac castigatum. Et in Imperiali ciuitate Lubeck impensis honesti ac probi viri *Petri Geyer* ibidem „conciuis in officina defuncti *Stephani Arndes* impressum. Anno „virginei partus Millesimoquingentesimoprimo. Die vicesimasecunda Martii.“

<sup>43</sup>) Cfr. supra p. 107 sq. Praedium *Lallis* paroeciae *Wemo*, aut ab eo nomen accepisse, aut illi dedisse, (si habitasse ibi existimetur, illudque nomen vere gessisse), potius credas, quam praedii olim Regii *Saaris* fuisse dominum. Sed ultra leves conjecturas progredi in talibus non licet.

<sup>44</sup>) Ita enim ubique depictum fuisse, deprehendimus. Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerak*. p. 128 (et FONTENI Diss. de S. *Henrico*). Quare ut Aquila Jovem, Pavo Junonem etc. olim apud Graecos designavit; ita S. *Henricum* ex conculcato sub pedibus suis haec inimico atque interfecitore suo mox agnosci putamus: quam rem, in nostro exemplo, etiam veneratio a Praelatis adstantibus ei praestita, confirmat.

illum erectum, pedes suos tegens, corpusque premens homicidae jacentis, insigne gentilitium *Conradi* Episcopi spectandum praebere videtur, *Caprum* nempe *nigrum*, *cornibus rubris*, *in campo flavo* (si coloribus fidendum est in exemplo Bibliothecae Academicae conspicuis, quibus tamen similes etiam exemplum Generosiss. D:ni FREDENHEIM exhibere, accepi) *pedibus posterioribus nixum*, *anterioribus in altum levatis*, *quasi saltum daturus*, *aut pugnaturus*<sup>45</sup>). A sinistra Sancti sedentis parte Episcopus (quod mitra Episcopalis capiti suo imposita demonstrat, post quem adstat Clericus, Canonicus ut videtur, pedum ejus portans), a dextra alius Praelatus, genibus uterque provolutus, virum sanctum venerantur; manibus scuta tenentes, quorum alteri, quod Episcopus gestat, *cruce rubra in campo flavo*, alteri *stella candens*, *supra quam cruce alba conspicitur*, *in campo fusco*, inscriptae habentur. Quumque dubitari vix possit, quin alter horum Praelatorum (post quem Clericus, fortasse Canonicus, junctis manibus quasi orans conspicitur) sit *Magnus Nicolai de Särkilax* (Stiernförö), tempore Missalis hujus editi Praepositus Aboënsis, (postea Episcopus), quem suae gentis insignia, ab eo quasi ostensa, manifesto produnt: difficile fuerit, in altero illo, Episcopalibus ornamentis insignito, *Conradum* nostrum non agnoscere, qui gentilitio scuto S. *Henrico* quasi consecrato, in minori illo quod manibus gestat, nonnisi crucem, muneris sui signum, expressam offert? Sed haec hactenus.

Singularem rebus nonnullis Episcopi nostri lucem, cum literae affundant Pontificis Romani ad Praepositum datae Aboënsis (*Magnum Nicolai*, saepe nobis laudatum) ante-

---

<sup>45</sup>) Eadem insignia, sedem suam in Templo Saguensi olim distinxisse reperimus: de quo in Diss. illius parociae descriptionem exhibente, (*Beskrifning öfver Sagu sockn i Åbo län* p. 3) a Maxime Rever. Archipraep. CHRIST. CAVANDER olim hic Aboae (Praeside Celeberr. PETRO KALM) 1753 edita legitur: -- en Biskops Bänd, efter gamla tidens sätt, väl utarbetad, uti hwilken också en liten Bock eller gumse i fullt språng, är utskuren. Denna bänd skal Biskopen i Åbo *Conrad Bitze* låtit upfättia.



quam ad consilia gesta que Antistitis hujus politica consideranda procedimus, illas subjungendas putavimus <sup>46</sup>).

<sup>46</sup>) „*Sixtus* (IV) Episcopus, servus servorum dei, dilecto „filio, Preposito Ecclesie Aboensis, salutem et apostolicam bene- „dictionem. Regimini universalis Ecclesie, immeriti, disponente „Domino presidentes, ad ea partes nostri officii libenter dirigimus, „per que Prelatorum ecclesiasticorum statui valeat et indemnita- „tibus provideri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vene- „rabilis fratris nostri *Conradi*, Episcopi Aboensis peticio conti- „nebat, *quod ipse, qui tempore quo ecclesie Aboensi tunc vacanti* „*in Episcopum perfectus exiit* et pastorem, *uramento, ut moris* „*est, prestito promisit, quod apostolorum limina certis tunc ex-* „*pressis successivis temporibus visitaret, propter* parcium illarum „a Romana curia distanciam et *guerras que in eisdem partibus* „*viguerunt, limina predicta hactenus minime visitavit*, et inadver- „tenter quendam clericum sue dyocesis ad minores et subdiaco- „natus ordines eadem die promovit, ac *dum una cum t. t. Dacie* „*et Svecie Rege, a quo tunc ipse Episcopus feuda tenebat, ab* „*ipsius Regis inimicis in certo loco obsidione teneretur, suos fa-* „*miliares ad liberandum se et sua, una cum dicti Regis familia-* „*ribus, ad id impulsus jussu Regis prefati misit, qui in bello, in* „*quo hominum strages subsecuta exiit, interierunt*, perjurii et „suspensionis ac alias ecclesiasticas censuras et penas in tales „promulgatos incurrendo, ac illis ligatus, Missas et alia divina „officia celebravit ac alias illis se immiscuit: quare pro parte „dicti Episcopi, qui, ut asserit, propterea a divinatorum celebra- „tione jam per annum abstinuit et ultra, prout abstinet de pre- „senti et de premissis ab intimis dolet, nobis fuit humiliter sup- „plicatum, ut ipsum ab excessibus ac censuris et penis premis- „sis absolvere, ac secum super irregularitate per eum premissorum „accione contracta dispensare, omnemque inhabilitatem et „*infamie maculam sive notam, ex premissis proveniente, abolere* „aliasque statui suo in premissis oportune providere de benigni- „tate apostolica dignemur. Nos igitur attendentes, quod sancta „mater ecclesia nemini gremium claudat ad eam redeunti, volentesque eundem Episcopum favore prosequi graciosi, ac *eum et* „*ecclesiam prefatam a laboribus et expensis, quos eum subire* „*oporteret limina predicta visitando, paternis studiis relevare,* „discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eun- „dem Episcopum, si hoc humiliter pecierit, ab excessu ac per- „jurio, nec non sentenciis, censuris et penis predictis, auctoritate „nostra *hac vice duntaxat* absolvas in forma ecclesie consveta,



Ex his literis manifestum fit, non modo *Conradum* nostrum, cum dignitate Episcopali ornaretur, solenni promississe juramento, ut aulam Romanam subinde (certis interpositis intervallis), testandae venerationis et obsequii caussa, visitaret<sup>47)</sup>, quod tamen diu jam intermiserat, gravi hinc

„injunctis inde sibi pro modo culpe penitencia salutari, et aliis „que de jure injungenda, secumque super irregularitate predicta „dispenses, aboleasque omnem inhabilitatis et infamie maculam, „per eum premissorum accione contractam, non obstantibus pre- „missis constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ceterisque „contrariis quibuscunque. Nos enim, si absolucionem, dispensa- „cionem et abolicionem hujusmodi per te fieri contigerit, ut pre- „fertur, *eidem episcopo, ut usque ad quinquennium a datis pre- „sencium computandum, limina hujusmodi visitare non teneatur*, „auctoritate apostolica, presencium tenore *indulgemus*, ac ipsum „episcopum a juramento predicto, quoad hujusmodi visitacionem, „duntaxat dicto durante quinquennio, dummodo ad eam facien- „dam alias realiter non teneatur, dicta auctoritate absolvimus, „volentes juramentum ipsum in ceteris aliis inviolabiliter obser- „vari. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis „dominice MCCCCLXXXIII, decimo septimo Kalendarum Julii, „Pontificatus nostri --- (*anno undecimo*)“. *Registr. Eccles. Abo- ðns.* Fol. 255. Annum quem expressimus offert ipse textus; sed in rubro ei praemisso nostrum apographum habet 1473, (Pontificatus secundum): verius, ut videtur? Hujus Bullae non meminit Nobiliss. A CELSE (*Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.*).

<sup>47)</sup> Hoc officium tanto videri sanctius debuit, quanto majus lucrum ex talibus Episcoporum, inprimis procul degentium, itineribus ad Curiam Romanam redundaret; ut instaurationem venerationis et obsequii, novis quasi vinculis subinde firmandi, taceamus. Igitur in formula Juramenti, quod Pontifici Romano praestare Episcopi, *Decretal.* L. II Tit. XXIV, C. IV, jubentur, expresse illis injungitur, ut *Limina Apostolorum singulis annis, aut per se aut per certum nuntium visitent*; ubi Glossa addit: *vel varius, juxta chirographum suum*. Ex quibus, ut et praxi nostrorum, patet, Episcopis, longius a Romana sede remotis, licuisse, longioribus etiam intervallis stata hujus officii peragendi tempora sibi definire. Cumque eadem Glossa significet, obligationem illam ad Episcopos pertinere qui Papae immediate subsunt, quales nostri non erant; hinc colligimus, his majorem saltem praebitam fuisse in talibus indulgentiam. Sic in formula Juramenti quod praestitit *Matthias* Electus Strengnensis (exhibita ab ÖRNHJÄLMIO

culpae obnoxius; sed etiam conscientiae quosdam morsus ideo sensisse, quod Regi, *tum temporis, Daniae et Sveciae,*

*Hist. Ecclesiast.* p. 516 sq.) legitur: *Apostolorum limina, Romana existente curia citra, singulis annis, ultra vero montes, singulis bienniis visitabo, aut per me, aut per meum nuncium, nisi et Apostolica absolvar licentia.* (Cfr. SPEGEL *Bevis til Kyrko Hist.* p. 94.) Petro autem Archiepiscopo Upsaliensi non nisi *singulis trienniis* hoc officium perficiendum incubuisse, *curia citra montes existente,* ex literis apud Dn. LAGERBRING (*Svea Rikes Hist.* Del. 3, C. 5, §. 7, p. 353, not. 6) legendis discimus; quin similes literae, apud eundem (Del. 4, C. 6, §. 6, p. 298) reperiundae, Archiep. Upsal. *Henricum singulis tantum quadrienniis, Romana curia citra montes existente, sedem Apostolicam visitare* necesse habuisse, docent. Quamobrem, cum *quinquenni* veniam ab hoc officio persolvendo Papa Episcopo nostro concedat; non fuerit improbabile, hunc, dignitate Episcopali a Pontifice augendum, sese obligasse, ad visitationis sive salutationis illud iter *singulis quinquenniis* suscipiendum? Facile autem intelligitur, perinde fere Pontificibus fuisse, utrum ipse, vel per legatum aliquem, Episcopus hoc officio fungeretur, modo numis vacuas is non afferreret manus. Ex iis quae nuper disputavimus, *guerras* illas quae *Conradum* a suscepto debito perficiendo impediverant, bellum fuisse quod cum R. *Christiano* suisque asseclis, tum capti Archiepiscopi tum R. *Caroli* amici, ac deinde *Steno Sturius*, Regni Administrator gesserant, facile colligitur. Caussam qua nimium suum in R. *Christianum* obsequium Episcopus noster Papae excusavit, scilicet *quod ab eo feuda teneret,* adeoque ut Vasallus fidem ei deberet inviolatam; etiam impulsisse nostrum, ut a. 1465 Regi *Carolo*, a factione inimica regno spoliato, adversum sese gereret, atque assignato ei a rebellibus Castro Raseburgensi eum arceret, valde verisimile videtur, utpote qui hanc ipse arcem, beneficio R. *Christiani* sibi permissam, eo tempore, *feudi jure* teneret? Quam itaque a rebellibus, se inconsulto, alteri datam, si libenter huic tradere noluit; mirum hoc videri nequit. Postea tamen, rem melius edoctus, Arcem ditionemque Raseburgensem (R. *Christiano* fortassis conscio? cfr. *Chron. Rhythm. Majus* p. 479), *Carolo* tradidisse, noster reperitur. (Vid. *Chron. Rhythm.* p. 480 sq. et *Ol. Petri Chron. MS.* ad hos annos; a quibus res pluribus exposita habetur. Cfr. tamen HUITFELD *Danm. Rigis Krönike* p. 916 et 921). Ac cum R. *Christianus* iterum regno abdicatus fuisset, et Regi *Carolo* et Regni Administratori *Stenoni* fidem constantem Episcopus praestitit. Caeterum mox post



(*Christiano*), a quo feuda tenebat, auxilio profectus, atque una cum eo obsidione clausus, familiares suos praelii discrimini objecisset, quo cuncti perierant. Ubi et quo tempore hoc factum sit, facillimum definitu non est. Sed cum tamen Regem ipsum, una cum Episcopo, obsessum fuisse, dicatur; *Stockholmiae*, aut anno 1463 cum a rusticis tumultuantibus, ac postea ab Episcopo *Catillo*, oppugnaretur, aut anno sequente, cum ab eodem Episcopo ibidem obsidione premeretur<sup>48</sup>), contigisse, necesse est: quo gravius videri Episcopi delictum debuit, si moliminibus collegarum suorum se opposuit, qui pro liberando Archiepiscopo (*Johanne Benedicti*) contra Regem arma sumserant?

Ad merita Episcopi nostri de Clero atque Ecclesia sua, *Fragmentum Palmsköldianum*, saepe nobis laudatum, (quod in vita *Conradi* desinit), duo addit momenta, nec ab Auctore nostro, nec aut a MESSENIO aut a RHYZELIO commemorata: nempe primum, *Infirmariam* (h. e. Nosocomium)

---

reditum R. *Caroli* auctoritatem tamen ejus agnovisse, literae suae ad hunc Regem (a. 1464 die 9 Novembr.) datae testantur, a Nobil. LAGERBRING (*Saml. af Handl. i Svenska Hist.* 2 Del. p. 271 sqq.) exhibitae, quibus se excusavit, quod *Stockholmiam* ad eum venire, sicut jussus erat, non posset: nisi ficta excusatione usum fuisse credas? Nescio an merito? Quum vero *Carolus* regnum brevi abdicasset, Episcopus, rebellium imperio spreto, *Christianum* ut verum dominum suum considerasse videtur, cujus injussu, arcem sibi creditam, quam neque *Carolus* sibi interim eripuerat, huic tradere noluit.

<sup>48</sup>) Anno 1463 Episcopum nostrum *Stockholmiae* fuisse, HUITFELDIUS etiam confirmat (*Danmarkis Rigis Krönike* p. 898), qui inter Senatores Regni, quorum suffragiis nixus Rex Archiepiscopum custodiae mandavit, nostrum enumerat. Regem ex *Finlandia* abeantem comitatus esse videtur? Contra a. 1464 in *Finlandia* mansisse, probabile est; quo anno non solum R. *Carolo* absentiam suam excusavit, initio Novembr. sed etiam *Aboae* praesens fuit cum Legifer uterque *Finlandiae* Judicium Provinciale (*Vands-Ting*) ibidem haberet, *Förste Tisdagen j fulle viku fasto*, ut verba sonant, quibus Jejunium quadragesimale significari putamus? Vid. *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 125. Neque igitur nomen suum inter Senatores *Holmiae* eo anno versantes occurrit.



*Clericorum per eum fuisse fundatam; quod institutum* <sup>49)</sup>, utrum mox interierit, an postea etiam fuerit sustentatum, ac quam late sese extenderit? penitus ignoramus. Deinde eundem „etiam ob Divini cultus augmentum et animarum „periculum evitandum, *quamplurimos* de novo instituisse ec- „clesiarum Curatos“. Quod confirmandis iis quae supra (p. 502 sq. not. 32) ex occasione conditarum ab illo ecclesi- arum *Ijo* et *Akas*, disputavimus, egregie inservit <sup>50)</sup>.

In praemium fidei sibi praestitae singularis, Episcopus noster a. 1463 (die 8 Octobr.) a R. *Christiano* confirmatio- nem nactus est Privilegiorum Cleri Ecclesiaeque suae am- plissimam <sup>51)</sup>: quo igitur tempore (post ortos jam inter Re- gem et capti Archiepiscopi asseclas motus hostiles) *Conra- dum* Stockholmiae apud Regem degisse, verisimile est, at- que stragem illam familiarium suorum, pro Rege dimican- tium, de qua literae Papae nuper (p. 518 not. 46) ad- ductae commemorant, etiam contigisse, credas? Nec mul- tos adhuc optimatum, armis Episcopi Lincopensis (*Catilli*

<sup>49)</sup> [De *Infirmaria* ab Episcopo *Conrado* fundata, cfr. quae de tali instituto habentur apud NETTELBLADT *Schwed. Bibl.* P. II p. 184.]

<sup>50)</sup> Animi caussa sequens Inventarium penus Altaris Trium Regum, Episcopo nostro sedente conditum, et e *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 191 descriptum, hic adjungemus: „Anno Domini 1480 in „crastino ascensionis Domini, tha vare thenne ephther screffne „godhä men närstadhe oc asiandhe the stycken som var i *helga* „*tre Konungha skrin*, tha *Mesther Magnus Johannis Scholame-* „*sthare* anamadhe skrineth till sigh, pa myns herre Biscops „veghna ok Capituli: Först Olaff Olafson Rodhman, Hans van „Asken, Gertrud van Bykken ok Bern skriffuare. Tha var ther „inne I *Silff bullae* utan lok, Item I *silff skoll* utan lok, item „2 *beslagen horn*, item I par althare listher, item IIII alna *blath* „*säther*, item siäx besigldhet breff. Til ytermere vitnisbyrdh ok „vissä, tha äre thenne scriffther twa ordh fran ordh lydhandhe, „som forescriffuit staar, affskaarnä vidh thenne bokstaffua a b „c d e f g h.“

<sup>51)</sup> Ex *Registro Eccles. Ab.* Fol. 34 descriptas litteras Re- gis legendas dedimus in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1785. *Append.* p. 83 sq.

Wase) rebellibus favisse, inde colligas, quod Regi, initio anni sequentis Stockholmiam redeunti, plurimi fidem suam offerrent <sup>52</sup>).

Anno jam superiore (1462) R. *Christianum* petiisse Finlandiam, Aboamque invisisse, tradit Nobiliss. VON DALIN, (*Svea R. Hist.* 2 Del. 18 C. 6 §. p. 751) ad auctoritatem provocans *Chronici Rhyth. Majoris*, ab HADORPHIO editi <sup>53</sup>); sed anno demum sequente (1463) iter hoc Regis Fennicum fuisse susceptum, nostra docent monumenta <sup>54</sup>), adstipulante etiam HUITFELDIO (*Danmarckis Rigis Krönike* p. 897), qui simul caussam hujus itineris a Rege suscepti, ex literis illius ad Papam (Dominica post festum Bartholomaei s. d. 28 Aug. ejusdem anni, post reditum, Stockholmia datis) hanc affert, quod *irruptionem Russorum* impedire vellet, quam etiam feliciter averterat <sup>55</sup>). Russos quidem per ea tempora fines Fennorum, pro more, infestasse, literis

<sup>52</sup>) *Chron. Rhyth. Majus* suo modo canit: *Sva mange Riddare i Sverike boo, The sigha Konung Christiern thera troo.* P. 472.

<sup>53</sup>) Ubi annus ab auctore expressus non reperitur, sed HADORPHIUS annum 1463 margini, seriorem adposuit quam par erat; ita acta hujus anni ad superiorem male referens. Cfr. HUITFELD l. c. p. 897.

<sup>54</sup>) In literis Judicialibus *Petri Swerdh et Christierni Frille*, Judicum Territorialium, de praediis quibusdam Ecclesiae Cathedralis litigiosis lata, haec verba occurrunt: -- „Anno Domini „MCDLXIII:o naesta daghen äpther sancta Margareta dagh (die „14 Julii) hiolt var nadige Herre Konungh *Christiern*, met Gudz „nadh, Sverikes, Norregs, Danmarks oc Götha Konungh, oc „Rikesens Radh aff Sverige, Råfstatingh vid Abo sloth met al- „moganom aff Österlandh.“ *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 141. Et in literis quibusdam *Matthiae Syltae*, Civis Aboënsis, datis „arum „epther Gudz byrd MCDLXIII:o ok fempte dagin i Junii manadh“ inter alia legitur: „Och nu i fiordh viid sancte Margarete dagh, „then tiid högborin förste, vaar nadige Härre Konungh *Christiern* i landet var, etc.“

<sup>55</sup>) Verba Regis hoc modo adducit: „at som hand vaar „udi Finland emod Rytzerne, at hindre deris Infald, huilkit (Gud „Loff) oc skeedde.“

quoque Episcopi *Conradi* anno sequente ad R. *Carolum* datis (de quibus supra) confirmatur; sed irruptionem illorum a Rege *Christiano* adeo non fuisse impeditam, ut ferro igneque Careliam crudeliter vastaverint, indidem simul discimus <sup>56</sup>): nisi a reliqua tamen Finlandia spolianda eos prohibuisse, existimare velis? Copiarum autem ex Svecia ad barbaros hosce reprimendos a Rege adductarum, nulla superest memoria.

Inter gesta autem Episcopi nostri Politica vere commemorari meretur, quod non modo pro patria contra Russorum impetus defendenda vigilavit, sed etiam urbium nostrarum sublevandarum curam benignam fovit. Exemplo est Privilegium quod urbi Raumoënsi a. 1476 impertivisse dicitur <sup>57</sup>).

---

<sup>56</sup>) Scribit Episcopus: -- „Pa sama tiidh vi oss tilreddom, „at sökia Idher Nadh, fingom vi budh oc breff aff Tune Magnusson um en stor resning the Rytzer uprest haffua mot thenne „lands änhden, som vi och formodhum at thet och Idher Nadh „är väl vitherliget, *huess the nest forlidhen tiidh bränth och skin- „nadh haffva Jeskis och flere andre sokner i Carelen.*“ Apud LAGERBRING *Saml. af Handl.* etc. P. II p. 272: cfr. supra p. 520 not. (47).

<sup>57</sup>) *Collect. Palmsköld. N:o XIV Topogr.* T. LVIII, p. 716, et *Disp. D:ni M. SVEN MELLENI om Sjöstaden Raumo* (Praes. Cel. BILMARK Aboae 1770 ed.) P. I p. 11, ubi ex apographo admodum vitioso typis impressum legitur (sic pro *Sten Sture* legitur *Stins Str.* etc.) neque compendiis scriptionis, plenis literis, ut decuit, explicatis. Privilegium autem hoc, non ab Episcopo nostro solo profectum est, sed a summi Magistratus, imperium tum apud nos administrantis, delegatis, Proregis et Senatus Regni nomine, esse datum, ipsa inspectio ejus statim docet: quamvis nomen Episcopi primo occurrit loco, more temporis, quo Senatorum laicorum, ac ipsius etiam Proregis, dignitas Episcopis postponebatur. Porro RHYZELIUS dicit (praeunte auctore anonymo, qui Hypomnemata in Juusteni Chron. Episcoporum Finland. scripsit, MSS. saepius nobis commemorata), *Episcopum nostrum Gratiaevallensibus jura civitatis et privilegia a R. Carolo acquisivisse*; quae nos quidem non vidimus, nec habet Auctor *Disp. De Coenobio Nadhenadal*, supra laudatae, qui contra, adductis literis R. *Christophori* (a. 1441 et 1443 datis) demonstrat, jura urbana (Köpstads rätt) Nädendalensibus jam tum fuisse concessa.



R. *Christiani I* in Finlandiam quae porro fuerint merita, ex iis quae supra attulimus, iudicium fieri potest: quibus addi possunt privilegia urbi Raumoënsi (a. jam 1461) ab eo data <sup>58</sup>). A Papa autem jus sibi acquisivisse reperimus, *pro se et successoribus suis, praesentandi personas idoneas ad Praeposituras vacantes* Lundensem, Upsalensem, Slesvicensem, *Aboënses*, Lincopensem et Aarhusensem (praeter Archidiaconatus et Decanatus aliquot), *ita tamen ut Romanae sedis confirmatio ocius expeteretur* <sup>59</sup>); quo jure utrum deinde Regibus semper uti licuerit, nobis non constat.

Postquam, mortuo R. *Carolo*, Regni administratio ad *Stenonem Sture* pervenisset, qui Fenniam ille quoque aliquoties adiit <sup>60</sup>); cum eo fida Episcopo nostro intercessisse amicitia videtur.

75. De hac Arce (quae illo nomine in honorem S. Olavi primum fuit insignita) ejusque initiis, confuse admodum scribit Nobil. VON STIERNMAN, *Höfd. Minne* II Del. VII Bok. 1 §. (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 224 sq.): illam fuisse olim dictam *Landserona*, et a. 1300 a Regni

<sup>58</sup>) *Collect. Palmköld.* l. c. p. 714; *Disp. om Sjöstaden Raumo* l. c. p. 10. Nådendalensibus etiam favisse, ex literis a. 1457 datis colligitur: v. DALIN l. c. §. 3, p. 744 not. (f).

<sup>59</sup>) Vid. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth.* Sect. I p. 203 sq.

<sup>60</sup>) Anno 1472 in Judicio Regio Aboae habito praesens fuit (*sancti Olaffs apton*, h. e. die 28 Julii) *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 138, 232. Eodem anno libertatem (Frälserätt) praediis quibusdam Ecclesiae Cathedralis concessit, literis datis *Nadendal in crastino S. Petri ad vincula* (Ibid. Fol. 34). A:o 1476 Privilegia Raumoënsium confirmavit, *in Castro Aboensi, die crastino Diui Petri* (cfr. supra p. 524 not. 57). A:o 1478 Aboae praedium suum *Mükinpää*, in paroecia *Sagu* situm, permutationis jure in *Dominum Wilhelmum (Junker Williom)* nescio quem, suosque cohaeredes, transtulit (Ib. Fol. 275 sq.). Caeterum constat, Proregem hunc Arces plerasque Fennicas ab *Erico* et *Ivaro Tottis* a. 1470 accepisse, ac illi rursus 1472 commissas, non sine magna difficultate a fratribus ejus recipere postea valuisse. Cfr. MESSENIUS *Scand. T. IV* p. 31, 34, 39, 40, 41, 44, et *Chron. Rhythm. Majus* p. 519 sqq.

Mareschallo *Thorkillo Canuti* conditam, anno vero sequenti a Russis expugnatam; quarum rerum testem laudat *Ericum Olai* <sup>61</sup>). Facile patet, quae de Castro *Landscrona* a *Thorkillo* in fluvio *Newa* aedificato Historici veteres narrant, (cfr. LAGERBRING *Svea R. Hist.* 2 Del., 17 C., 11, 12 §§., p. 675 sqq.), ea ad castrum *Olaffsborg* (inter lacus *Haukivesi* et *Ruokovesi*) in Savolaxiae paroecia *Sääminge* situm, temere trahi, quod priori illo nomine appellatum a veteribus unquam fuisse, nobis quidem haud constat <sup>62</sup>). *Nyslott* autem, hoc est *Arx Nova*, (ut *Wiburgo*, altero ejusdem provinciae castro, aetate recentior), postea vocari coepit: quod nomen, vetustiori illo sensim obsolescente, usu tandem solum invaluit. Caeterum, licet hanc arcem anno demum 1477 plene munitam atque perfectam fuisse, recte asserat MESSENIUS (l. l. c. c.), tamen jam (biennio) antea fuisse e ligno primum aedificatam, sed postea curatius atque validius structam, e literis discere licet conditoris *Erici Tott*, quarum fragmentum (e *Collect. Palmsköld. N:o XIV Topogr.* T. 61 *Carel.* p. 191 exscriptum) inserendum curavimus *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1793, N:o 15, p. 2. Locum s. insulam ubi condita fuit, eo tempore ad paroeciam *Jockas* pertinuisse (cui adhuc *Sääminge* subjacuisse videtur), ex sequentibus verbis *Fragmenti Palmsköldiani*, (quibus illud finitur), colligere licet: *Hujus* (Episcopi Conradi) *tempore castrum Olaffs-*

<sup>61</sup>) [De castro *Landscrona* in Ingridia a *Thorkillo Canuti* condito cfr. LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II p. 131, et ARNDT *S:t Petersburg. Journal* V Band. p. 405.]

<sup>62</sup>) Dicit quidem MESSENIUS *Scand. T. X* p. 21: „1477 „Arx Nova seu *Lanscrona* vel Burgum dicta S. Olai, ab Erico Axelsonio, Finlandiae dynasta, aedificatur in Savolaxia“; qui similiter in *Chron. Rhythm. Finland.* p. 39 canit: „Nyslott i Savolands bygger (Eric Axelson), -- *Landscrona* och sanct Olufsborg Det kallat.“ Sed quo nixus fundamento haec scripserit, ignoramus. *Scandiae* suae T. IV p. 38 simpliciter habet: „Anno „1477 Arcem Finlandiae Novam, alias *Munitionem* Sancti Olai „nuncupatam, Ericus Axelii -- *magis firmavit*“; quae ultima verba innuunt, etiam antea aliquam ibi munitionem, minus licet validam, fuisse? De qua re mox.

*borg in Jokas propter Ruthenorum furorem erigitur, et oppidum Wiburgense (muro cingitur etc.).*

De ipso auctore hujus operis, pro usu ejus temporis sane utilissimi, *Erico Axelii (Tott)*, quaedam supra attulimus, p. 485 sqq.: plura habentur apud Nobil. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I p. 14 et 101, P. II, L. V, C. 2, et L. IX, C. I (*Fol. Hebdom. Aboëns. a. 1785* Append. p. 196, 202, 224 sq., 234; cfr. *Chron. Rhythm. Majus* p. 519 sqq., VON DALIN l. c. p. 781<sup>63</sup>). Quod autem Auctor noster illum vocat *Ericum Absalonis*, (cum Pater tamen suus *Axelius* esset non *Absalon*), ex pravo more ejus temporis provenit, quo nomina Gothica in alia notiora, maxime Biblica, quae cum iis aliquam soni similitudinem habere viderentur, commutare solebant. Quam ob rem nostrum eo minus reprehendere debuit Nobil. VON STIERNMAN (vid. *Fol. Hebd. Ab. l. c. p. 225* not.) quod ipse in Operis sui (*Höfd. Minne*) Parte Priore (p. 101) observat, famosum illum Magnatem in Sigillo suo appellari *Ericum Absalonis*; quomodo etiam vocari in Indice fratrum *Confraternitatis Trium Regum* supra (p. 426) vidimus.

**76.** Quamvis Arx, bene munita, inter validissima Regni propugnacula diu jam habita fuisset, Urbem tamen muro hactenus caruisse, vel ex hoc loco patet: unde quod de impune spoliata a. 1411 a Russis hac urbe, veterem annotationem prodere vidimus, (supra p. 354), facile explicatur. Caeterum de urbis ipsius ortu atque incrementis, parum scimus; nisi hoc, ob situm loci commodum commerciisque faciendis aptum, et praesidium ab Arcis vicinia speratum,

---

<sup>63</sup>) Iis quae ex *Registro Eccles. Ab. ad Nob. STIERNMANNI* Catalogum Praefectorum Finland. (*Fol. Hebd. Aboëns. l. c. p. 203*) addidimus, adjungi adhuc potest, quod in *Profesto b. Margaretae virginis et martiris* (d. 13 Julii) datis, quibus in favorem *Henrici Tavast* duobus praediis suis immunitatem a tributo regio (*Frälse-frihet*) impertit, sese ipse vocat *Riddare och Swerigis Rikis Förestandare på then tiidh* (*Registr. Eccles. Ab. Fol. 240*); et in literis quibusdam privatis a. 1464 vocatur *Hoffmästare i Sverige* (Ib. Fol. 216).



mature habitari coepisse <sup>64</sup>). Fata autem ejus persequi, ad nostrum jam non spectat institutum. Sed quod supra (p. 16, not. 23) nos mirari diximus, unde Nobil. STIERNHÖÖK et post eum multi alii, turpem hauserint errorem, quo Privilegia huic urbi a Rege jam *Erico sancto* concessa fuisse asserunt, atque opportunitatem postea nacti sumus ipsa haec Privilegia, ex *Collectione Palmsköldiana* (*N:o XIV Topogr. T. 61 Carelen*, p. 349 et 351) describendi: eadem hic subjungere placet <sup>65</sup>), ut lector intelligens judicare queat, quam

<sup>64</sup>) Anno jam 1318 exstitisse Wiburgi *Monasterium Dominicanorum*, scribit RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 309, atque in ejus asserti fidem ad Testamentum provocat Ducum *Erici et Waldemari* hoc anno conditum. Id quidem oculis ipsi non usurpavimus; sed apud Dn. LAGERBRING, qui bis illud diligenter recenset, (*Sv. R. Hist.* III Del. I C. 56 §. p. 139, et 515 C. 9 §. p. 536 sq.), *Wiburgi* nulla occurrit mentio; *Fratrum tamen Praedicatorum* Wiburgensium, posteriori aetate, monumenta nostra, ut vidimus, haud dubiam faciunt mentionem.

<sup>65</sup>) *K. Erichs som kallades den Helige, fordöm Sveriges Konungs Privilegier för Wiborgs Stad, gifne uppå thet år när man skref efter vår Frälsares och återlösares nåderika födelse 1103.*

„Jag Erich med Guds nåde Sverigis etc. Konung, kunnogt „giörom thet med thetta vårt öpne Bref allom mannom, svå the „nu äre, som the här efter komma skule, at vij hafvom undt „och gifvit våre Borgere, som byggia och boo i vår kiöpstadh „Wiiborg stadz rätt, efter ty som Stadz Boken i Upsalom uth- „viiser. Ty förbiudom vij allom våre Fougedom och Embetz- „mannom, och allom androm ehoo the hälst ähre, at hindre them „i någre motto här emot, så framt the villie vår hylle haffue „och vår hämbd fly. In evidentiam praemissorum secretum nostrum praesentibus duximus appendendum.“

Infantium Artis Criticae et Diplomaticae prodat summam, qui turpissimis, quibus hae literae scatent, vitiis non offendatur. Lingua, stilus, loquendi formulae, ab ingenio et moribus seculi XI abhorrent. Cujus generis fuit *Liber Urbicus Upsaliensis* (*Stadz Boken i Upsalom*), cui conformanda essent jura municipalia civium Wiburgensium? Aut quis de tali libro aliquid unquam inaudivit? Cogitaveram aliquando, ab *Erico* forsitan *Magni* filio, qui a. 1357 Finlandiam adiit, Privilegium tale Wiburgensibus fuisse impertitum: sed exemplum ipsum literarum omni fidei repugnat. Cum nulla temporis nota adjecta sit, unde ineptae illius epigra-

putida vel fraus vel ignorantia eadem vel fabricaverit vel corruerit, quamque exiguam igitur fidem mereantur <sup>66</sup>).

phes auctor didicit, *Ericum sanctum* intelligi debere? aut unde annum, quem Chronologiae omni adversum apposuit 1103, hausit? Sed non attinet haec pluribus expendere.

<sup>66</sup>) Fatetur Dn. STIERNHÖÖK hae privilegia *suspecta videri posse, nisi Gustavo I et Carolo IX pro authenticis agnita et confirmata essent* (*De Jure Sveon. et Gothor. vetusto* L. I, C. I, p. 20). Non sunt nobis ad manus literae Regiae hae confirmatoriae, quae in *Collect. Palmsk.* (l. c.) illae quoque habentur. Sed nihil probare posse aliud putamus, quam sive fraudem sive oscitantiam hanc recentem non esse: Annotatio PALMSKÖLDII de hac re talis est (p. 287): „Denne stadh (Wiborg) är af framfarne „Sverige Konungar och Föreståndare medh många härlige Privilegier tiid efter annan begåfvad, hvaribland desse finnas ännu „för tiden vid handen“ (apographa, quorundam saltem?), „näml. „K. Erichs den Heliges 1103 (!) K. Birgers 1316, 1 Octobris, „Albrechts 1365, Herr Carl Ulfsons och Knut Carlsons Riddares „af Thyftom 1387, Hemming Gadds electi til Linköping 1520, „K. Erichs af Pommern 1443, K. Carl Knutsons 1449, K. Göstafs I, 1542, 17 Augusti, 1547, 2 Martii, 1552, 3 Dec., K. „Johan III:s 1569, 8 Aug., K. Sigismunds 1594, 9 Julii, K. Carl „IX:s 1600, 12 April, 3 Julii.“

[Cum in *Opere Diplomatico Örnkjälmiäno* (in R. Bibliotheca Stockholm. servata, E. 15) in exemplum incidere Privilegiorum quae a R. *Erico Pomerano* Urbi Wiburgensi fuisse data dicuntur, eaque cum exhibitio supra (p. 528 not. 65) exemplo Privilegiorum (quae venditantur) eidem urbi a R. *Erico Sancto* concessorum; mox reperimus, easdem plane, esse literas. Sed in illo primum titulus talis praemittitur: „*Wi Erich* medh „Gudz nåde, Sveriges, Danmarkz, Norgis, Wendis och Göthis „Konung, Hertog i Pomern.“ Deinde subscriptio additur hujusmodi: „Datum in castro nostro Wiborg, anno D:ni millesimo „quadragentesimo tertio, Dominica infra octavam assumptionis „Marie Virginis gloriose.“ Non itaque anno demum 1443 (quo neque Finlandiam Rex adiit, neque jam auctoritas sua his locis agnoscebatur) sed a. 1403 data esse, apparet: quamvis neque sic fidem eorum praestandam in nos recipimus. Eum certe, qui R. *Erico Sancto* ea primus adscripsit, non majori fide quam calliditate eminuisse, facile patet.]

Regis autem *Birgeri* Privilegia quae dicuntur, nihil aliud sunt quam literae ejus datae in *Yninge* (die 11 Octob. 1316),

77. De funesto hoc incendio, Historiae vetustiori terrae nostrae admodum fatali, merito conqueritur MESSENIUS <sup>67)</sup>; jacturam vero hanc sese suo opere aliquatenus compensasse, parum et commode et modeste addit <sup>68)</sup>.

De urbis autem et templi Aboënsis incendiis supra (p. 483 sq.) observavimus, illud quod a. 1458 tempore *Olai* Episcopi, ex fulminis ictu urbem afflixisse Auctor noster narrat (p. 475) a MESSENIO et Chronographo vetusto sileri; qui contra, *Conrado* sedente Episcopo ignem bis Aboae

---

de quibus supra (p. 173) commemoravimus, quarumque partem legendam exhibet Nobiliss. LAGERBRING (*Sv. R. Hist.* P. III C. I, §. 35, not. 3, p. 89 sq.). Diligentius perpensas, ad urbem quidem Wiburgensem, quae nondum exstitit nihil pertinere, sed significare videntur milites victores, in veteres incolas terrae, castrum circumjacentis, turpem hactenus licentiam exercuisse, atque inprimis feminas ipsorum passim violasse? contra quam potius petulantiam, quam contra veteres mores gentis victae, hujus feminis praesidium obtulisse, existimes? Caeterum exemplum quod ex *Collectione Palmsköldiana* (l. c. p. 353) nos descripsimus, initio truncum est, tempus datarum literarum exhibente, quod expressum videmus apud Dn. LAGERBRING l. c.

<sup>67)</sup> In *Chron. Rhythm. Finland.* p. 38 canit: „Men Bispens „slott Kustö led nöd, Hvilket brändes allt upp i glöd; *Kyrkio- „nes gamla bref också, Som gömde voro deruppå:* Bispen up- „bygde det igen, *Men ei de documenters men.*“ Et in *Scand. T. X* p. 21 scribit: „Castrum in Finlandia Knustense“ (leg. Kuustense) „cum omnibus ecclesiae documentis Abogianae concre- „mantur.“ Quod, si ipsa scripta originalia spectes, non multum fortassis a veritate abludit. *Registrum* tamen *Ecclesiae Aboënsis*, quod etiamnum superest, apographa omnia haud periisse, demonstrat. Simplicius Auctor noster *multa* Privilegia et literas Ecclesiae interiisse dicit. Annum autem quo haec calamitas contigit, a nostro non proditum, MESSENIUS ex conjectura definiisse videtur.

<sup>68)</sup> *Scand. T. X* p. 21. „Circa 1471 Arcem M. Conradus instaurat Kuustensem; monumentorum damna nequit; quae „tamen ego aliquatenus hoc libello compensavi.“ Literarum sane originalium jactura, illa quam Episcopus reparare nequibat, nec a MESSENIO resarciri potuit. Caeterum collegisse eum sparsa quae supererant monumenta, ea consuluisse, atque ex iis seriem rerum quae evenerunt contexisse, grata agnoscit posteritas.



noxam intulisse scribunt, anno nempe 1464 ex fulmine, Templum feriente (quod diversum ab illa calamitate quam Auctor noster commemorat, non videri significavimus), et a. 1473, solita hominum incuria. De hoc infortunio vetus Chronographus (quem aliquoties laudavimus): *Aboënsis civitas anno D:ni 1473 combusta ex incendio*; unde hausit MESSENIUS (*Scand. X p. 21*).

78. Inscriptionem lapidi ejus sepulchrali (qui jam perit) insculptam, servavit nobis diligentia Nobil. BRENNERI; eam talem recte exhibet Rev. RHYZELIUS: *Sepulchr. Venerabilis Patris Domini Conradi Episcopi Aboënsis Anno MD. CD. LXXXIX: D. 13 Martii*. Unde corrigenda est quam minus accuratam dedit *Chron. Episcoporum. Spegelianum*, in vita nostri.

Supersunt quaedam, Auctori nostro non tacta, de statu Ecclesiae et Civitatis in Fennia, quamdiu utriusque gessit curam Episcopus *Conradus*, pro instituto nostro breviter commemoranda.

Primum *Coenobiis*, quorum quidem certa superest memoria, VI patriam hanc nostram hoc jam aevo fuisse vel instructam vel gravatam, reperimus: horum novissima nunc demum accessisse videntur. 1. *De Aboënsi (S. Olavi)*, Dominicanorum, omnium in his terris antiquissimo, aliquoties jam commemoravimus<sup>69</sup>), in ea parte urbis sito quae hodieque appellationem inde retinet<sup>70</sup>). 2. *De Nådendalensi*, Birgittinorum, et *Fratrum et Sororum*, etiam satis pro nostro consilio, diximus<sup>71</sup>). 3. *Raumoëense*, Franciscanorum, etiam illud jam ante hanc aetatem floruisse, indubium est; licet nonnisi pauca, praeter ea quae Rev. RHYZELIUS tangit, ejus hodie supersint vestigia<sup>72</sup>). 4 et 5. *Wiburgensium* alterum

<sup>69</sup>) P. 162, 167 sq., 192 sq., 252 sq.

<sup>70</sup>) *Klofret, Kloster=qwarteret, Kloster=gatorna*. Rudera nulla, ac vix vestigia (quae non longe abhinc tempore spectare adhuc licuit) jam supersunt.

<sup>71</sup>) Supra p. 351 sq., 402 sq., 436 sqq., 496 sq.

<sup>72</sup>) Cfr. Disp. D:ni MELLENII supra cit. (*om Sjöstaden*)

Dominicanorum, alterum Franciscanorum fuit: utriusque meminere in testamento suo nuper indicato (a. 1453) *Henricus Clausson* et conjux sua *Lucia Olavi* (*Fol. Hebd. Ab. l. c.*). Illud vero monasterium anno jam 1450 praedia possedissee, ex literis supra (p. 472 not. 143) allatis constat (cfr. etiam p. 528 not. 64). Hoc, sive *Franciscanorum*, anno demum 1481 (adeoque *Conrado* Ecclesiam Fennicam gubernante) exstructum fuisse, ex inscriptione ei addita demonstrat RHYZELIUS (l. c. p. 310 sq.). Singulare autem est, quod fide ÖRNHJÄLMII idem adjicit: Capitulum Provinciale hujus ordinis ibidem a. 1486 habitum fuisse, a *Ministro Provinciali*, Reverendo Doctore (D: no?) *Magistro Stephano?* 6. *Kökarensis*, Franciscanorum (ut putatur), adeo incerta aetas est, ut an nostro *Conrado* superior fuerit, definire haud valeamus: cfr. RHYZELIUS l. c. p. 301 et 305: qui anno 1485 huic Coenobio, *Conradum Hartvici* pro sua uxorisque suae anima, praedium et agros testamento dedisse narrat, cujus exemplum ubi lateat, ignoramus: aliud fuisse oportet, quam Testamentum a. 1484 a viro eodem conditum, quod in *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1784 (p. 257 sqq.) legitur, quoque non nisi certam frumenti pondus eidem huic Coenobio legavit.

Addit his duo praeterea Monasteria Rever. RHYZELIUS, quae in Finlandia nostra olim floruisse atque Sororibus sive Virginibus fuisse consecrata, dicit: nempe *Aboënsis*, quod ad Ordinem S. Dominici pertinuisse putat, et *Corosense*, non longe ab eadem hac urbe situm. Sed neutrius existentiam idoneis posse argumentis probari, existimamus.

Quod ad *Aboënsis* illud attinet, neque mentionem ejus

---

*Raumo*) P. I p. 14 sqq. In testamento *Henrici Clausson* (*Dieken*) uxorisque suae *Luciae Olavi* (a. 1453. d. 7 Mart.) cujus meminit Nobil. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II, L. VIII, C. 2 (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 *Append.* p. 193) frumenti portio *Claustro* etiam *Raumoënsi* legatur. Ac in alio testamento ejusdem *Luciae Olavi* (scripto d. 25 Maji 1451) RHYZELIO, *Monasteriol.* p. 300 commemorato, (qui tamen male illam *Ceciliam* vocat), frumentum huic *Claustro* similiter tribuitur.

ullam in veteribus factam monumentis reperimus, neque locum ejus in urbe, ulla fama indicavit. VASTOVII testimonium, aequè parum ac RHYZELII auctoritatem, ad utriusque confirmandum assertum sufficere, supra (p. 306 sq. not. 28 et 29) observavimus: ac si vere ab Episcopo *Johanne Petri* illud fuisset institutum, ab Auctore nostro vix credas, in meritis ejus, silentio potuisse praetermitti? Quod autem addit RHYZELIUS, de praediis Testamento a *Matthia Olavi*, Curato in Jomala, a. 1414, et a *Cecilia Philippi*, Vidua Nicolai Kurck, huic Coenobio virginum legatis; rem adhuc magis turbat. Nam posterius quidem hoc legatum, non Coenobio *Virginum Aboënsi* (ante LX annos condito) sed monasterio *S. Annae Resoënsi, nuper inchoato*, a. 1433 aut 1434 relictum fuisse, aliunde discimus<sup>73</sup>). Unde RHYZELIUS ipse subjungit: „Thet hafver man ock funnit, at thetta kloster“ (Coenobium Virginum Aboënsè, a. 1370 conditum?) „varit „nämndt *S. Annae Kloster*; men om thes belägenhet är mycken ovisshet och tvifvelsmål, om thet legat uti eller vid „Staden. Af en gamul skrift har man funnit, at thet“ (idem coenobium Aboënsè, cujus ab Episc. *Johanne* 1370 fundati *Vastovius* meminit?) „först blifvit anlagdt och bygd i *Resa Sochn*. Är ock thet annorstädes<sup>74</sup>) berättadt, at thetta *St. Annae Kloster* hafver blifvit anlagt vid *Åbo*<sup>75</sup>); men efter „någon tid är thet, nemligen år 1445 vordit sammanlagdt

<sup>73</sup>) V. STIERNMAN *Höfd. Minne V B. 2 C. (Fol. Hebd. Ab. 1785 Append. p. 191)*: ex cujus tamen verbis haud liquet, utrum testamentum hoc a. 1433 an 1434 scriptum fuerit? — [Ex ipsis literis Testamenti, *Foliis Hebd. Aboëns. a. 1796 N:o 7* a nobis insertis, apparet, datas easdem fuisse a. 1433, vespera Visitationis b. Mariae Virginis.]

<sup>74</sup>) Sollicite, et fere anxie, cavere hic Auctor videtur, ne lectoribus fontem narrationum atque traditionum, quas commemorat, prodat, hosque sic examinandi facultatem illis praebet!

<sup>75</sup>) Non male de Coenobio *S. Annae* pronuntiatur; nam paroecia *Resoënsis*, in qua situm fuit, prope Aboam est. Sed quid hoc ad Coenobium Aboënsè, quod multo fuisse antiquius perhibent?



„med Vårfru- eller St. Birgittas Kloster i Nådendal <sup>76)</sup>.  
 „Ändteligen är ock thet enestädes <sup>74)</sup> förmäldt, at thet haf-  
 „ver tillika med Domkyrkian (men tå måtte thet hafva  
 „varit belägit uti Staden) år 1529 af en häftig vådeld blif-  
 „vit afbrändt, och af Biskopen *Mårten Skytte* åter upret-  
 „tadt igen <sup>77)</sup>.“ Ex quibus apparet, hunc Auctorem in sub-  
 sidium asserti *Vastoviani* testimoniis monumentorum quae  
 de Coenobio *S. Annae* agunt male arreptis, ipsum sibi no-  
 dos nexuisse, atque novis tenebris rem per se obscuram  
 operuisse. Nobis verisimile videtur, VASTOVIVM quod de  
 fundato a *Berone II* Coenobio *Virginum Coroicensi* alicubi  
 repererat, ad Episc. *Johannem* ex errore transtulisse, et an-  
 num institutionis ex conjectura (vel numerorum forte notis  
 vitiosis deceptum) addidisse? *Monasterii* certe *Aboënsis*, (S.  
 Olavi,) in numero singulari, saepe facta in monumentis hu-  
 jus aevi mentio, aliud aliquod in eadem urbe simul haud  
 viguisse tale institutum, non obscure prodit <sup>78)</sup>.

---

<sup>76)</sup> Hunc testem cognoscere atque examinare, voluissemus:  
 nam res ipsa a veritate haud abhorret, modo auctoritate histo-  
 rica confirmari queat idonea? Nostra parum adjuvant monumenta:  
 cfr. tamen supra p. 437 sq. not. 79, (et p. 401 sq.).

<sup>77)</sup> Hoc assertum, ineptum esse atque insulsum, ipse ob-  
 servat RHYZELIUS, in memoriam revocans, per Decretum Arosi-  
 ense Anni 1527 (*Wästerås-Recess*) Coenobiis Regni omnibus  
 interitum jam fuisse publice denunciatum. Quo minus verisimile  
 est, Episc. *Martinum*, Euangelicae praeterea religioni faventem,  
 Coenobium virginum incendio destructum restaurasse; cui rei  
 praestandae nec parem fuisse credas, redivitibus Praelatorum valde  
 jam accisis. Incendii praeterea a. 1529 Templum Cathedrale  
 affligentis, monumenta nostra nullam faciunt mentionem. Proba-  
 bile est, aliquem quod de incendio a. 1429 et *reparata*, post  
 illud, *in melius* (per Episc. *Magnum*) Ecclesia Cathedrali tradi-  
 tur (cfr. supra p. 372), ad annum 1529 et Episc. *Martinum*, per  
 oscitantiam traduxisse.

<sup>78)</sup> Sic in Testamento suo *Torstanus* Curatus Ecclesiae  
 Wibur. a. 1366 legavit *Coenobio Aboënsi* (*Clostreno i Åbo*)  
 L. Marcus (vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785 *Append.* p. 25), et  
 Episcopus *Conradus* in literis *super curia b. Erici* a. 1486 datis,  
 scribit: „Huilken gord vi finge aff *Abo closter*“ (a *Claustro Abo-*

De Coenobio *Coroisensi* (illo etiam *Virginum*) cujus ab Episcopo *Berone II* instituti ipse Auctor noster disertam facit mentionem (p. 334), non minus dubiam nobis tamen haerere mentem, supra jam significavimus (p. 351 sq. not. 12). Ad quem illud pertinuerit ordinem, nusquam indicatum legimus. Neque ulla ejus (si locum Auctoris nostri excipias) alia nobis obvia fuit in monumentis vetustis memoria. *Fragmentum Palmsköldianum* ejus fundati, inter merita *Beronis*, non meminit. Quam parum accuratam VASTOVIVUS hujus Coenobii tenuerit notitiam, vel inde liquet, quod illud (*Corsense* appellans) in *Alandia* collocavit, cum *Kökarensi* sine dubio confundens <sup>79)</sup>? Unde occasionem arripuit RHYZELIUS <sup>80)</sup>, (valde pronus ad ea quae de Monasteriis

*ënsi*) „nw fore XXX aar etc.“ Quo igitur tempore adhuc unicum in hac urbe fuisse patet. Caeterum monumenta quaedam ad Coenobium hoc pertinentia typis impressa habentur in *Fol. Hebd. Ab. a. 1789 p. 360 sq. et a. 1793 N:o 43.*

<sup>79)</sup> *Kökarensis* enim, quod unicum fuisse in Alandia constat, omnino non meminit: unde, cum *Koroisensis* illius nullam in monumentis suis aliam reperiret memoriam, atque nominis utriusque aliquam deprehendere similitudinem sibi videretur, ad illud, per famam notius, quae de hoc in veteri aliquo indice Episcoporum Aboënsium (uno ex illis quibus Auctor noster significat se usum?) commemorata legerat, applicuit, atque hinc Coenobium illud Alandicum *Virginibus* fuisse dedicatum scripsit, quod *Fratrum Franciscanorum* fuisse alii existimant, nec hi tamen certissimis nixi argumentis? Cfr. RHYZELIUS (l. c. p. 306 sq.) et TÄRNSTRÖM Diss. *de Alandia* (Ups. 1739, 4:o) P. I p. 37 sq. An ulla alia ratione quam infelici etymologia ductus, RHYZELIUS *Kökarensis* Monasterium etiam *S. Crucis* fuisse dictum statuerit, ignoramus. Caeterum VASTOVII *Notitia* illa *Monasteriorum* vitiiis omnis generis (ut orthographiam nominum haud loquar) scatet: sic Coenobium *Raumoënsis* ad *Fratres Ord. Praedicatorum* pertinuisse, falso asserit. Longe autem adhuc imperfectior *Catalogus* ille est *omnium in Scandia Coenobiorum* quem exhibet MESSENIUS *Scand. illustr. T. IX C. XXIX*, in quo pleraque Fennica, ab ipso alias commemorata, desiderantur.

<sup>80)</sup> *Monasteriol. L. VIII C. IV.* Multa etiam alia de hoc Coenobio, sine ulla idonea ratione, idem fingit: Episc. *Berone* et ipsum ei reditus dedisse et ab aliis dandos procurasse, quos

diversis in diversis monumentis obscurius memoriae prodita reperit, in unum conjicienda) de loco ejus dubium nectendi. Caeterum situs villae Episcopalis *Korois*, quam Auctor noster designat, dubius non est; ubi vestigia aedificiorum (eo loco ubi amnes *Aurajoki* et *Vähäjoki* confluentes linguam, en land-tunga, formant) adhuc visuntur: sed quae non Coenobii, verum Curiae veteris Episcopalis, nos esse putamus <sup>81</sup>). Hariolatio RHYZELII (l. c.), qua nomen Fennicum *Korois* (pluribus in terra nostra praediis ex situs similitudine commune) a Svetico *Korð* (Lat. *Cruce*) deducit, valde aliena est. Ac licet mirum obveniat, Auctorem nostrum (sive etiam superiorem testem, quem ille secutus fuit?) Aboae, intra seculi fere spatium quo *Bero* Episcopus vixit, degentem, in tali re parum clare vidisse, vel eandem minus accurate exposuisse; non possumus tamen quin huic suspicioni indulgeamus. Nempe *fundasse* quidem *Beronem* (in *Korois*) *Coenobium Virginum*, h. e. consilium ejus condendi cepisse, ac fortassis initium quoque consilii sui exsequendi fecisse, existimamus <sup>82</sup>); sed neque illum, morte praeventum, perficere illud valuisse, neque successorem suum illud continuasse: unde brevi consenuerit? Descripsit tamen JUUSTENUS verba Chronici, qualia in exemplo a se adhibito erant; ante consilium illud abjectum, sine dubio, in honorem Episcopi meritis suis apposita? Quomodo de quibusdam aliis institutis, quondam factis, quae suo aevo jam interierant, veterum

---

testamentis et donis posteri deinde auxerint; eundem Episcopum *Moniales Ordinis Dominicani ex Coenobio Virginum Aboënsi* huc traduxisse, etc. Quae mera sunt somnia.

<sup>81</sup>) Cfr. supra p. 352 not. 12. Valde etiam horum rudera auget RHYZELIUS magnitudinem et laudem, cum in agro praedii *Korois* reperiri scribit „rudera, spår och lemningar efter „ett Kloster, (hoc sane non apparet), at the än therefter öfrige „stenhögar kunna synas intil Staden.“ (l. c. p. 303).

<sup>82</sup>) Annum 1400 huic instituto (supra p. 351 sq. et 402 sq.) tribuentes, quem JUUSTENUS nullum indicat, MESSENII et RHYZELII assertis abrepti sumus: qualia nonnulla quoque alia παραρρήματα ad calcem operis uno loco singula correctae sistemus.



auctorum (praedecessorum suorum) qui Chronicon hocce sensim composuerant, narrationes non eliminavit<sup>83)</sup>, nec iudicia eorundem, quamvis a sua mente saepe aliena, suppressenda iudicavit<sup>84)</sup>. An vero, cum hoc Episcopi *Beronis* propositum, tum alia secuto proxime tempore varie inita novi Monasterii aedificandi consilia<sup>85)</sup>, ut praeparatoriae caussae atque occasiones *Nådendalensis* illius tandem condendi, spectari debeant, non aequè patet<sup>86)</sup>. Non tamen improbableè putes, vel *Korois* pro *Reso* culpa librarii in textum sive Auctoris nostri sive vetustioris quod exscripsit exempli irrepsisse, vel collocandum quidem primo, ex mente *Beronis*, in *Korois* (Ecclesiae S. Mariae s. Rendämäkiensis) Coenobium, deinde in alium locum, Ecclesiae *Resoënsis*, transferri placuisse, ut idem tamen fuerit cuius non multis serius annis (tertio seculi XV decennio), nomine *S. Annae* insigniti condendi consilia, agitata fuisse, indubium est? sive haec postea, *Nådendalensis* illius fundandi studio *Magni* mentem vehementius occupante, abjecta penitus fuerint, sive cum posteriori instituto coaluerint, atque in illud plane abierint? Non significant quidem expresse monumenta quae hactenus nobis innotuerunt, utrum fratribus an sororibus Coenobium illud *S. Annae* habitandum fuerit assignatum<sup>87)</sup>.

<sup>83)</sup> Ex. g. de Altari *XI mille Virginum* ab Episcopo *Olavo* erecto atque fundato: de quo cfr. supra p. 475 et 483.

<sup>84)</sup> Cfr. quae monuimus Praefat. p. 6, et ad vitam *Magni II* p. 375. Etc.

<sup>85)</sup> Cfr. supra p. 401—404, 436 sq.

<sup>86)</sup> Cfr. supra l. l. c. c. Ex quibus liquet, Coenobium illud *S. Annae*, cuius aedificandi consilia tribus primis seculi XV decenniis ferbuerant, circa medium seculi jam occidisse.

<sup>87)</sup> Res minime esset dubia, si verba quae de testamento *Matthiae* Pastoris in *Jomala* (huic, ut putamus, Coenobio, non *Aboënsi* illi quod omnino exstitisse non credimus, facto) habet *RHYZELIUS* (*Monasteriol.* p. 291) -- år 1414 testamenterat til *thetta Jungfru-kloster sin gård* etc. ex ipso testamento esse hausta, et non ex conjectura addita, nobis constaret: sed valde suspicamur, parum iis esse fidendum; nec nisi exemplo testamenti collato, argumentari inde quidquam in hanc rem audemus. — [Quae

Uti neque ex verbis Senatus consulti Telgensis a. 1438 facti, cujus particulam legendam exhibet RHYZELIUS (*Monasteriol.* p. 293), tuto existimari potest, utrum Monasterium illud Ordinis Dominicani, de quo condendo Finlandiae incolae diu sategerant, vel fratribus vel sororibus concedere in animo habuerint<sup>88)</sup>? Nihil tamen impedit, quo minus Virginibus destinata fuisse credamus, adeoque haec molimina cum reliquis hujus generis, hoc tempore susceptis, componamus?

De *bello Russico*, Episcopi nostri aetate Fenniam infestante, supra jam commemoravimus (p. 523 sq.); de quo nihil Historici nostri habent. In Actis praeterea atque monumentis olim in R. *Archivo Antiquitatum* (hodie in Bibliotheca Regia Stockholmiensi) asservatis, apographon oculis usurpavimus *Induciarum a. 1468 Dominica Palmarum cum Russis factarum, per annos quinque duraturarum*: de quibus item altum apud Historicos nostros est silentium. Neque Russici, quos quidem nobis consulere licuit, meminerunt. Continuasse hostiles hosce motus ad annum usque 1468, (parum quidem a nostrorum parte acriter, internis interim dissidiis occupatorum), facile colligitur; et post quinque Induciarum annos elapsos, adeoque circa a. 1473, rursus erupisse, eo est magis verisimile, quod et a. 1475 castrum *Olafsborg*, (s. Arcem Novam) ab *Erico Axelii Tott*, ad Savolaxiam contra *Ruthenorum insultum* tutandam, exstructum fuisse<sup>89)</sup>, supra didicimus (p. 526, cfr. p. 489), et ex literis Senatorum Regni,

---

dubitatio per literas ipsas Testamenti (quas *Foliis Hebd. Aboens.* 1796 N:o 7 inseruimus) ubi aperta fit mentio *sorum* illius Claustris, prorsus evanescit.]

<sup>88)</sup> Fatemur igitur, quod monasterium illud *fratrum Praedicatorum* appellavimus, non omni dubio vacare: sed verba *Prebende-Ordens kloster* ad hanc inprimis sententiam amplectendam proniores nos fecerunt.

<sup>89)</sup> Opus belli tempore fuisse conditum, vel conditoris verba satis docent, qui in literis citatis scripsit; --- „och när arbetis „folket måste fara efter sand, steen och kalk, då måste jag „hafva en roote med hvar pråm, och 12 eller 14 mine egne „tjänare med harnesk oc hvärjor för Ryssarnes skuld“.

circa haec tempora datis <sup>90)</sup> de calamitatibus edocemur quibus miseri majores nostri per saevitiam hostium afflicti sint, cui resistendae atque compescendae parum efficacia adhibita fuisse consilia reperiuntur <sup>91)</sup>. Nec cito hoc bellum resedisse, sed per annos bene multos saevuisse, tristibus infra testimoniis confirmabitur <sup>92)</sup>. Interim paullo tamen

<sup>90)</sup> Apud HADORPHIUM, *Bih. til Rijn-Chrönik.* p. 288 sqq., quibus nulla quidem adscripta esse nota temporis reperitur, sed quas ad haec tempora pertinere, facile docetur.

<sup>91)</sup> Episcopum *Conradum* (*Carl* apud III. VON DALIN *Sv. R. Hist.* II D. p. 786, manifestus est error typographicus) Dominum *Ericum Axelii*, et plures honestos viros Finlandenses, Clericos et Laicos, literis ad Senatum datis graviter esse, nomine incolarum, conquestos scribunt, de saeva Russorum crudelitate, inprimis in illis qui proxime ad fines hostium habitabant, exercita: cujus rei testes, in Sveciam profecti aderant *Ericus Axelii, Praepositus* Aboënsis aliique multi illius regionis incolae. Auxilium autem quod petierant, quodque promissum illis fuerat, non accepisse (contra ac apud Dn. VON DALIN l. c. legitur: -- „begärte och erhöllo undsättning“) ipsae literae loquuntur; ex quibus patet, militum nihil, commeatus parum, idque *nimis tarde*, fuisse transmissum, Fennis qui in praesidio arcis Wiburgensis impositi erant dividendum.

<sup>92)</sup> De crudeli Russorum irruptione a. 1479 facta, MESSENIUS *Scand. T.* IV p. 38 et T. X p. 21 commemorat: fontes suos ignoramus. Quam ille addit (T. X p. 21) post *Olavum Petri*, observationem, hanc irruptionem factam fuisse, postquam *Johannes Basilius*, (Basilides, *Iwan Wasiliewitsch I*) *Novogardensem Ducatum* (Civitatem) modo sibi subjugasset 1478: (cfr. MÜLLER *Samml. Russ. Gesch.* V B. p. 447-478); ea magnum trahit momentum. Demonstrat enim bella Russica, quae hactenus cum solis fere Nowgorodensibus gesta fuerant, atque saepe non nisi impetus praedonum erant, spoliandi caussa a barbaris vicinis suscepti, posthac multo formidolosiora, utpote a Monarchae potentis ducibus administrata, facta fuisse; rem exitus docuit. Quod suspicantur nostri Historici (vid. v. DALIN l. c. p. 786) *R. Christianum* hos in patriam nostram hostes suscitasse, (more quo filium suum *Johannem* usum fuisse constat, qui *paternum* affectum in subditos, in quos imperium, h. e. facultatem benefaciendi curamque salutis eorum tuendae affectabat, illo studio pie demonstravit!) id nullis idoneis confirmatur rationibus; nec sane Russi illis stimulis opus habebant.



diligentiorē validiorēque, antequam noster e vita discederet, opem Fennis praestitam operamque hostibus castigandis adhibitam fuisse, ex felici quam circa a. 1480 *Ericus Axelii* in Russiam suscepisse dicitur expeditione <sup>93</sup>), in-

<sup>93</sup>) Scribit *Olaus Petri* (*Chron. Svec. MS.*) „Och tu år „therefter“ (post a. 1477 quem proxime indicaverat, itaque a. 1479?) „foor Her *Erich Axelson*, medh thet folk Herr *Steen* ho- „nom tilskickat hade in i Ryssland, vel 20 eller 30 miler, och „gjorde ther stoor skada; han slog ihiäl både folk och fää, man „och quinno, unga och gamla, til ganska mong tusend. Hade „och Ryssana något tilförene gjort stoor skada in i Finland.“ Morem igitur bella gerendi a vicinis suis nostri didicerant, non illum sane laudandum! Apud MÜLLERUM (l. c.) nihil de hac expeditione occurrit. MESSENIUS qui illam a. 1480 factam fuisse dicit, (T. IV p. 38, T. X p. 21) nunc XXIV nunc XX tantum millia militum (satis puto liberaliter!) Duci Svecorum tribuit, cujus haec gesta magni laudem imperatoris ei vindicare haud credo! Caeterum de hac expeditione ab *Erico Axelii* suscepta, nihil prorsus habet *Chronicon Rhythmicum* majus; ubi contra (ex MS. *Bureano* p. 518 sq.) de copiis a Prorege *Stenone* in Fenniam duce *Erico Carlsson* (Wase) et *Nicolaio Sture* contra Russos missis, commemorabilis sane legitur narratio; de qua silet plane MESSENIUS. Series rerum, susceptam fuisse maturius quam illam a MESSENIO commemoratam, atque mox, ut videtur, post quinquennales inducias finitas, ostendit. Russis pacem offerentibus (quae res valde videtur probabilis, Novogrodensibus tum et turbis internis et metu magni Ducis Russiae sibi irationis, fractis ac percussis), *Nicolaus Sture* illam concedendam putabat, et foedus cum iis faciendum; sed ferocior *Erici* animus bellum, vindictam et praedas praeoptabat: unde ille domum reversus fuit, hic per triennium fortiter contra Russos bellavit. Num diversae hae ab *Erico Caroli* et *Erico Axelii* contra Russos susceptae erant expeditiones? Aut num potius idem utriusque ducis nomen (quorum uterque in Fennia versatus aliquamdiu fuit) confundendis eorum gestis occasionem dedit, turbisque hinc in hanc rem inferendis? Nihil definitio; aliis diligentius rei examen commendans. — Anno ante mortem Episcopi nostri proximo (1488), Proregem *Stenonem* ipsum contra Russos, Fenniam infestantes, expeditionem movisse atque molestum hunc hostem castigasse, tradunt MESSENIUS (T. IV p. 45, T. X p. 22) et VON DALIN (l. c. p. 810 sq.): qua de re nihil apud vetustiores reperio. De formidoloso autem quod paullo post, a perpetuis his Fenniae

telligere licet. De quibus rebus uberius exponere, instituti ratio non permittit.

Pro *Arcium* praecipuarum numero in Quatuor Provincias principales, a suis singulas Praefectis administratas, (qui tamen in fide potentioris alicujus ex optimatibus viri, feudi quodam jure easdem tenentis, saepe erant); Finlandiam his temporibus fuisse divisam, constat; *Aboënsem* videlicet, *Tavastburgensem*, *Wiburgensem* et *Raseburgensem*. *Olofsburgensi*, ditio nisi admodum exigua, nondum fuisse tributa videtur; *Korsholmensis* nulla in monumentis nostris occurrit mentio, ita ut dubium haberi queat, utrum Ostrobotnia peculiari paruerit Magistratui, an ad provinciam aliquam superius memoratarum, pertinuerit?

Praeter Urbes antiquiores (*Aboënsem*, *Wiburgensem*, *Ulfshyensem*), *Borgoënsis* quoque (ante a. 1424), *Nådendalensis* (ab a. 1441) et *Raumoënsis* (ante a. 1442) hoc aevo jam innotescere incipiunt<sup>94</sup>); exigui licet momenti et mercaturam et caeteros quaestus urbanos in iisdem exercitos, fuisse credas<sup>95</sup>). Caeterum, cum hac aetate consilia de impotenti frangenda Civitatum Hanseaticarum in mercaturam urbesque patrias dominatione, iniri coepta fuissent<sup>96</sup>),

---

hostibus, motum fuit bello, infra, in vita Episc. *Magni III* commemorabimus.

<sup>94</sup>) De Urbe *Borgoënsi* cfr. Diss. Dn. MAGNI ALOPÆI (*Hist. Urbis Borgoae*) P. Pr. p. 20; de *Raumoënsi* Disp. cit. Dn. MEL-LÆNI (*om Staden Raumo*) P. Pr. p. 9 sqq.; de *Nådendalensi* Diss. cit. D:ni RANCKEN (*Coenobii Nadhenadals Hist.*) P. Pr. p. 15 et 23.

<sup>95</sup>) Ad coenobitarum commoditatem opifices atque mercatores quosdam in vicinia eorum privilegiis et lucri spe allectos, sensim sedes fixisse, indubium est. Propinquitas autem urbis Aboënsis magnas spes concipere illis non permisit.

<sup>96</sup>) Vid. VON DALIN l. c. p. 780. Mirum sane est, caedem audacem et atrocem quam Germani Stockholmiæ a. 1389 fecerant, maturius oculos nostris non aperuisse, et de periculo noxae turpis hujus instituti edocuisse, quod nostrorum ruditas et in rebus ad urbium commerciorumque administrationem pertinentibus imperitia, necessarium fortasse primis temporibus reddiderat.

turpemque aboliri morem Senatui Regni sapienter placuisset, (quo dimidia pars Magistratum Consulum atque Senatorum) qui urbi cuique praeessent, hominibus constare nationis Germanicae deberet <sup>97</sup>); etiam nostris his in oris eundem sublatum fuisse abusum, animadvertimus.

*Literarum* facies eadem quae superiori aevo, fuit. Schola Cathedralis *Aboënsis* <sup>98</sup>), cui accessisse sensim Claustrales Wiburgensem (Dominicanorum?) et Raumoëensem <sup>99</sup>) Franciscanorum reperimus, juventutem patriam doctrinae rudimentis, pro more temporis, instituere pergebant; ad cujus opes augendas, qui majorem eruditionis famam amplioraque munera ecclesiastica spectabant, exteris deinde Academiis haud pauci adibant <sup>100</sup>). An aliqua apud *Nädendalenses*

<sup>97</sup>) Cfr. supra p. 474 not. 148. Hinc inter Consules et Senatores Aboënses sec. XIV et XV tot reperiuntur Germani: *Alb. Nyendorp, Matth. Skalenberg, Henr. Finckenberg, Hannes Koortzhagen, Bern. Grothe, Brandh Lamppen, Hans van Hamelen, Hannes van Asken* etc. etc. Ac multae familiae Germanicae perpetuas deinde in urbibus nostris sedes fixerunt. Sic annis jam 1322-1330 occurrit *Marquardus Fleeg*, a. 1373-1397 *Hartika Fleeg*, a. 1443 *Olavus Fleeg*; a. 1431, 1439, 1448, 1449 nominatur Consul Aboënsis *Jac. Frés* vel *Freese*; a. 1414 *Henr. Fanth*; a. 1439 et 1442 *Laur. Dobbin*, etc.

<sup>98</sup>) Cui a. 1480 praefuisse reperimus Magistrum *Magnum Johannis (Mesther Magnus Johannis, Scolamesthare)* qui simul fuit *Capitularis*; cf. supra p. 522 not. 50, atque p. 426, ubi inter *Canonicos* enumeratum reperimus, qui *Confraternitati Trium Regum* nomina sua dederunt. Cfr. praeterea Literae Episcopi *Conradi* supra p. 507 sq. not. 35.

<sup>99</sup>) Quo tempore vel haec vel illa fuerit condita, nos latet. In literis tamen a. 1409 scriptis (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 246) commemoratur *Jop Jönisson Scolemestare j Wiborgh*. Dubium autem videri potest, an Schola illa *Monasterialis* fuerit? Sub tempora reformatae apud nos Ecclesiae, utramque Scholam imprimis floruisse reperimus: qua de re infra.

<sup>100</sup>) Observavimus supra p. 426 not. 63 (cfr. p. 462 not. 131), non paucos inter viros ecclesiae nostrae praecipuos *Magistri* fuisse nomine honoreque ornatos, adeoque Academiis, extra patriam sitas, adiisse; atque laudatis antea exemplis addere possumus Magistrum *Arvidum Jacobi*, Archidiaconum, de quo mox,



Schola floruerit, (cfr. VON STIERNMAN l. mox citando, *Tal* etc. p. 108) rescire non potuimus: literatis autem, pro ingenio seculi, monachis non caruisse, vel notae ad nostram quoque aetatem famae vir *Johannes Budde*, suo confirmat exemplo; qui illic et Wadstenae per vices degens, plura diligentiae suae reliquit specimina <sup>101</sup>).

nec non Magistrum *Haquinum Andreae* Canonicum Aboëensem (a. 1452-1472), qui Altari S. Catharinae domum legavit: ex familia nobili oriundum fuisse vel inde colligas, quod avunculus suus fuit *Magnus Frille*, quem filium fuisse *Christiani Frille*, Legiferi Fenniae Australis asserunt (vid. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II MS., L. V, C. 3 in *Fol. Hebd. Ab.* 1785 Append. p. 206), de quibus infra. Intere cohaeredes suos praeterea occurrunt *liberi Christiani Frille*, nec non *Thordo Carpalainen*, *Magnus Balk* etc. Anno 1489 e vivis jam decesserat. (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 195). — Magister *Petrus Benedicti*, Canonicus Ab., qui supra p. 426 inter sodales *Confraternitatis Trium Regum* comparet, a. 1459 Testamentis *Arvidi Clauusson* subscripsit (supra p. 387 et 408 not.) — Notari autem meretur, uberioris hos eruditionis studiosos, publico popularium suorum subsidio haud omnino caruisse videri: nam in libro rationum Capituli Aboënsis (eo de quo supra p. 267 not. 98, s. p. 423 sq., p. 483 not. 19, et p. 498 not. 27) R. Gustavo I redditarum, dicitur: „*Student Smöret* „görs uth aff Loyo (Socken) VIII tunnor, aff Wictis IV tr., aff „*Kirkeslet* (paroeciis Nylandiae) 6 tr.“ Observatur porro, ex his XVIII tonnis, II tum censui Regio a *Gustavo I* imperato (Taxan) fuisse assignatas, adeo ut nonnisi XVI Studentibus remanserint. Tandem additur: „*Item Smöred aff Kirkeslet är Capitels* „*samfelt Smör: och unsettes ther af understandom Studenterne*, „*när icke Capitlet hafuer noghen synnerligh uthferdh i Rijk-* „*xens ärende, nemplich til Rydzland etc., eller och medh Bisco-* „*pen till Stocholm eller noghen annen samquemd i Rijkith, på* „*Kirkens vegna:*“ Cum hi *Studiosi* (Studentes) a *Scholaribus* (Dieknar) distinguantur; non possum alios commode intelligere, quam qui exteris adierant Academas?

<sup>101</sup>) De operibus Monachi hujus literariis agit VON STIERNMAN *Tal om de Lärde Wetenskapers tilstånd* etc. p. 23, et diligentius LOENBOM *Utkast til en Historia om Svenska Bibel-Öfversättningar* p. 14-17, (cfr. *Hist. nostra Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* §. 31, XXXIX). Cum autem praeter scripta ibi recensita, etiam alia supersint (ejusdem fere pretii, versiones ex idiomate

Honores Ecclesiasticos praecipuos, per octo lustra quae tetigimus, ab abdicatione *Magni* ad mortem *Conradi* Epi-

Latino, in gratiam Monialium factae) in volumine chartaceo, formae 4:tae, in Templo Cathedrali Aboënsi (ut illud quod Bibliotheca Acad. jam possidet volumen) reperto, et a. 1758 ad R. Archivum Antiquitatum transmissio, eorum recensio, ex Catalogo egregio ejusdem Archivi (cujus opes magnam partem in R. Bibliothecam Stockholm. nunc transierunt) a Nobiliss. CAROLO REINH. BERCH diligentissime facto exscriptam, subjungere placet, (Vol. A. 38):

„*Anshelmi Elucidarius* på Svenska, med mera. — Fol. I.  
 „*In nomine patris et filii et spiritus sancti. Incipit Elucidarius.*  
 „*Här byrjas een book, som kallas Elucidarius, ok utthydes här*  
 „*först Prologus Misticus eller Dichtarens förtalan eller föroord*  
 „*i bokena i sva mattho. Rogatus sepe a condiscipulis. Jak offta*  
 „*bidhin aff mijnom sambrödkrom at utthya nogre klook ok lön-*  
 „*ligin spörsmaal i the helga scriffit ok kenädome, ey ytermere*  
 „*förmaandes genstridha etc. Obs. Denna absurda explication än-*  
 „*das Fol. 48 v. Lyktas Elucidarius, hvilka dichtade S:tus An-*  
 „*selmus ok uttyddes i Nadhendall aff broder Jenes Räk eller*  
 „*Budde a. D:ni MCDLXXXVII.*

„Fol. 49 med en annan hand något på Latin otydeligen  
 „skrifvit om Psalterii härliga värkan. Nederst: *Oretur pater no-*  
 „*ster s. Ave Maria pro scriptore Fr. Erico Nicolai, Ordinis*  
 „*Minorum.*

„Fol. eod. v. Med samma hand et Fragment af en Exe-  
 „gesis öfver Mariae Litanian.

„Fol. 50 börjas åter broder Räks hand, med *S:ti Juliani*  
 „och *S:tæ Basilissæ* lefverne och undervärk, som slutas Fol. 65  
 „verso. *Thenna scriffiten utthydde broder Jenes Räk eller Budde*  
 „*i Nådendals closter a:o D:ni MCDXCI.*

„Fol. 66. *Tundalus, ok hans syn ok openbarelse.* Slutes  
 „Fol. 84 verso, med dessa ord; *Lyktas eens syndogh mandz*  
 „*openbarelse, Thungulus aat nampne. Akte hvar christen men-*  
 „*niskia ok serdeles rentifve personer, Munka ok Nunnor, huar*  
 „*sith lifuerne, ok huar syna återlön i ondhom ok godhom gier-*  
 „*ningom, fforthy scal, som ingen ey the minsta gierningh bliffuer*  
 „*utan aterlön i ürono, sva ok ey minsta syndh uthan hempndh i*  
 „*pynono. Loff ok ära vare Gud nu ok everdeliga amen. Frater*  
 „*Jens Räk scripsit hec.*

„Fol. 85. *Guidonis siels openbarelse.* Slutes Fol. 100 med  
 „thenna suck: *Ac lys oc tu Guidonis siell, Bed for allom tik*



scoporum (a. 1450-1489), in Finlandia administrasse reperiuntur: I. *Archi-Praeposituram*, noster M. *Conradus* (*Bitze*),

„*vilia väll, At the effter liffuets ändha Maghe med tik i hyme-  
riike lända. Thetta screff broder Jönes Räk, Utan at scrifften  
är allom otäkk. A:o D:ni MCDXC primo facta sunt haec.*

„Fol. 101. *Udo Biscop hans lesverne ok ändalykt. Slutes  
Fol. 108 med sådana ord: Gudi vare loff ok ära, ok hans  
värdogaste modher, Jungfru Maria, som med thennes ena usla  
mandsens estersyn andra vilia frelsa ok forvara, at the maghe  
undfly dieflarna skara. Amen.*

„Fol. 108 verso. *Hür begynnes S:ti Bernardi Thenkelse  
Bok* (*Meditationes S:ti Bernardi*). Går til Fol. 124. Skrifuit  
a:o. 1491.

„Fol. 124 v. *Aff S:to Alberto Biscope. Ändas Fol. 126.*

„Fol. 126 v. *Aff XII gyllene Fredagom. Hvarom säges  
Fol. 128 v. Huar een thenna XII Fredagar fastar om aaret,  
ther till haffuer S:tus Gregorius Pafve giffuit stort afflat; som  
är M aar oc VII aar ok XX Karena etc. -- Lacuna.*

„Fol. 129 felas början af et företal om Svenska Helgon.

„Fol. 130. *Aff helga Fru Kadrin S:te Birgitte dotter, til  
165. Detta innehåller intet annat än sådant som redan står i  
Vastovio och Messenio. Altsammans med samma broder Rüks  
hand. Sidsta bladen saknas, hvilka dock icke lära hafva inne-  
hållit annat, än slutet på Miraclen efter fru Kadrins död.“*

Cfr. LAGERBRING *S. R. H.* III D. p. 827 sq. not. (5). Ex his igitur patet, Monachum hunc diligentiae laude prae aliis sui aevi apud nos Caenobitis praecipuae, haud fraudandum, (licet argumentis laborem impenderit parum dignis), nomine gemino et *Räk* et *Budde* appellatum fuisse; quod olim nobis non constitisse, l. c. significavimus. — Caeterum plures Monachos Wadstenenses, qui Nädendalense quoque aliquando Monasterium habitasse reperiuntur, literis, pro temporis et situs sui ratione incubuisse, constat. Sic in *Diar. Wadsten.* p. 96 legimus: „Sabbatho ante Dominicam Reminiscere obiit *Finlandiae* fr. *Johannes Borquardi* (a. 1447) anno a Professione sua XIX. Hic fuit *bonus Scholaris*, scriptor, *legista, sermocinator bonus*, habens proferentiam „bonam.“ Ac conicere quis possit, fratrem *Thornerum Andreae*, eum qui in caussa Padisensi testimonium dixit (quemque igitur in Finlandia olim habitasse oportet), eundem fuisse *Thorirum* (vel *Tyrrerum*) *Andreae*, cujus de Wadstenensi instituto merita, in *Diario* laudato pluribus locis celebrantur (vid. p. 11, 24, 33, 34, 39, 51, 59) quique sua pecunia libros Parisiis emisse atque



Episcopalem inde evectus dignitatem, M. *Henricus Freese*, cujus nulla alia, quantum scimus, memoria superest, nisi quod inter socios *Confraternitatis Trium Regum* nomen suum (proxime ante M. *Magnum Nicolai*) occurrere supra p. 425 vidimus <sup>102</sup>), et M. *Magnus Nicolai (Stiernkors)* proximus *Conradi* nostri in munere Episcopali successor, de quo mox plura. (Cfr. supra p. 505, not.). II. *Archidiaconatum, Nicolaus Muulle* <sup>103</sup>), *Sigfridus Olavi* <sup>104</sup>), et M. *Arvidus Jacobi* <sup>105</sup>). III. Inter *Oeconomos* Ecclesiae Cathedralis occur-

---

Monasterio suo donasse dicitur. Cfr. de eodem Diss. AD. FRID. KJELLIN (Praes. Nobil. LAGERBRING) *de statu rei Literariae in Suecia per tempora Unionis Calmariensis* (Lond. Gothor. 1772) p. 32.

<sup>102</sup>) Ex eadem sine dubio gente ac Consul ille Urbis Aboënsis, de quo nuper, not. 97.

<sup>103</sup>) In literis a. 1440 datis vocatur *Herre Niles Mulle, Canik j Abo (Reg. Eccles. Ab. Fol. 186 init.)*, et in testimonio Notarii Publici a. 1454 perscripto „*Dominus Nicolaus Mulle, Yconomus nec non Canonicus* Ecclesiae Aboënsis“ (Ibid. Fol. 40). In literis autem a. 1477 datis audit *Herr Niles Muulle fordom Archidegn j Abo* (Ib. Fol. 187). Unde patet, circa medium seculi (inter a. 1454 et 1464) honore Archidiaconi auctum fuisse; quo fungens *Confraternitati Trium Regum* nomen dedit (supra p. 425).

<sup>104</sup>) Caeterum nobis ignotus, nisi quod in catalogo sodalium *Confraternitatis Trium Regum*, inter Archidiaconos, proximum locum post *Nicolaum Muulle* occupat (l. c.). Fieri autem potest, ut serius vixerit? nam post eum mox adjungitur *Magnus Griffoth* (vel *Grisefoth*), quem initio seculi sequentis (a. 1501) eidem huic muneri praefuisse, infra videbimus.

<sup>105</sup>) In literis a. 1464 datis, vocatur „*hederlighen Herre, Mester Arvidh Jacobi, Archiaedegn j Abo*“ (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 217*): unde *Nicolaus Muulle* successisse conjicimus, licet nec repugnaturi simus, si quis huic superiorem fuisse, docuerit? Vixit adhuc a. 1467 (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 95*). Quominus *Arvidum Kurck* (postea Episcopum) fuisse eundem suspicemur, obstat primum aetatis ratio (cum anno demum 1510, 46 annis serius, Kurekium ad Episcopale evectum esse fastigium novimus, in quo ultra 10 permansit annos); deinde quod *Magistri* titulo Episcopum hunc nullibi ornatum reperimus. Sed de eo infra. Dn. BÅNG *Tavastiska Släktens Ättaretal* (post Nob. STIERNMAN, vid. Tab. Geneal. in Annot. ad PETRI NIGRI Hist. Episcopor. Arosiensium

runt idem *Nic. Muulle, Petrus Henrici*<sup>106</sup>), *Johannes Suupalt*<sup>107</sup>) et *Petrus Petri*<sup>108</sup>). IV. E reliquorum cohorte

p. 87) hunc *M. Arvidum Jacobi* e gente *Tavastica* fuisse asserit, filium *Jacobi Niclisson, Magni II* Episcopi ex fratre nepotis; quo jure, non dicam: nam Genealogiis istis, nisi ubi indubiis veterum literarum testimoniis confirmantur, magnam non tribuimus fidem. Cfr. supra p. 376. not. 4. — [Hunc *M. Arvidum Jacobi*, Archidiaconum, fratrem fuisse Legiferi *Hartichini* (*Hartwig Japson*), postea didicimus. Vid. infra. Quod autem de Episc. *Arvido Kurck* (alio prorsus ab illo) additur, illud etiam infra emendatum legitur.]

<sup>106</sup>) Hunc a. 1455 Oeconomum fuisse Ecclesiae Cathedralis, annotatio docet successoris in munere, *Petri Petri* (de quo mox) *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 20 legenda. Anno 1460 jam e vita discessisse, literae ostendunt *Petri Karpalainen* Judiciales hoc anno datae, in quibus legitur: --- „j Herr *Pedher Henricssons* „thyma, *Gud hans siäll nodhe*, som tha var *Domkirktionna Syz- „loman*“. (Ibid. Fol. 97). Proximus itaque successor fuit *Nicolai Muulle*, quem a. 1454 aut 1455 Archidiaconatus dignitate auctum fuisse, hinc colligitur.

<sup>107</sup>) *Jönis Supalt*. (Vox Fennica *Suupaltti* significat *loquacem, dicacem*). Annis 1460-1464 huic praefuisse muneri reperitur. Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 97, 131, 137 etc.

<sup>108</sup>) Munus hoc annis 1466-1471 administrasse, Annotationes suae in *Registro Eccles. Aboënsis* (Fol. 20) reperiundae docent, ubi de se in prima persona loquitur: „Ego *Petrus Petri* emi, feci quandam commutationem“ etc.; omnia haec sc. ex parte Ecclesiae Cathedralis. Unde simul colligas, officium fuisse Oeconomorum Ecclesiae, ut monumenta quae ad jura possessionesque suas muniendas pertinerent, congererent atque conservarent: quorum igitur virorum diligentiae illam quae superest, talium literarum collectionem, sive laudatum nobis toties *Registrum Ecclesiae Aboënsis* (descripta talium monumentorum exempla continens) acceptum debet posteritas! E *Petri* autem nostri Annotationibus quasdam hoc loco placet adponere: „Anno LXVI:o (1466) conductus est *Nicolaus Justisa* pro sedili Regio erigendo, pro XX „Marcis. — Anno eodem (1466) conductus est *Petrus Murator* „de *Kymitto* pro testudine erigenda in Ecclesia cathedrali, a „summo choro usque ad turrim, tribus sibi sociis junctis, pro „XC marcis. Levavit 38 marcas, V oras.“ Ubi mirari primum subit, homines iis temporibus in his oris fuisse repertos, qui tali faciendo operi essent pares. Deinde ad Disputationem illustran-



*Canonicorum*, sufficit commemorasse, praeter M. *Haquinum Andreae* nuper (p. 543 not. 100) nominatum, *Johannem Tavast*<sup>109</sup>), *Laurentium Skytte*<sup>110</sup>), et *Birgerum Magni*,

dam quam supra (p. 483 et 530 sq.) attigimus, de incendio Templi Cathedralis vel a. 1458 vel 1464, vel utroque eveniente, hic locus adhiberi poterit? -- Porro legitur: „Anno LXX:o (1470) „Consulatus et cives Aboenses emerunt unam campanam ab ecclesia cathedrali, ponderantem IIII Skip:d et I lisp:d, et refundebant ecclesie quinque Skfp:d cupri cum XXX marcis denariorum. — Anno LXXI (1471) pro ereccione capelle Omnium Sanctorum una cum testudine, percepit *Henricus Murator* LXX Marcas et I pecus in valore XII orarum“. Caeterum etiam hunc *Petrum Petri* inter socios *Confraternitatis Trium Regum* fuisse, supra (p. 426) vidimus. — Annotationum vero in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrentium quum meminerimus; addere placet, easdem, quae supra (p. 530 not. 67, 68) monuimus confirmare, de exemplis originalibus monumentorum Ecclesiasticorum in Kustoënsi incendio circa a. 1470 destructorum. Tales enim v. g. habentur: „*Quaeratur* (omissum hoc loco monumentum) *infra et in libraria Originaria*“, Fol. 140 (similiter Fol. 143: „*Litere D:ni Johannis Christiernsson Militis --- sunt in Libraria*). Quae tamen de Archivo Ecclesiae Cathedralis Aboënsis intelligi possunt. Sed Fol. 157 annotatum legitur: „*Originalia istarum copiarum* (literarum de variis juribus sedis inprimis Episcopalis agentium, in *Registro* nostro descriptarum) *sunt in Kuusto* (ita recte nomen Arcis insulaeque hujus scribitur, male *Kustö*; est enim contractum ex voce Fennica *Kuusisto*, *Gransfög*, silva abietibus constante, ut ex veteri libro fundorum publicorum Provinciae Aboënsis, *Sordeböfen*, didicimus).

<sup>109</sup>) Etiam ille inter sodales *Confraternitatis Trium Regum* (l. c.) comparet, proximo loco ante M. *Petrum Benedicti*. A. 1447 jam erat *Canonicus*. A:o 1454 *Praebendam* habuit *Corporis Christi* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 212); in qua ei a. 1464 successerat M. *Magnus Nicolai* (postea Episcopus), quo anno ille vocatur *Herre Jönis Tavast*, *Canik j Abo* (*Ib.* Fol. 216 fin.): aliam sine dubio *Praebendam*, ditiolem, interim nactus fuerat? Nepotem ex fratre *Magni II* Episcopi fuisse, BÄNGIO (*Tavast. Släcktens Ättaretal*) facile credimus; ac confirmat VON STIERNMAN *Annot. ad PET. NIGRI Hist. Episcopor. Aros.* p. 87. — [De *Johanne Tavast*, Canonico, (cfr. supra p. 385 not.) postea didicimus, eum peregrinationem religiosam ad Sepulchrum Christi fecisse. In *Opere* enim *Diplomatico Örnhjältmiano* (in R. Biblioth.



Archipraepositum Upsaliensem ac postea Episcopum Arosiensem <sup>111</sup>).

Stockh. E. 20) habentur Literae a. 1467 datae a Senatore urbis Aboënsis *Brand Lamppen*, ex quibus patet, hunc anno proxime praecedente, sententia Summi Tribunalis Finlandensis (*Landsrätten*), cui praefuit ipse Dn. *Ericus Axelii* (Tott), *Regni administrator*, praesentibus Episcopo *Conrado*, *Johanne Christierni* Equite, *Johanne Olavi* (*Jusse Oloffsson*) de *Kariskylä*, et *Hartichino Jacobi* atque *Christiano Frille* Legiferis, jus nactum esse in bona dicti Canonici praedialia, pro 100 Florenis Rhenanis (*Rinska Gyllen*) quos huic, ad Sanctum Sepulchrum profecturo, mutuos dederat. Cum autem *Lamppen* tantundem pecuniae haeredibus deberet D:ni *Olavi Tavast*; quod jus ille in praedia Canonici (praesente *Henrico Tavast* aliisque) obtinuerat, illud in virum Nobilem *Nicolaum Tavast* transtulit.]

<sup>110</sup>) E nobili et vetusta gente, quae Praefectos Arcium Canonicosque Ecclesiae Aboënsis plures, atque Episcopum unum, Fenniae dedit. Cfr. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109, 143, 164, 215 etc.

<sup>111</sup>) De quo cfr. *PERINGSKÖLD Monum. Ulleraker.* p. 195; *PETRI NIGRI Hist. om Westerås Stifts Biskopar* p. 18 et 72 sq.; *RHYZELIUS Episcoposc.* p. 258, qui neque ignoravit illum Canonicum fuisse Aboënsē: qua ornatum dignitate nos rescivimus ex duobus exemplis *Instrumentorum*, ut vocantur, *publicorum*, quae in *Registro Ecclesiae Aboënsis*, Notarii Publici munita auctoritate et fide habentur. Eorum alterum continet Confirmationem Privilegiorum Cleri, a. 1436 Sudercopiae a Senatu et Magnatibus Regni solenniter factam, apud JOHANNEM MAGNUM (*Hist. Metropolitanae Ecclesiae Upsaliensis* p. 97 sq.) legendam; de qua cfr. *LAGERBRING Sv. R. Hist.* IV D. C. VI §. 18 p. 326; alterum exhibet *Juramentum Militum* (h. e. Equitum Auratorum) a R. *Christophoro* a. 1441 creatorum, quod haecenus integrum typis vulgatum alicubi me vidisse, non memini; quod igitur si apposuerō, non ingrātam me veterum rerum patriarum studiosis praestitūrum esse operam, confido. Sed alterum illud quoque monumentum adjungere placet; quoniam inter exemplum hoc nostrum, et quod JOHANNES MAGNUS offert, non omnino levem in quibusdam intercedere varietatem lectionis deprendimus. Tale autem l. c. Fol. 25 habetur: „In nomine Domini amen. Cunctis pateat „evidenter, quod anno a nativitate ejusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo 4:to, Indiccione 2:da, XXV die mensis „Februarii, hora VIII vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et domini nostri, Domini Nicolai, Divina providencia

## De Praefectis Arcium et Provinciarum Fennicarum, nec

„pape quinti anno VIII, venerandus ac discretus vir, Dominus  
 „*Birgerus, utriusque Juris Doctor, Prepositus Upsalensis et Ca-*  
 „*nonicus Aboensis*, in loco Capitulari Cathedralis Ecclesie Streng-  
 „nensis, in mei Notarii Publici testiumque infrascriptorum pre-  
 „sencia constitutus, produxit in medium, ostendit et ad manus  
 „meas legendam tradidit quendam *litteram protectoriam* de per-  
 „gameno, nobilium virorum, Dominorum Consiliariorum regni  
 „Svecie, Dapiferi, Marscalci, Militum, Militarum et Armigerorum,  
 „de quibus infra fit mencio, eorumque veris, sanis, illesis et in-  
 „tegris *XLVI sigillis* impendentibus roboratam et signatam, non  
 „abrasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte suspectam,  
 „super juribus et legibus, privilegiis, libertatibus et immunitati-  
 „bus Ecclesiarum Cathedralium et parrochialium, aliorumque  
 „quorumcunque spiritualium locorum, nec non et Archiepiscopi,  
 „Episcoporum, Prelatorum, Capitulorum, totius cleri secularis et  
 „regularis utriusque sexus, ac ecclesiasticarum personarum regni  
 „Svecie; cujus tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

„In nomine Domini amen. Universis et singulis, ad quo-  
 „rum noticiam presens scriptum pervenerit, *Christiernus Niclisson,*  
 „*Miles et Dapifer regni Svecie, Gotzscalculus Bentzson, Nicolaus*  
 „*Eringislason, Boecius Stenson, Gotzstaus Algotzson, Broderus*  
 „*Suenson, Milites; Karolus Knutzson* Marscallus, *Niclavus Jönis-*  
 „*son, Benedictus Jönisson, Karolus Ormsson, Karulus Bonde, Ka-*  
 „*nutus Jowanson, Benedictus Udson, Ericus Puke, Benedictus Gotz-*  
 „*scalkson, Nicolaus Stenson, Karolus Cristiernson, Mathias Ödh-*  
 „*gislason, Boecius Knutson, Olavus Ragvaldson, Gregorius Ma-*  
 „*gnusson, Magnus Gren, Eringislo Niclisson, Johannes Karlson,*  
 „*Birgerus Trwlde, Otto Ulfson, Nicolaus Plata, Johannes Gädda,*  
 „*Henricus Swerdh, Benedictus Ludekason, Suno Swanson (Sun-*  
 „*son), Nicolaus Olafson, Gotzstaus Ulfsson, Gotzstaus Sture,*  
 „*Thwre Stenson, Ericus Thureson, Ericus Stenson, Faderus Ulf-*  
 „*son, Haraldus Stenson, Holmstaus Jowanson, Albertus Peccatell,*  
 „*Ericus Jönisson, Karolus Magnusson, Haraldh Ulfsson, Ragval-*  
 „*dus Magnusson, Nicolaus Krok, Gregorius Niclisson, Magnus Piik,*  
 „*Laurencius Snakenborg, Sten Päderson,* Armigeri, ejusdem regni  
 „*Consilarii et Homines*, salutem in Domino sempiternam. Ad  
 „futuram rei memoriam, omniumque et singulorum quorum in-  
 „terest, aut quomodolibet in futurum interesse poterit, deducere  
 „cupimus noticiam per presentes, Quod quia de omnipotentis Dei  
 „singulari et infallibili ordinatione et gracia speciali Regnum  
 „Svecie cum suis omnibus inhabitatoribus, spiritualibus et secu-



non *Legiferis* aliisque viris majoris, per haec tempora, in

„laribus, ad hoc devenerant, quod in posterum poterint et debeant  
 „suis iuribus et legibus, privilegiis et libertatibus ac antiquis  
 „laudabilibus consuetudinibus uti pariter et gaudere, prout in  
 „littera placitacionis inter serenissimum Principem, Dominum no-  
 „strum generosum, Dominum *Ericum* Dei gracia Regem Svecie,  
 „Dacie, Norvegie, Ducemque Pomeranie, ex una, et nos ex parte  
 „regni ex altera partibus, prima die Septembris anni presentis  
 „facte Calmarnie, et auctoritate sacrosancti generalis Concilii  
 „Basiliensis, per venerandum Patrem, Dominum Nicolaum, Epi-  
 „scopum Wexionensem, potestatem specialem desuper habentem,  
 „confirmate plenius continetur. Hinc nos pro nobis et nostris  
 „successoribus bona et immobili fide promittimus et in futurum  
 „absque contradiccione et dolo malo firmiter observari volumus,  
 „quod ecclesie cathedrales et parrochiales, Monasteria, Capelle,  
 „Hospitalia et alia quecunque spiritualia loca, Archiepiscopi, Pre-  
 „lati, Capitula et totus clerus, secularis et regularis, utriusque  
 „sexus, regni Svecie, suis eciam iuribus, privilegiis libertatibus  
 „et immunitatibus, cum omnibus eorum colonis, hominibus et  
 „seruitoribus, coloniis, bonis et possessionibus, mobilibus et im-  
 „mobilibus, libere frui et gaudere valeant, juxta formam, modum  
 „et tenorem eorundem iurium, legum, privilegiorum et libertatum,  
 „in omnibus suis articulis nullo dempto, prout ea ipsis a san-  
 „ctissimis Romanis Pontificibus, Catholicis Regibus, aliisque po-  
 „tentibus Magnatibus et Ducibus data et concessa sunt usque ad  
 „presentem diem, et in futurum, auctore Domino concedentur.  
 „Quorum tenores omnes et singulos, cum omnibus suis clausulis,  
 „hic habere volumus pro expressis. Hanc autem nostram appro-  
 „bacionem et ratihacionem pro nobis et nostris successoribus  
 „et heredibus adiicimus, et quantum in nobis et in ipsis est, in  
 „perpetuum inviolabiliter observari volumus, nec in aliquo con-  
 „traire: ad laudem et honorem omnipotentis Dei sueque gloriose  
 „Matris, et specialiter Patronorum hujus regni, ad exaltacionem  
 „orthodoxorum fidei, nec non ad bonum et tranquillum statum  
 „tam ecclesiarum quam ecelesiasticarum personarum, ut eo libe-  
 „rius et deuocius quo quociens, divino cultui velint et valeant  
 „inservire. Et si, quod absit, quisquam cujuscunque status aut  
 „condicionis existeret, qui dictos ecclesiam, prelatos et clerum,  
 „cum eorum supradictis attinenciis, in eorum iuribus, legibus,  
 „privilegiis, libertatibus et immunitatibus, molestare aut pertur-  
 „bare presumeret, hujusmodi perturbatoribus et molestatoribus  
 „nos pro viribus efficaciter et fideliter opponere et resistere vo-  
 „lumus, et tales nos in eorum exhibere perturbacione, quales



„ipsos affectamus, si nos in nostris juribus, legibus, privilegiis, „libertatibus et bonis regni consuetudinibus a quoquam contin- „geret molestari. Et merito, cum Ecclesia, Prelati et Clerus „sepedicti nobiscum hactenus ad hoc fideliter pro extremis eo- „rum viribus cooperati sint, quod regnum et nos seculares ad „usum Privilegiorum et libertatum nostrarum pervenimus, quibus „longo jam tempore superiorum violencia fuimus destituti. In „cujus rei firmitatem et majorem evidenciam Sigilla nostra pre- „sentibus duximus appendenda. Datum Sudercopie, anno Domini „MCDXXXVI, quinta die mensis Octobris“.

„Post quas quidem produccionem, ostensionem, tradicionem „atque diligentem mei ejusdem examinacionem, requisivit me idem „venerandus Dominus Prepositus supradictus, *nomine suo et tocius* „*Capituli Aboensis*, quatenus sibi super hiis omnibus et singulis „unum vel plura conficerem instrumentum publicum seu publica „instrumenta. Acta sunt hec anno Domini, Indiccione, die men- „sis, hora diei et Pontificatu prout supra continetur: presentibus „ibidem venerandis viris Dominis *Birgero Hammar* et Magistro „*Michaele*, Canonicis Strengenensibus, testibus ad premissa vo- „catis specialiter et rogatis.“

„Et quia ego *Andreas Petri*, Clericus Strengenensis Dyo- „cesis, *publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius*, predictae „littere produccioni, ostensioni, leccioni ac examinacioni presens „interfui, una cum testibus prenominatis, eaque ut premittitur „fieri vidi et audivi, Ideoque hoc publicum instrumentum propria „manu scriptum exinde confeci, signoque et nomine meis solitis „signavi in fidem et testimonium firmiter omnium premissorum.“

Infra, in imo paginae scriptum est: „Promittunt et obli- „gant se Consiliarii ad defendendum ecclesiam, personas eccle- „siasticas, jura et libertates ecclesiasticas. In Sudhercopia.“

Conferenti facile patebit, non parvam libertatem in hoc mo- „numento exhibendo *Johannem Magnum* sibi sumsisse, aut apo- „grapho usum fuisse admodum corrupto. Ex loco autem a Nobil. LAGERBRING l. c. not. \*\*) adducto colligere licet, illud quo ipse usus est, exemplum, cum nostro accuratius consensisse.

Alterum Instrumentum, recisis iis quae a Notario Publico, similibus plane ac in superiori quod attulimus, formulis prae- „mittuntur et subjiciuntur, hujusmodi est tenoris: „In nomine Do- „mini Amen. Anno a natiuitate ejusdem Millesimo quadringen- „tesimo quadregesimo primo, Pontificatus sanctissimi in Christo „patris et Domini, Domini *Felicis*, Diuina prouidencia Pape quinti „anno secundo, Indiccione quarta, decima quarta die mensis Se- „ptembris, puta exaltacionis sancte crucis, post coronacionem in „regno Suecie Illustrissimi Principis Domini *Cristoferi*, Dei gra-

„cia Regnorum *Suecie et Dacie Regis, Comitis Palatini Reni et Ducis Bauarie, sub inchoacione summe Misse, in summo choro Cathedralis ecclesie Upsalensis, fuerunt quamplures regnorum supradictorum nobiles Milites concreati: quibus ante lectum fuit Juramentum infrascriptum in Svecico sive Danico, per venerandum in Christo patrem Dominum Thomam, Episcopum Strengennensem; omnes vero Milites creandi jurauerunt per viuentem in secula, erectis in celum manibus, se infrascriptum juramentum in forma inuiolabiliter in perpetuum seruatuuros, juxta eorum vires et ultimas facultates. Cujus juramenti tenor sequitur in hiis verbis: *Jach bidher mik swa Gud hullan, Jomfru Mariam, Sancte Erich oc Sancte Knut, at jac vil epter min yterste machth, met liiff och godz beskerma the helga cristnä tro oc euangelium, oc halla oc wäria Kirkiona oc henna tjänara vid sina frihet och frülse, standa moth oräth, och störkia fridh oc rüth, oc beskerma fadherlöös och modherlöös barn, Jomfrwr, änkior och armt folk; och vara trygger och tro minom Konungh och mino rike, oc rätfärligha halla oc öwa mith riddarseap Gudi til henders, epter mine büzste formagho, swa hjelpp mik Gudh. Specialiter autem Dominus Ericus Niclisson, Miles de Thym (?), interrogavit singulariter singulos ante suscepcionem milicie et gladii vibrationem, an suprascriptum juramentum in forma seruare vellent? Quod iterato tunc prestiterunt, et facere pro viribus promiserunt. Et quia juramento sic solenniter facto Militum tunc creatorum ego presens interfui, requisiverunt me Notarium Publicum reuerendissimi in Christo patres Domini *Thomas Strengenensis, Ulricus Arosiensis*“ (Aarhusiensis?), „*Torlanus Wibergensis* et Magnus Aboensis, Dei gracia Ecclesiarum Episcopi, in presencia testium infrascriptorum, ut eis super hujusmodi sacramento Militum protunc facto conficerem unum vel plura instrumentum publicum seu publica instrumenta. Actum sive factum fuit juramentum supradictum anno Domini, Pontificatu, Indiccione, mense, die mensis, hora diei et loco quibus supra. Et ego requisitus ut prefertur, presentibus venerandis viris Domino *Erico Birgeri* Decano Strengenensi, et *Christoforo* Scholastico Upsalensi, *Sacre Theologie Doctore eximio*, ad mei requisicionem vocatis testibus specialiter et rogatis.“ (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 29 sq.). Meminit hujus monumenti, cujus notitiam sibi a Nob. PERINGSKÖLD, in Literis, exhibitam fuisse significat, Nob. GUST. ADLERFELT, *Disp. de Ordinibus Equestribus* (Praes. PET. LAGERLÖF, Ups. 1696) p. 55, ac formulam ipsam Juramenti inde adfert p. 57, hinc repetitam a Nobil. HENR. ROSENSTIERNA *Disp. de Ordinum Equestrium in Svecia usu* (Praes. OL. CELSIO, Ups. 1748) p. 37.**



Republica Civili dignitatis, ad vitam *Magni III* Episcopi, quaedam addemus <sup>112</sup>).

#### VICECIMUS.

D. MAGNUS *Nicolai de Särkilax* z), hujus nominis tertius, ex generosis parentibus Paroeciae Töfssal natus <sup>79</sup>, et Magister Parisiensis. Hic fuit vir magnae severitatis et constantiae, atque morum gravitate praeclarus. Eligitur concorditer in Episcopum Aboëensem, videlicet per viam scrutinii a), ex Praepositura ibidem,

Quando caeterum in Svecia adoptatus primum sit mos, satis ille absurdus, *Publicos Imperiali Auctoritate Notarios* ad fidem literarum apographarum firmandam adhibendi, mihi non constat. In Fennia ad medium fere seculi XV ignotus fuisse videtur; certe nullum ejus in *Registro Eccles. Aboënsis* antea occurrit vestigium. Fidem apographorum testatam contra videmus ab Episcopis, Capitulo, Legiferis, Praefectis, uno vel pluribus, Magistratu Urbico etc. Prima *Notarii Publici Imperialis* mentio in literis a. 1390 habetur, ad causam Padisensem spectantibus; sed illae in Estonia dabantur. Primum domesticum exemplum praebet *vidisse* a. 1434 hic Aboae, in forma solenni et diligenti, pro more, editum a *Petro Olavi*, presbytero Curato in *Corpo* (paroecia insulari Fenniae), *Clerico Dyocesis Upsalensis, publico Imperiali Auctoritate Notario*. Superest etiam unum a. 1454 itidem Aboae editum a *Martino Lesken, Clerico Wladislaviensi*: adeo ut appareat, hujusmodi Notariorum testimonia avide fuisse expetita!

<sup>112</sup>) De aucto sensim, quo tempore Episc. *Olavus* et *Conradus* sederunt, Ecclesiarum ruralium per Finlandiam numero, supra quaedam attulimus (p. 502 sq. not. 32): quibus addimus, hoc aevo non modo paroeciarum mentionem jam occurrere *Äffra* (*Eura*) Satacundiae et *Pyttis* Nylandiae (a. 1452), nec non *Hollola* et *Janakkala* Tavastiae (a. 1483); sed etiam Capellarum *Kiula* (hodie paroeciae Satacundiae) et *Tyrwendö* in paroecia *Hattula* Tavastiae, a. 1455.

z) Villa Paroeciae *Töfssala*. a) A. ex (recentiore manu supra scriptum est *in*) *via scrutinii*.



anno D:ni 1489, 16. Cal. Aprilis, et anno sequenti, (die) Joannis Baptistae, Upsaliae consecratur. Hic apud magnates Regni magnae existimationis extitit *b)*. Circa regimen *c)* Ecclesiae suae diligens fuit, et pro reformatione Cleri multum laboravit; multa quoque adversa, pro libertate Cleri atque Ecclesiae tuenda, sustinuit <sup>80</sup>. Erga pauperes misericordiam exercuit, eleemosynam ipsis propriis manibus frequenter largiendo. Ejus tempore Rutheni Careliam totam, superiorem Tavastiam, atque partem Nylandiae usque ad *d)* Pyttis *e)*, inclusive *f)*, totaliter exusserunt. Idque factum anno D:ni 1496 *g)*, prima hyeme; cum autumno superiori profligati fuissent ab oppugnatione civitatis Wiburgensis, die S. Andreae Apostoli, consilio et opera *h)* Canuti Posa *i)*, qui obsidionem Wiburgiae *k)* pertulit a feriis divi Matthaei Evangelistae ad ferias Andreae <sup>81</sup>. Hic statim post consecrationem suam, duas praelaturas, videlicet Diaconatum et Archidiaconatum *l)*, in Ecclesia Aboënsi reparavit et adauxit *m)*. Hic mensam communem inchoavit, et ceteras *n)* Canonias instauravit. Canonicos etiam *o)* ad personaliter residendum *p)* induxit <sup>82</sup>. Memoriam Corporis Christi et beatæ Mariae virginis in medio pavi-

---

*b)* A. *existit*. *c)* A. *regionem*, a prima manu; male. *d)* in M. et N. *e)* N. *Pictis*, vitiose. *f)* A. *inclusionem*, a prima manu. *g)* A. supra scriptum habet 1486. *h)* A. *opere*. *i)* M. *Þåse utrobique*. *k)* A. a prima manu *in obsidione Wiburgiae*. *l)* A. *Diaconum et Archidiaconum* a prima manu. *m)* M. *ad-junxit*. *n)* A. *alteras*, a prima manu. *o)* A. *omittit*. *p)* A. *resedendum*.

mento *q*) decantari voluit. Hic sacellum Omnium Sanctorum bonis praedialibus magnifice dotavit, et ornamentis ac dotalibus preciosis decoravit, quod in tempore Praepositurae suae impensis Ecclesiae fecit erigi. Lapidem etiam aeneum ad chorum Corporis Christi, de Flandria afferri curavit, et supra sepulchra duorum Episcoporum, videlicet *Magni* et *Olavi*, collocavit <sup>83</sup>. Sedit autem annis decem, minus sex diebus, et moritur Abo in domo Episcopali, ipso die b. Gregorii Papae, anno D:ni 1500, tempore Jubilaei, et sepultus est in sacello Omnium Sanctorum, ante altare S. Salvatoris. Eodem anno, die Annunciationis Mariae, moritur famosus Vasallus Canutus Pösa, rebus bellicis strenuus, in consiliis sagacissimus, et ejusdem D. *Magni* amicus sincerissimus; quare et *r*) in morte non sunt separati <sup>84</sup>.

### Notae Editoris.

79. Pater scilicet suus fuit *Nicolaus Olavi (Stiernkors)* de *Sürkilax* (villa nobili parociae Töfsala), Senator Regni; de quo cfr. Nobb. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* P. II, L. V, C. 2 (in *Folius Hebd. Aboëns.* a. 1785 Append. p. 188 sq.) et UGGLA (sive verius Illustr. Baro SHERING ROSENHANE, Reg. Cancellariae Consiliarius, cujus singulari diligentiae et in his rebus peritiae partem III operis utilissimi totam debemus) *Sv. R. Råds-Längd*, III Afdeln. N:o 501. Ex gente *Stiernkorssiorum*, non *Carpelanorum* (quod male asserunt HALLENIUS, *Wirmoënsis Territ. Memorab.* P. Pr. p. 70, RHYZELIUS <sup>1</sup>) Episcoposc. p. 388, alii) Episcopum

*q*) N. pavimenti. *r*) A. ut.

<sup>1</sup>) [Hic tamen postea errorem ipse in Annotationibus ad *Episcoposcopiam* suam P. II p. 150 sq. agnovit et correxit. Ve-

nostrum ortum duxisse, recte monuit jam VON STIERNMAN *Annott. ad P. NIGRI Hist. Episcopor. Aros.* p. 87, aliique postea demonstrarunt: cfr. illustr. ROSENHANE l. c. N:o 653, qui non improbabilem erroris causam in prisca Insignium Gentilitiorum familiae utriusque similitudine quaerit <sup>2)</sup>. — Magna in his oris auctoritate *Nicolaum Olai* floruisse, vel inde liquet, quod in *Summo Finlandiae Tribunali, Rådetsrätten*, (vid supra p. 452 sqq.) partes Praesidis (Judicis Regii) haud raro, inter a. 1415-1446 egisse reperitur (*Reg. Eccles. Ab. Fol.* 166 sq., 110, 148, 93, 271, 94, 126; cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1784, N:o 46, et a. 1785 *Append. p.* 56, 63, 69). Quod autem in Sententia Judiciali, hujus Tribunalis a. 1415 perscripta vocatur *Riddare* <sup>3)</sup>, *Eques Auratus*, sine dubio vitium est librarii: hac enim dignitate ornatum non fuisse, constat, neque illo postea honoris titulo unquam usum esse reperimus, sed nomini suo semper adjunxisse *Särkilar* <sup>4)</sup>; ex qua formula male lecta illud *Riddare* ortum fuisse, non dubitamus. Matrem Episcopi nostri *Elin* (*Helenam?*) *Tavast*, neptem ex fratre (*Nicolao*) fuisse Episcopi

---

rum, quod ibidem dicit nomen matris Episcopi fuisse *Elisabetham Nicolai, Tavast*, male addit: nisi ostendi queat, Suecanum illud *Elin* hoc potius nomen, quam *Helenam*, significare?]

<sup>2)</sup> Colores quibus haec arma in exemplo Missalis Aboënsis quod Bibliotheca Acad. possidet pinguntur (supra p. 517) veros non esse, ex collatis insignibus gentis *Stiernkorssianae* apud Nob. CARLSKÖLD (*Sv. R. Riddersk. och Adels Wapenbok* pag. 2, N:o 36, Nobb.) facile colligitur. — Utrum *Olavus* ille de *Särkilax*, qui in literis quibusdam Judicialibus a. 1417 nominatur, vel *Avus* vel *frater* Episcopi nostri fuerit, existimare non possumus (*Reg. Eccles. Ab. Fol.* 111 fin.).

<sup>3)</sup> Cfr. supra p. 454 not. 114.

<sup>4)</sup> Idque filium etiam, Episcopum *Magnum* fecisse, constat: cfr. supra p. 425. In literis Coenobii Nådendalensis vocari *Magnum Nicolai de Serkilax Archipraepositum Aboënsem* (*Magnus Nielsson af Särkilax Domprouest i Åbo*) annotavit Ampliss. HELIN, ac in Sigillo appenso legi: *S. Magni Nicolai Presbyteri*, cum armis gentilitiis familiae *Stiernkorssianae*; literas autem datas esse d. 1 Maj a. 1468, indicavit. [Hae literae inter *Coenobii Nådendalensis* illas supersunt.]



*Magni II*, Auctores consentiunt: de qua re nostra monumenta nihil produnt <sup>5)</sup>.

Post absoluta Parisiis studia <sup>6)</sup>, unde nomen honoremque Magistri reportavit, *Canonicum* Ecclesiae Aboënsis creatum fuisse, reperimus <sup>7)</sup>; indeque ad dignitatem *Praepositurae* evectus, ultra XX annos accurate ei praefuit <sup>8)</sup>. Quo tempore rerum quoque civilium patriae haud nullam gessisse curam, vel legatio (de qua supra p. 539 not. 91 commemoravimus) in Sveciam, una cum *Erico Axelii* (*Tott*) aliisque compluribus harum regionum incolis, pro implorando

<sup>5)</sup> Commemoratur tantum in literis Episc. *Conradi* datis a. 1488 (d. 5 Aprilis) Fundus atque Domus *Omnium Sanctorum*, in urbe Aboënsi, ad hoc altare atque chorum pertinens (eis donata a matrona *Helena de Serkilax* suisque haeredibus, („*Alle Gudz Helgone gord, som hustru Elin aff Serkilax och hünnes „ärvingia hade giffuit under alle Gudz helgone altare“*). *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 182 fin. Sacellum autem *Omnium Sanctorum* munificentia inprimis *Magni* nostri de *Särkilax* et conditum et ditatum fuisse, diserte Auctor noster testatur.

<sup>6)</sup> Egregie doctum, pro sui aevi ratione fuisse, etiam exemplo supra (p. 504 sqq. not.) allato illustratur.

<sup>7)</sup> Anno jam 1463, quo Rex *Christianus I* Finlandiam adiit, noster vocatur *Mester Magnus Nicolai, Canik i Abo ok helgelicams Prebendatus* (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 216 fin.). Cognationis jure commendatum ad hoc munus obtinendum fuisse, credere licet (cfr. supra p. 402 not.); quo adhuc a. 1465 functum esse reperimus (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 239 init.). Sine dubio idem fuit, quem Episc. *Conradus* a. 1464 ad R. *Carolus* misit legatum una cum *Petro* Curato in Saw (h. e. Sagu,) de negotiis ejus cum Rege acturos; licet in literis a D: no LAGERBRING editis (*Saml. af Handl. i Sv. Hist.* II D. p. 272) vocetur *Mester Magnus Nicon* (voce hac male lecta, pro *Nicolai*) var *Kanik*.

<sup>8)</sup> Nostra monumenta *Praepositum* fuisse *Aboënsem* annis 1467-1477, demonstrant (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 95, 231, 215 fin., 232, 138, 224). In literis a. 1470 vocatur „*Hederlighen Herre och velboren man Mester Magnus Nicolai, Domprouast j Abo*“ (l. c. Fol. 231). In scriptis autem Latinis ubique audit *Praepositus* Aboënsis. — RHYZELIUS a. 1465 *Praepositurae* dignitate auctum fuisse scribit (in vita nostri); quod improbable non videtur. Eo igitur anno mortuum fuisse *Henricum Frese*, credi debet?

contra Russorum saevitiam auxilio suscepta, indicat. — Singularis autem atque in tota Svecia unicus est exempli <sup>9)</sup>, quod idem, nescio quam ob causam quibusve usus intercessoribus atque commendatoribus, ab Imperatore Germanico *Friderico III Sacri Lateranensis* <sup>10)</sup> *Palatii Comes*, una cum *successoribus* suis (Praepositis Aboënsibus) *in perpetuum*, fuit creatus. Cujus rei memoriam nobis conservavit exemplum ipsius Diplomatis in *Registro Ecclesiae Aboënsis* Fol. 267 sq. occurrens; unde typis expressum habetur in *Actis Literariis et Scientiarum Sveciae Anni 1733* p. 46-49. Observationes quaedam circa hoc Diploma cum expositione iurium *Comitibus* his *Palatinis* competentium, legi possunt cum in Diss. MARCHELII nuper laudata, §. VII sqq., tum in Diss. M. JOH. ARENII *de Praepositis Aboënsibus Comitibus quondam Palatinis*, quae hic Aboae a. 1772 (Praeside Cel. BILMARK) prodiit. Nos lectiones quasdam variantes, quae nobis apographum nostrum cum exemplo typis expresso conferentibus observatae sunt, subiecisse <sup>11)</sup> satis habebimus.

<sup>9)</sup> Vid. Disp. NIC. HENR. MARCHELII *de Comitibus Palatinis imperii Romano-Germanici* (Upsaliae a. 1741 Praeside Nobil. IHRE edit.) §. VI p. 15.

<sup>10)</sup> „*Lateranensis* dicuntur a Palatio ejus nominis, non quod *Romae* est, sed quod *Aquisgrani* fuit“. MARCHELIUS l. c. §. III p. 7 not. d.

<sup>11)</sup> *Act. Liter. Sveciae 1733* p. 46 lin. (Diplomatis) 4 *Marchie, Slavonie*, in nostro exemplo *Marchie Slavonice*; l. 5 *Pherreris et in Kuburgk Martisburgonie*, in nostro *Pherretis et in Kiburghk, Marchio Burgonie* (Burgouie, i. e. Burgauiae); l. 7 *Niclisson*, nostrum legit *Nicolai*; l. 12 *quo leg. quod*; l. 13 *indesinenter leg. indesinentius*; l. 15 post *subjectos* nostrum habet punctum (.) ; l. 16 post *prodeutes*, nonnisi comma (,) ; l. 17 *quam*, legit *quod*; l. 20 *perfunditur*, legit *profunditur*; l. 27 *decreta nostra strenua*, leg. *de certa nostra sciencia*. P. 47 lin. 2 *generosius*, leg. *graciosius*; l. 7 *fruiti*, male? ibid. *quomodo libet potuerint*, leg. *quomodolibet pociuntur*; l. 8 *quocunque*, legit *quoque*; l. 15 *calmariium*, legit *Calmaruem*; l. 21 *fiendis*, legit *faciendis* (sed deinde tamen *fienda* et *fiendi*, ut in impresso); ibid. *coram*, leg. *eorum*; l. 29 *tentetur*, legit *tractetur*; p. 48 lin. 4 *simulacionis*, leg. *simulacione*; l. 17 *creandi per*, leg. *creandi*,



Temporis nota quo Diploma datum fuit, in veteri libro desideratur; adeoque accurate definiri nequit.

Ex Praepositura <sup>12)</sup> ad dignitatem Episcopalem a. 1489, 16 *Cal. Aprilis* (17 *Martii*), cum antecessor suus *crastino b. Gregorii Papae* (13 *Martii*) decessisset, concordi electione sublatum fuisse, quum disertis verbis Auctor noster doceat; nescio cur RHYZELIUS, MESSENI errorem (vel potius mendum in textu ejus, *Scand. T. X p. 22*) adoptans, *d. 1 Aprilis* praetulerit. Quo tempore grandem jam aetate fuisse, idem (RHYZELIUS) addit; vere, ut videtur? Nihil tamen Auctor noster tale. Quod non ante diem *Johannis Baptistae*, anni sequentis, consecraretur, ac confirmationem Papae interim sibi comparasset; in literis a. 1490 d. 8 Febr. (*Monedagh nest epter Quindelmesso*) datis, *Electus confirmatus j Abo* dicitur (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 277*).

Quae Auctor de laudibus Episcopi nostri, commemo-

---

*possunt per; l. 18 constituere, leg. conscribere; l. 27 manseros, leg. manseres; p. 49 lin. 14 derogare, leg. derogari; l. 20 igitur, leg. ergo; l. 23 quoquis, leg. quovis; l. 25 faciens quociens, leg. facientes tociens quociens; l. 26 mansuros, leg. incursuros; l. 27 imperiali, leg. imperialis; l. 29 present. leg. presentibus, ib. Sigillo, leg. sigilli; l. 30 litterarum: Dat. Gretz etc. legit litterarum datis Gretz etc.* Nemo non Apographi nostri (quod accuratae diligentiae ac peritiae D:ni Secretarii *Stechau* debetur) prae exemplo impresso praestantiam in plerisque saltem his lectionibus, facile agnoscat! — Singularis autem generis obligatio et officium cuique videbitur, credo, Notariis Publicis in *Finlandia* ab homine Fennone creandis imponendum, *quod erunt* (ut verba Imperatoris sonant) *nobis et sacro Romano imperio et omnibus successoribus nostris Romanorum Imperatoribus et Regibus legitime intransibus fideles, nec unquam erunt in consiliis ubi periculum nostrum tentetur* (s. tractetur), *sed bonum nostrum et salutem nostram defendent et promovebunt, dampna nostra pro sua possibilitate evitabunt et avertent.* Sed nondum ex animis hominum mira de suprema quadam Imperatoris Romani in omnem Remp. Christianam auctoritate, opinio evanuerat!

<sup>12)</sup> Qua decedens a. 1490, Inventarium et praediorum et rerum reliquarum ad eam pertinentium confecit diligens, in *Reg. Eccles. Ab. Fol. 266 sq.* legendum.



rat, in dubium vocandi causam non habemus; licet facta specialia, eadem confirmantia, nec ille adferat, nec aliunde nobis innotuerint.

80. Quae noster *adversa pro libertate Cleri atque Ecclesiae tuenda sustinuerit*, penitus ignoramus. Neque existimare possumus, a quibus, brevi illo tempore quo Ecclesiae Fennicae praefuit, haec infestari potuerit? Num sensim exoriens Cleri atque Hierarchiae invidia, ex impotenti Praelatorum dominandi libidine reliquisque malis Clericorum moribus (de quibus *reformandis*, emendationis igitur indigis, nostrum *multum laborasse*, Auctor indicat) enata (cfr. etiam supra p. 505 not.), Nobiliumque et inprimis Magnatum secularium invalescens quotidie licentia, superbia et violentia (ex frequentibus exemplis, quae hoc aevum exhibet, gratuiti hospitii jurium, vi et armis etiam Clero, spretis privilegiis suis, extortorum, *Wäldgästningar*, satis manifesta); num haec, inquam, mala, Episcopo nostro obicem iis ponere conanti clerique sui jura atque libertates tuituro, molestias ac injurias ab hujusmodi latronibus pepererunt? Non liquet.

81. De hoc *bello Russico*, infra, inter res hujus aetatis civiles, ex instituto disputabimus.

Episcopi nostri in *Ecclesiam* suam merita porro expensuris, primum se offert quod Auctor dicit eum *duas Praelaturas, videlicet Diaconatum* (ita omnes nostri Codices pertinaci consensu legunt) *et Archidiaconatum in Ecclesia Aboënsi reparasse et adauxisse*. Ac quod ad *Archidiaconatum* quidem attinet, fieri omnino potuit, ut noster eum novis atque locupletioribus ornaret redditibus: nam quibusdam circa haec tempora auctum praediis atque commodis reperimus (vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 219 sq.) quorum superior non existit memoria; licet literae ipsae hujusmodi donationem attingentes, nullae supersint, cum contra tempore successoris sui Episc. *Laurentii*, magno hanc dignitatem ornatam fuisse reddituum incremento, monumenta testentur: de quo infra. *Diaconatus* autem factam a nostro *reparationem* (sive *institutionem*, sive *amplificationem* et largiorem dotationem?) quomodo intelligere debeamus; plane nescimus. Inter *Prae-*

*laturas* enim, (h. e. Dignitates Ecclesiasticas majoris auctoritatis atque eminentiae,) munus *Diaconi* referri qui potest? Cum *Praepositum* contra atque *Archidiaconum* ita reliquis Canonicis praeeminuisse reperiamus, ut hi, respectu ad illos habito, *Canonici inferiores* appellarentur: (cfr. supra p. 506 not). Ac *Archidiaconatus* Auctori etiam nostro *Praelatura* audit, p. 334; quod igitur de *Praepositura* multo etiam magis valet. Deinde *Diaconi* hujusmodi inter Canonicos vel Capitulares nulla usquam mentio postea occurrit. Contra autem *Decani* (de qua dignitate, quando et a quo instituta fuerit, nullibi proditum invenimus) infra aliquoties mentio injicitur. Quare ad rationem MESSENIi amplectendam animus valde inclinatur, qui, loco nostro, pro *Diaconatu* *Decanatum* legisse videtur (in quibus vocibus, imprimis per abbreviaturam scriptis, facilis fuit aberratio legentium); quem more suo secutus est RHYZELIUS<sup>13</sup>). In Upsaliensi quidem Ecclesia *Decanatum* unam ex dignitatibus suis fuisse primariis, satis constat<sup>14</sup>).

Quod ad *Mensam Communem*, ab Episcopo nostro, ut Auctor habet, *inchoatam*, (unde porro a successoribus suis locupletatam et ornatam fuisse intelligitur,) attinet, hoc institutum MESSENIo, in *Chronico Episcoporum* audit *Convictus Canoniorum communis*; et *Scand.* T. X p. 22 idem scribit: „Circa 1498“ (ex conjectura) „Praesul Abogensis *mensam*

<sup>13</sup>) MESSENIUS, qui in *Chronico Episcoporum* reparatos a nostro *Diaconatum* et *Archidiaconatum* scribit (evidenti argumento, suum Chronici Juusteniani exemplar nostris prorsus fuisse consentiens), in *Scandia* (T. X p. 22) habet: „A. 1493 (sua ex conjectura) Episcopus Abogiae Magnus *Decanatu* *Instituto*, *Archidiaconatum* restituit.“ Quod suum esse interpretamentum, facile patet, haud licet incommodum: nisi quod *restitutio* Archidiaconatus (pro ejus amplificatione) innuere videtur quasi abolitum, aut certe labefactum, antea fuisse; quod falsum esse constat. Asserit tamen fidenter RHYZELIUS: „År 1493 upprettade han „Archidieknedömet, som tå var af sig kommit, och stichtade Decanaten.“

<sup>14</sup>) Cfr. vetus *Chronicon de Archiepiscopis et Sacerdotibus caeteris Ecclesiae Upsaliensis*, a SCHEFFERO edit. p. 164-172.



„ *suis Assessoribus communem, seu convictum, ordinat Canonicis*“. Nescio igitur unde RHYZELIUS hauserit, quod (ab illius auctoritate temere recedens) asserit: „inrettade han „et convictorium eller mensam communem, ett allment bord „för vicarier och Messeprester“ (Canonicis plane exclusis). Ut enim non negem, hoc beneficium etiam ad minores urbis sacerdotes pertinuisse, quod vel vulgare hujus instituti nomen, *Präste-Commune* <sup>15)</sup>, prodit; certum tamen est, ad *Canonicos* inprimis spectasse, sed ita, ut aliis quoque pauperibus, maxime ad ordinem ecclesiasticum quocunque modo pertinentibus, benigne prospiceretur <sup>16)</sup>. Pulcrum sane

<sup>15)</sup> Ita in variis audit literis ad res hujus instituti pertinentibus; cfr. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 270.

<sup>16)</sup> Tota res satis illustratur loco sequenti, quem ex Libro Rationum a Capitulo Aboënsi R. Gustavo I redditarum (quem aliquoties supra laudavimus) descriptum adponemus: „Smör aff „*Mustsäär* (Mustasaari) 2 tunnor; aff *Nerpis* 7 t:r, aff *Espo* (Esbo) „6 t:r, aff *Korpo* 1 t:a. Thet Smöret var *Canickers samfelt smör*, „som fordom brukades i *Communit* till maat-smör, ther alle ginge „til bordz som thå sidvenie var, till middagz och affton maltiidh, „*Canicker*, *Koorprester* och gamble vanmechtige men och brödh- „lösse *Prester* her j *Abo* vore; ther och skiftes uth myckin al- „mose, mest fattighe *Degnär*“. Alio loco ibidem notatur de pecunia, quam Curati quidam annuatim pendere debebant (Curatus in *Hollola* 40 marcas, in *Kangasala* 6 marcas, in *Orivesi* 4 marcas; forte etiam ex aliis ecclesiis superius ibidem nominatis, 116 marcae in summa?): „Thesse fören:de penningar kommo fordom „til *Communes* bord til vin; och nu gå de til *Taxan*, och then „bär up them som ther til besynnerliga skickas, uppå alles „vegna“. Quibus mox subjungitur: „Thesse ford:ne penningar „kommer *Domkirkiens* vinkellaren till hielp, och stundom tages „noghet smör aff *Sysslomannen* ther till, som merkt är vidh „smör rentthem.“ *Rectorem Scholae Aboënsis* (qui simul plerumque erat *Canonicus*) *victum et expensas liberat* anno jam 1482, adeoque ante *Mensam Communem* fundatam, habuisse, supra p. 507 not. 35 didicimus. Ac non omnibus sacerdotibus omnino gratis hoc beneficium contigisse, ex sequentibus liquet literis: „Jak *Johan Durhake*, *Prebendatus* j *Abo*, bekennes oc „kwngör oc met thetta mijt öpne breffue fullelige tilstaar, at „jach met beradne modh oc god wille haffuer uplatid *Erlige*



in suo genere institutum, et temporum rationi admodum accommodatum.

*Caeteras quoque Canonias* Episcopum nostrum *instaurasse* Auctor addit, hoc est, ut nos interpretamur, redivitibus auxisse et ornasse. Rev. autem RHYZELIUS explicat largius: „samt märkeligen förökte Kanikernas både antal och vilkor“. Numerum *Canonicorum* auctum fuisse, vetera monumenta nullibi produnt, nec ullum ejus rei exstat vestigium. Praeter illos igitur IV *Canonicos*, quos primum constituit Episcopus *Catillus*, quibus II adjecit Episc. *Benedictus*, et rursus IV Episc. *Magnus* <sup>17)</sup>, ita ut essent numero X; alios postea accessisse non putamus. Adjunctis praeterea ab Episc. *Hemmingo Praepositura*, et ab Episc. *Berone Archidiaconatu*, numerus *Capitularium* ad XII excrevit <sup>18)</sup>; qui an per institutum *Decanatum* amplificatus fuerit, dubium videri potest: quod hunc nonnisi dignitatem majorem, novumque honoris nomen, uni *Canonicorum* priorum attulisse, *Canonicarum* vero aut etiam *Praebendarum* numerum non auxisse, credi queat <sup>19)</sup>?

---

„*Herrer oc gode men, Capitulum j Abo*, allan then deel mik är „tilsackt, för vitherligit geld, j then tomt oc gardh hustru Thole, „borgerske fordom i Abo aa säle omynnilse, haffde, liggende vidh „fägathan, for CLX marker; aff huilken summa jak haffuer up- „burit XX marker Svenska, oc for the CXL marker igen, saa „haffue for:de gode Herrer loffuat mik oc tilsagkt frij kosth oc „thernigh j *theris Commune* til myn liiffstiid, som mik hopes „the oc swa göre: Thy affhendher jac mik all then räath jac „haffuer til for:de tomt oc gordh, oc tilegnar for:de gode Herrer, „eller huart the them skickande warde til ewigh egha. Til yter- „mere visso oc bättre forwarningh trycker jac mit signet nedhan „för thetta breff, som giffuit oc scriffuit är Anno Domini MDVIII „pa Sancte Öriens dagh“. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 269; ubi inscriptio quae his literis praemittitur, *Mensam illam Communem* vocat: *Commune Canonicorum*.

<sup>17)</sup> Cfr. supra p. 147 sq., 178, 180, 370, 410.

<sup>18)</sup> Cfr. supra p. 207, 209 sq., 334, 346 sq., 408 sq.

<sup>19)</sup> Quod idem fere in Upsaliensi quoque Ecclesia evenisse, ostendit vetus *Chronicon* cit. (Ed. SCHEFFERI p. 165)? In Aboënsi certe Ecclesia Praebendam aliquam peculiarem huic muneri

82. Errorem hoc loco Auctori nostro obrepisse, atque hinc *Magno* Episcopo male tribui, quod antecessor suus *Conradus* jam fecerat; ex iis quae supra p. 508-513 adduximus, liquere putes? Si enim vel ita explicare hunc locum velis, ut repetiisse et severius inculcasse consilium ab antecessore suo initum dicas; obstat tamen huic rationi quod totius rei, in vita *Conradi*, nulla omnino ab Auctore facta sit mentio, quodque de parte Decimarum Ecclesiasticarum Pauperibus olim debitarum, Canonicis residentibus assignata, ne verbum quidem habeat: adeo ut non plenissimam de historia hujus consilii habuisse cognitionem videatur? Quod sane mireris! An *Magni*, tum Praepositi, consilio et opera, licet *Conrado* adhuc pedum Episcopale tenente, res perfecta fuit? Non constat. Cfr. supra p. 511 sqq.

De *Sacello Omnium Sanctorum*, quod hic Episcopus in tempore Praepositurae suae, impensis Ecclesiae fecit erigi, supra (p. 497) pauca diximus. Verba autem Auctoris aperte indicant, neque Episc. *Conradum*, neque *Magnum* suo sumtu illud construxisse; licet uterque benignum se in illo consilio urgendo atque adjuvando praestiterit: quod *Conradus*, (sub quo opus perfectum fuit, quique illud consecravit, et horas *Virginis Mariae* in hoc Sacello perpetuo decantandas instituit) *Parochialem Ecclesiam in Nummis* (probe Aboam) cum singulis obventionibus et redditibus Episcopalibus et Curati memoratae Capellae incorporavit <sup>20</sup>); *Magnus* vero (qui et auctor et effector operis fuerat praecipuus) illud et bonis

---

attributam haud fuisse, non modo ex defectu literarum quarumcunque idem commemorantium colligimus, qui in *Registro Eccles. Ab.* observatur; sed etiam inde, quod in Libro Rationum Capituli, saepe laudato, tempore reformatae apud nos Ecclesiae confecto, nulla omnino talis Praebendae fit mentio. Videtur itaque Decano nunc haec nunc illa Praebendarum antiquiorum (aliquando forte plures?) cessisse?

<sup>20</sup>) Cultum igitur Divinum in Ecclesia *Nummis* per constitutos *Vicarios* perpetuos postea celebratum fuisse, verisimile est: quales in *Rusko* fuisse, supra vidimus (p. 351 not.): cfr. etiam supra p. 209 not.



*praedialibus magnifice dotavit, et ornamentis ac dotalibus preciosis decoravit.* Quo magis mirum obvenit, quod hanc Episcopi nostri curam atque liberalitatem prorsus silet Rev. RHYZELIUS (in vita ejus); qui de *Conradi* quoque consilio minus commode memorat <sup>21)</sup>. Anno 1471 Capellam hanc (sive Sacellum hocce) fuisse perfectum, ex annotatione *Petri Petri* supra (p. 548 not. 108) allata didicimus: unde intelligitur, male MESSENIUM hoc opus ad a. demum 1476 retulisse (*Scand. T. X p. 21*). Aliorum etiam (amicorum suorum) liberalitatem huic suo consilio subvenisse, reperimus <sup>22)</sup>. —

---

<sup>21)</sup> De Episcopo nempe *Conrado* scribit: „Han tilsatte ock „vissa *Sångare* som alla dagar skulle siunga *Jungfru-Mariae honoras Canonicas*, förordnandes them til årliget underhåll the vanliga Pastoralier af Numis Sokn.“ Quam haec ab Auctoris nostri verbis ac testimonio abeant, facile quisque videt. MESSENIUS rectius significat, *Horas* illas canendas Episcopum instituisse in *Sacello quod fundaverat in Divorum omnium honorem*. Sed *praeter altare illius Sacelli, XII* alias *Ecclesiae Aboënsis aras* initiasse, male ibidem dicit; nisi XII mendum est typographicum, pro XI?

<sup>22)</sup> Inter literas quae ad Monasterium Nådendalense olim pertinuerunt, in Bibliotheca Regia Stockholmensi jam servatas, sequentes occurrunt: „I Herrans nampn Amen. Jach *Knuth* „*Posse* Väpnare och Höfvidsman på Kastilholm på thenna tijdh, „kennis och kungör, thät jak medh godhan vilia och beradno „modhe, medh mijne älskelige Huusfrues Brigittä Götzstafz dotters jaa, samptykkio och godvilia, hafver undt och gifvit och „medh thetta mit närvarandes opne bref unner och gifver, *alle* „*Helgone Capella* i Aabo Domkyrkio, Gudi till loff och ära, „Jomfru Mariae, sancte Jacob och alle helgona i hymmerrijke, „fore min och minne förältra siälegagn, til een evige messe „uppehelle i föreskrifna capella, alt mit köpe goodz i Talliala „by liggjande i Kalvola Sokn i Säxemäki häredhe. Ty afhender jak mik och minom arfvom, och allom androm, ähoo the „helst kunno vara, för:de godz, boo och boskap, medh huus och „tompt, aker och angh, skogh och skiul, uthmarker, fiskevatn och „äre-skogh, quarn och quarnestada, torp och torpestadha, och „medh alla andra tillagor och uthagor, thät thy nw tilhörör äller „af alder tilhört hafver, äller och upspörries kan, och tilegnar thet „för:de alle helgone Capelle till ewerdeliga ägo. Til meera visso „och vitnesbördh, bedher jagh ärliga och välbördiga män Gödeke



Non parum vero difficultatis nobis creat, quod hujus Capellae altarisque sui, praediorumque ac redituum ad illud pertinentium, non modo in Libro Rationum Capituli Aboënsis saepe nobis commemoratarum ac R. *Gustavo I* exhibitarum, nulla prorsus occurrat mentio (quasi omnino non existisset), sed etiam in *Registro Eccles. Aboënsis* praediorum ei donatorum, (de quibus tamen magnifice adeo Auctor noster loquitur), nulla fere notitia exhibeatur <sup>23</sup>). Quam

---

„Nielsson och Torsten Björnsson, Våpnere, at hängia theras in-cigle medh mine egne nidhan undher thätte breff, som skrivvat „och gifvet är i Abo anno D:ni Millesimo quadringentesimo no-„nagesimo quarto, in crastino passionis b. Henrici Episcopi et „Martiris.“ Exscripsimus has literas ex Apographo, cura ÖRN-„HJÄLMI olim (non maxima diligentia, inprimis quo ad veterem orthographiam) confecto, quod inter monumenta Reg. Academiae Histor. Antiquitt. et Literar. Humanior. servatur. Autographon in Regia Bibliotheca Stockh. reperiri putamus.

<sup>23</sup>) Adest quidem (Fol. 254) titulus, *Copie litterarum Capellam Omnium Sanctorum concernencium*. Sed nullae tamen tales reperiuntur literae, nisi illae quibus *Helvicus Stoltefoth* (cfr. supra p. 392 not. 20) anno jam 1418, adeoque longe ante hanc Capellam fundatam, Ecclesiae Cathedrali *ad ejus fabricam* (ut tum loquebantur, h. e. ad ipsum ejus aedificium exstruendum et reparandum) praedium suum *Ventiala* (Paroeciae Lundo) legaverat, quaeque eadem jam Fol. 124 descriptae habentur. Inscriptio tamen iis hujusmodi nunc praemittitur: „Littera Dona-„cionis D:ni Helnici super predio Ventila *pro altari Omnium „Sanctorum*. 1418:“ Forte huic altari postea tributum fuit, ob verba donatoris, quae eum tamen sensum non involvebant. Initium nempe litterarum tale est: „Fore allom them thetta breff „höre eller see, kennis jach *Heluich Stoltefoot*, Kirkiherre j „Töffuesala, met tesso myne opne breffue, at jak met godan „wilia och berodno modhe, epter myne vener och frender rodh „och samtickio, hauer vnt och giffuit och met allom räth upla-„tith j Gudz heder *oc alle Guds helgone*, oc sancti Henric, Dom-„kirkionne j Abo *tiil henne byggningh*, före myna föräldra siäla „och myna, alt myt Godz j Wentialaby i Lunda Sokn lighiande“ etc. Caeterum, cum toto deinde Folio (254) nullae aliae, prae-ter breves has literas, reperiantur; caeterarum descriptionem, impedimento aliquo interveniente abruptam fuisse, credas: unde lux uberior huic rei praerepta fuit. Domum tamen in Urbe ad

rem explicare haud valemus. Plura in dicto Sacello fuisse altaria, ex verbis Auctoris nostri fere colligas: „et sepultus „est (Episc. *Magnus III*) in Sacello Omnium Sanctorum, ante altare S. Salvatoris“? Sed nonnisi unius *Registrum Eccles. Ab.* meminit<sup>24</sup>).

83. Aperte Auctor noster *Lapidem aeneum* h. e. laminam sepulcralem aeneam (en Roppar plåt, en stiftwa af Roppar eller Metall<sup>25</sup>),) qua sepulcrum, lapidis loco tegetetur, ad *Chorum Corporis Christi, de Flandria afferri curasse, et supra sepulcra duorum Episcoporum, videlicet Magni (Tavast) et Olavi, collocasse*, testatur. Unde igitur hauserit suum thenstore Ropparstoden Rev. SPEGEL (*Svenska kyrko Hist. II Del. p. 397*, in vita nostri) expiscari non potuimus; quem temere, etsi meliora aliunde facile percipere licuit, contra concordem veterum auctoritatem sequitur Rev. RHYZELIUS, habens en föstbar Ropparstod. Jam a. 1466, cum adhuc esset *Praepositus*, *Magnum* nostrum hanc rem perfecisse, MESSENIUS dicit, *Scand. l. c.* (quem reliqui sequuntur), idque *sumtibus Cathedralae* (quod *impensis Ecclesiae Cathedralis* interpretantur) fecisse alibi (*Chron. Episcopor. in vita nostri*) addit; qua

---

hanc Capellam pertinuisse, sequentes literae testantur: „Vi Kort „med Gudz (nadh etc.) oc Capitulum ther sama stadz Kennomps „och Kungörom, at vj haffuom samtigh, fulbordat oc stadfast „the gordha och tompthe skipte, som giordh äro mellan *all Gudz „helgone altare*, Sancte Ericx altare oc Hans Guldsmedh j Abo, „swa at Hannus anamade tiil sigh sancte Ericx tompth pa hör- „net när hans gambla tompth, oc *han uploth all helgon then „tomptena* som ligger mellan hans gord oc *alle Gudz helgone „Stenhws*, som äre ---- bred, oc sancte Ericx altare beholle „*alle Gudz Helgone gord, som hustru Elin aff Serkilax och hän- „nes ärwingia hade giffuit under for:de alle Gudz helgone altare.* „Huilken tompth är ---- bredh och ---- upa längdhen. Tiil „mere visso och vitnisbyrdh latom vi hengia vort Secret nedhan „for thetta breff. Datum Abo anno D:ni MCDLXXX octavo, „prima die mensis Aprilis etc.“ (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 182*).

<sup>24</sup>) L. I. nuper c. c.

<sup>25</sup>) En Roppar=Häll non male MESSENIUS *Chron. Rhythm. Finl. p. 3*. Minus commode in *Chron. Episcopor. Cippum aeneum* vocat: *laminam vero aeneam recte Scand. T. X p. 20*.



de re utraque, nostra quidem monumenta nihil commemorant.

84. De *Canuto Posse*, viro summis in Patriam meritis clarissimo, cfr. VON STIERNMAN *Höfd. Minne* II Del. V. Bok. 4 Cap., VI B. I C., IX B. I C. (in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785 Append.* p. 214 sq. et p. 234; Cel. GJÖRWELL *Svenska Mercur.* a. 1757, mens. *Sept.* p. 271 sq.) [et FRID. WILH. RADLOFF *Beskrifning öfver Åland*]. Praefecturam *Castelholmensem* (s. Alandiae) a. 1466, 1484, et 1494 gessisse reperitur; *Croneburgensem* (s. Tavastiae) a. 1485, 1486 et 1487 <sup>26)</sup>: *Wiburgensem* a. 1483, in qua urbe a. quoque 1495 contra Russos defendenda egregiam praestitit operam. A. 1487 arcem Raseburgensem, quam vidua *Laurentii Axelii* (Tott) tenuit, expugnatam Regni Administratori (Stenoni Sture) restituit; cui etiam Gothlandiam occupaturo suppetias attulit <sup>27)</sup>. Inter Regni Senatores a. jam 1473 comparet <sup>28)</sup>, classi Armigerorum (Bäpnare) semper annumeratus, utpote qui Sturii constans amicus, ad Equestrem (Riddare) dignitatem nunquam pervenit <sup>29)</sup>. Inter res suas gestas nulla celebrior est clade Russorum, ab oppugnatione urbis Wiburgensis

<sup>26)</sup> Est quoque nobis ad manus *apograhon* Literarum *Olavi Johannis* (*Olaff Jönissons*) Judicis Territorii Säxmäkiensis, a. 1479 datarum, quibus scribendis adfuisse et Sigillum suum appendisse dicitur *Ärlig ok vällboren mann* Knwt Posse, *Hoffvitzman på Croneborgh*; nisi in anni nota error insit?

<sup>27)</sup> Vid. *Chron. Rhythm.* Majus p. 524, 525, 526. Nec dubium videri potest, quin expeditioni adfuerit, quam *Swanto Sture* contra Iwangorodiam a. 1496 suscepit. Cfr. l. c. p. 550. Ac in Praelio *Brunkebergensi* a. 1471 insignem praestitisse fortitudinem constat. OL. PETRI *Chr.* ad h. a.; cfr. V. DALIN *Svea Rikes Hist.* II Del. 18 Cap. 19 §. p. 779.

<sup>28)</sup> Vid. HADORPHII *Append.* ad *Chron. Rhythm.* p. 281. Anno jam 1470 hac dignitate auctum fuisse, ait Nob. UGGLA (*Svea Rikes Råds-Längd*) P. III N:o 612 p. 62.

<sup>29)</sup> Nisi inter multos illos Equites auratos locum forte invenit, quos R. *Johannem* a. 1497 creasse, constat? (Cfr. VON DALIN l. c. C. 19 §. 20 p. 836). Nulla enim monumenta, quae *Possii* nostri meminerint, ab eo tempore usque ad mortem suam nobis hactenus innotuerunt.



sua fortitudine et arte repulsorum; quod facinus multis mirabilibus auctum figmentis <sup>30)</sup>, Magicarum etiam artium infamiam ei, a posteritate credula, comparavit <sup>31)</sup>. Recte scilicet observarunt viri docti, nullam talium artium ab eo adhibitaram mentionem in monumentis coaevis fieri <sup>32)</sup>, sed fabulam insulsam multo post, ex fama plebeja ab hominibus superstitionis, credulis, ingenique obtusioris temere arrepta atque propagata, fuisse enatam <sup>33)</sup>. Non est improbabile, hostes, partim per turris partem bombardis discussam irrumpentes, partim in murum invadere scalis admotis conatos, casu turris a nostris incensae horumque resistendi callida audacia turbatos, terrore fuisse panico captos, ac effuse fugientes magnaue strage affectos, ipsos (ut et nostros) putasse, non sine coelesti ope contingere haec potuisse: unde apparitionum, iis temporibus plebi superstitionis saepe visarum aut

<sup>30)</sup> Cfr. BAHDE Diss. mox citandae p. 13-18; STIERNMAN *Höfd. Minne* II D. IX B. I C. in *Fol. Hebd. Ab. a. 1785, Append.* p. 235-239.

<sup>31)</sup> Cfr. Diss. M. ANTONII BAHDE de *Tonitru factitio Viburgensi*, Praeside Nobil. JOH. IHRE Ups. 1740 ventilatam, p. 7 sq.

<sup>32)</sup> Nihil hujusmodi habet *Chronicon Rhythm.* Majus, rem diligenter persequens, p. 541-544; nihil OLAUS PETRI *Chron.* ad a. 1495; nihil noster Episcopus *Magnus Nicolai* in Literis ad Archiep. *Jacobum Ulphonis* ap. v. STIERNMAN (*Tal om de Lärde Vetenskapers tilstånd i Svea rike under Hedendoms och Påfvedöms tiden*, p. 68 sq. not.). Cfr. BAHDE l. c. p. 9 sqq., v. DALIN l. c. §. 14 p. 823, et Anonymus qui Historiam Svec. Nobilissimi LAGERBRING continuare aggressus est (*Fortsättn. af Sven Lagerbring Svea Rikes Historia*) ad a. 1495 p. 63.

<sup>33)</sup> Qui aetatem et narrationes Auctorum qui de hoc facto egerunt, conferre voluerit, facile deprehendet, famam de magicis *Possii* artibus, ex plebeja et absurda traditione diu post ortam, versus finem seculi demum XVI in lucem prodiisse. Ad quam refutandam si argumenta adferre opus esset, vel hoc sufficeret, quod opinatus ille Magus non modo insignem liberalitatem erga ecclesiam Aboënsem demonstraverit, atque summis suae aetatis viris (inter hos *Stenoni* Pro-Regi) carus honoratusque fuerit, sed etiam, teste Auctore nostro (qui impense eundem laudat) *amicus sincerissimus* Episcopi *Magni*, viri pii ac *morum gravitate praeclari*.

fictarum, varie comminiscendarum locuples oblata fuit materies <sup>34</sup>). Neque tamen repugnabimus, si cuniculo pulvere pyrio impleto (Mina) turrim, cum hostibus illam occupantibus, fuisse disjectam, atque inde hos vehementer conterritos, quis docuerit? Caeterum insolitam atque mirabilem aliquam caussam, ad talem consternationem pariendam, non semper necessariam fuisse, Historia testatur <sup>35</sup>). Nimis au-

---

<sup>34</sup>) Auctor antiquissimus et gravissimus, Episcopus noster *Magnus Nicolai*, in literis nuper laudatis (Not. 32), datis a. 1496 *ex curia sua Korois ipso die Epiphaniae D:ni* (6 Jan.), visam ait Russis, *urbem expugnaturis, hanc plenam armatorum, licet praesidium Svecicum minime esset numerosum, ac sub coelo ignitam crucem b. Andreae*. Fortassis vel parhelio viso, vel cum summo mane (*Chron. Rhythm. ait arla morgon*) urbem aggressi sunt, aurorae boreali, hoc phantasma ortum debuit? Cumque dies esset Apostolo Andreae sacer, ejus crucem in illo agnoscere phaenomeno, difficile non fuit! Cui reliquas species, terrore excita phantasia, facile mox associavit. Vehementis illius fragoris, (*Wiborgska Smällen*) quem arte sua *Possium* excitasse recentiores tradunt, neque Episcopus, neque *Chronicon Rhythm.* (reliqua multis exponens p. 541-545) neque OLAUS PETRI l. c. ac ne MESSENIUS quidem in *Scandia* (T. IV p. 50, T. X p. 22) vel verbulo meminerunt; tantam rem, si de illa quidquam inaudivissent, haud facile silentio involuturi. Cfr. Anonymus continuator Historiae Lagerbringianae l. c. Caeterum literas Episcopi nostri, apud STIERNMANNUM l. c. foede corruptas (quod ipse alibi fateatur, cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 Append. p. 239), utpote ab homine descriptas in veteribus monumentis legendis et explicandis, ut apparet, prorsus imperito, infra legendas dabimus saniores et accuratius propositas.

<sup>35</sup>) Quamobrem eo minus necesse est, simplicem veterum narrationem conjecturis vel commentis quibuscunque augere; eoque nomine parum nobis placet ratio D:ni BAHDE, qui l. c. (p. 13) putat *antiquiores scriptores nonnullas reticuisse circumstantias, ut inveteratam magiae suspicionem ab illustri adeo persona averterent* etc.: quae non modo gratis asseruntur, sed etiam novum de *Magia Possii* figmentum, *inveteratae suspicionis* nomine, contra fidem veterum, ornant. Veremur etiam, ne quae de apparatu *Possii* Chemico ibidem (p. 8 et 21) dicuntur, ad fidem insulso eidem figmento foenerandam, postea confabricata sint? Quem magnum fuisse virum ac heroa, licet Chemicæ artis rudem, facile



tem aperte et nostris <sup>36)</sup> et Russorum monumentis <sup>37)</sup> repugnat Nobiliss. VON DALIN, qui (l. c. p. 823) vim pulveris pyrii, in reliquo septentrione hactenus parum notam, Russis plane incognitam fuisse asserens, inde rationem eventus hujusce deducit. — Praemii loco ob merita in patriam, cum

credere licet. Neque etiam, quibus testibus (scriptoribus veteribus atque idoneis) doceri queat, nobis quidem innotuit, *Possium* Academiam Parisinam ad perdiscendas liberales artes adiisse (BAHDE l. c. p. 7, et Diss. ADOLPHI FRID. KJELLIN *de statu rei literariae in Svecia per tempora unionis Calmariensis*, Lundae a. 1772 Praeside Nobil. LAGERBRING editae p. 20): quod consilium rarissime Optimatum filii, nisi qui Ecclesiae ministerio se addixerant, suscipiebant. Nec aliud quidquam, nisi studium posterorum, fidem qualemcumque rumori populari de arte *Possii* sive Magica sive Chemica comparandi, demonstrare nobis videtur conservatus diu in arce Viburgensi Lebes ille magnus, (sive muro arcis, ut alii tradunt, insertus), cfr. BADHE l. c. p. 21 et *Fol. Hebd. Ab.* l. c.: quem olim vel nitro excoquendo vel alii tali usui inservisse, utique credas.

<sup>36)</sup> Usus pulveris Pyrii in septentrione recentem non fuisse, ac in Svecia ante finem seculi XIV cognitum; tertio seculi XV decennio inter merces civium Stockholmicorum commemorari; eodem tempore bombardas (*Canoner*) ibidem fundi jam consuevisse, et circa medium seculi fabricatores pulveris tormentarii ibidem jam repertos fuisse; accurate docet Cel. MURBERG (*Annmärkningar om Krutets ålder och bruk*) in Actis R. Academiae Literar. Humanior. Hist. et Antiquitt. T. IV p. 329 sqq. Quin usum pulveris pyrii, sclopetorum et bombardarum, Russis adeo non fuisse incognitum, demonstrant cum Literae Magni Episcopi saepius laudatae, tum *Chronicon Rhythmicum* (l. c.), ut hujusmodi machinis et multis et magnis eosdem in ipsa hac oppugnatione urbis Viburgensis esse usos, expresse testentur: quod testimonium Auctoris coaevi (Chronici Rhythm.), erroris arguere haud debuerat Nob. V. DALIN (l. c. p. 824 Not. 10), qui ipse, ut hypothesi suae serviat, in vitio est manifesto.

<sup>37)</sup> Docet Cel. MÜLLER (*Sammlung Russischer Geschichte*, V Band p. 491) *Aristotelem Bonontensem* a. jam 1475 Muscoviae fuisse, ac Russos artem bombardas fundendi iisque utendi docuisse; quibus etiam a. 1482 contra Livonos usi sint. Sed ille, *Dalini* errorem corrigens, hujus tamen fide usum pulveris pyrii et bombardarum tum demum apud Svecos incepisse (serius sc. quam apud Russos?) asserit.



alias tum inprimis obsidionis hujusce Viburgensis tempore demonstrata, *Possio* nostro *Angermanniam* et territorium *Åsense* in *Westrogothia* <sup>38)</sup>, feudi jure a Senatu Regni concessa sunt. — Scriptores Russici parum et de obsidione hac et de toto bello a Johanne Basilide I. contra Svecos gesto, commemorant, ita ut ex iis nihil fere opis ad historiam ejus illustrandam haberi queat <sup>39)</sup>. Inter nostros autem auctores veteres, de tempore obsidionis et susceptae et finitae, dissensio quaedam levis intercedere videtur <sup>40)</sup>. — Annum mortis *Possii* nostri, JUUSTENI verba aperte produnt <sup>41)</sup>.

<sup>38)</sup> Non totam *Westrogothiam*, ut prodere videtur Anonymus continuator *Hist. Lagerbringianae* l. c. Concessum autem ei fuit hoc feudum (una cum praediis Coronae quae pater suus in Dalia *Westrogothiae* habuerat) ad dies vitae, haeredibusque suis proximis per annos XXX post ejus mortem. Vid. Litteras R. Senatus apud Dn. BAHDE l. c. p. 22 sq. Cfr. v. DALIN l. c. p. 824 et Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercurius* l. c.

<sup>39)</sup> Meminit Ill. MÜLLER l. c. atque maxime copias *Novogrodensium*, duce inter alios *Jacobo Zachariae* (*Sachariutsch*), imperatore magnae apud suos famae, jussu Magni Ducis, *Vibur-gum* oppugnasse, docet.

<sup>40)</sup> *A feriis divi Matthaei Evangelistae* (d. 21 Sept.) *ad ferias S. Andreae*, (d. 30 Nov.) *Possium obsidionem Viburgiae pertulisse*, Auctor noster diserte testatur; die demum *S. Andreae* ipsam illam vehementem *Russorum* impetum contra urbem factum esse (qua de re omnes consentiunt) innuens. *Chronicon Rhythmicum* *Russos*, post infelicem oppugnationis eventum, *nocte S. Barbarae* (d. 4 Dec.) inde fugisse narrat (p. 544). Literae autem *Episcopi Magni*, *obsidionem* illam *ante festum b. Annae*, *quod apud nos XVIII Kal. Januarii* (d. 15 Dec.) *celebratur*, fuisse *dissolutam*, asserunt. Quae conciliari ita fortassis poterunt, ut jam mense Septembri hostes urbem cingere atque comteatu privare inceperint (cfr. *Chr. Rhythm.* p. 236, 537, 538), sed praecipua oppugnationis vis in fine Novembris eruperit, cujus eventu infelici territi, *nec ulterius pugnandum esse decreverant*, *ymmo post hoc ad recedendum occulte se disponebant* (ut verba audiunt *Episcopi*). Quamobrem exercitus hostilis, *Olofsburgum* *invasurus*, die jam 4 Decembris, a *Wiburgo* recessit; parte tamen copiarum, ad urbem molestandam, in vicinia ejus relicta, donec in medio Decembris omnes tandem abirent?

<sup>41)</sup> Annum igitur (1500) et diem (25 Martii) quo *Canutus*

Caeterum amicitiam hujus herois cum Episcopo *Magno*, ab Auctore nostro celebratam, non modo liberalitati suae in Capellam ab hoc institutam (qua de re nuper, not. 22 commemoravimus) ansam dedisse, sed alia quoque benignitatis suae in Ecclesiam Aboënsē documenta peperisse, credi potest <sup>42</sup>): quem in his oris mortuum sepultumque fuisse, ex ipsis verbis JUUSTENI non absurde colligas <sup>43</sup>)?

---

*Posse* obiit, fide Auctoris nostri tuto definire potuisset Nobil. UGGLA l. c.

<sup>42</sup>) Reperimus eum Domum Ecclesiae Cathedrali in urbe Aboënsi donasse („Litzle vorefrw garden, som Kirken fick aff „*Knwt Posze*, liggendis ginmooth Gertrud Karwotaska pa Fäga-„tan“, in *Registro Eccles. Ab.* vocatur (Fol. 270), et *CXL Marcis* aestimatur).

<sup>43</sup>) Magnam praeterea in Finlandia vitae partem egit: cujus rei plura supersunt documenta. Inter quae memorabiles sunt Literae *Stenonis Sture*, datae a. 1485 d. 5 Aug. quibus testatur *Possium* non modo rationes accuratas reddidisse pecuniae 1000 Marcarum, quam pendere quotannis debebat, quamdiu *Tavasteburgum* cum sua ditione obtinuit, sed etiam reddituum ex Arcis Viburgensis ditione, quamdiu illam (antea) obtinuerat, percepturum. Etiam suis Literis Senatus R. eum liberavit omni accusatione et ratione porro reddenda munerum suorum publicorum, confirmans literas sibi antea datas (*Jomfruhamn* d. 9 Aug. ej. a.). Servantur in Bibliotheca Regia Stockholmensi. Ubi etiam vidisse habetur, a *Jacobo Petri* (*Jeppe Persson* Legifero Fenniae Australis (Vicario?) a. 1482 exaratum, literarum *Johannis Petri* (*Hans Pehrsson*) Judicis Territorii Hollolensis, quibus hic *Canutum Posse*, ex testimonio incolarum paroecias Tavasticas *Hauho* et *Tvulois* habitantium, omni culpa liberat caedis, cujus particeps fuisse arguebatur. — Obliti nuper fuimus significare (not. 33, 34, aut 35), putidos illos rumores, quos exemplari suo *Chronici Olai Petri* MS. versus finem seculi XV adscripsisse Pastorem Ecclesiae Stenby Ostrogothiae *Jonam Klint*, docet Nob. v. STIERNMAN (Vid. *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 236 sq. [de absurda hac narratione cfr. *Fol. Hebd. ER. EKHOLM*, inscripta *Svenska Fatburen*, IV Öpning N:o 21 p. 161 sqq.]), neque MESSENIO fuisse ignotos; e cujus Schedis *Sigfridum Aroneum* (*Forsium*) eosdem in vita Episcopi *Magni* (nostri) legendos exhibuisse testatur PALMSKÖLDIUS (*Archiv.* N:o XIV *Topogr.* T. LXI Carelen, p. 295), easdem nugas adferens, quas ex *Klintio* protulit (l. c.) STIERNMANNUS, atque



De toto hoc bello Russico, Finlandiae admodum funesto, multis agit *Chronicon Rhythmicum* Majus, p. 536-554 (HADORPHII *Append.* p. 343 sq., nec non Nobil. v. DALIN l. c. p. 812, 818 sq., 822-829). In vetustis quibusdam monumentis hoc bellum, ob diuturnitatem et vehementiam suam, nostratibus audit *Russicum bellum magnum*, in quo Episcopus etiam noster, ad patriam defendendam, et opem et curam laudabilem Reip. exhibuit<sup>44</sup>). An vero Administrator Regni *Steno Sture* omni culpa illius negligentius et segnius gesti, atque hinc permissae hostibus potestatis Fenniam crudelissime vastandi<sup>45</sup>), prorsus liberari possit, dubium videri

haec modo verba interserens: „Sjelfwa dhen Kettlen hwaruthi „smällen tillreddes, såsom ock et Köksswerdh, thermedh en Kock „skall hafwa många af Ryssarne nederlagt, wijses ännu i dagh „på Slåttet. Georg. Haveman de Wiburgo Oratio, edita Dorpati „1694.“ Vel illa de duplici urbis obsidione, a qua utraque *Possius* Russos artibus suis depulerit narratio, quam parum fidei rumor hiece mereatur, satis prodit. Ipse MESSENIUS contentus fuit, *Scondiae* T. X p. 22, scripsisse, Russos a Viburgo *per admirabile quoddam Canuti Posse Stratagema* fuisse depulsos; T. IV p. 50, *funesto sub turribus fumo excitato, plurimos hostium ex superioribus illarum tabulatis acriter pugnantes, suffocasse, fugasse, obsidioneque urbem liberasse*, dicit, *Chronici Rhythmi* narrationi simpliciter insistens, nullaque *fragoris* illius mentione injecta; in *Chronico* autem *Rhythm. Finn.* cum eadem fere adduxisset, haud insulse addit: *Thetta var Smällen i Wiborgh, som gjorde Ryssen sådan sorgh* (p. 41; cfr. *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 237).

<sup>44</sup>) Praeter eam quam supra laudatae Literae suae testantur harum rerum curam, idem confirmat *Chronici Rhythmi* narratio de 50 militibus Episcopi *Magni*, qui in eruptione a *Possio* ex urbe Viburgensi contra Russos facta, occubuerunt. (*Chr. Rhythm.* p. 538).

<sup>45</sup>) Totam *Careliam, Savolaxiam, magnam Tavastiae*, et quandam *Nylandiae* partem, nec non *Ostrobotniam septentrionalem*, crudelissime fuisse igne ferroque vastatas, et incolas barbarica saevitia afflictos et occisos, docet (praeter Auctorem nostrum) *Chron. Rhythm.* suo more canens: (p. 548) *Kareel, Savolax, halft Tavasteland ligger öde; Ther vare nu ingen boo, Hwaske hund, hane eller koo. Hoo kan sik ther hwijla? Landit*



queat <sup>46)</sup>? quamvis et Episcopum nostrum <sup>47)</sup> et alios prae-

*ligger öde mer än 80 mijla.* Cfr. p. 536, 546 sq. et HADORPHII *Append.* p. 343 sqq.; VON DALIN l. c. p. 812, etc.; MESSENIUS *Scand.* T. IV p. 48 sqq., T. X p. 22, et *Chron. Finl. Rhythm.* p. 40 (quo loco, ut et *Scandiae* locis laudatis, nomina Territoriorum Carelicorum misere corrupta, ita restitui debent, ut pro *Laskis* l. *Laschis* l. *Lasche* legatur *Jääskis*, et pro *Egreste* l. *Egrepe*, *Eurüpää* s. secundum Carelicam dialectum, *Egrüpää*).

<sup>46)</sup> Minus faventer de consiliis atque diligentia sua judicare videntur Auctor *Chronici Rhythmici* p. 537, 538, 540 sq., 545, 547, 550, 552 (554?) et OLAUS PETRI, *Chron.* ad a. 1495 et 1496; cfr. Anonymus continuator Historiae Lagerbringianae, ad eosdem hos annos. Ac sane sollertia satis, prompta, idonea et sufficientia ad Finlandiam ejusque fines contra saevorum horum hostium irruptiones tutandos, consilia et adminicula capta atque adhibita non fuisse, res ipsa docet; si etiam Proregi infelix ac perniciosum non minus quam turpe consilium, Russis Fenniae partem quam postulabant concedendi, (quo melius regnum Sueciae, ac suam inprimis auctoritatem et munus eminens, contra Regis Johannis molimina tueri valeret), haud tribuamus. Cfr. MESSENIUS *Scand.* T. IV p. 48-53, ad a. 1494-1497.

<sup>47)</sup> Quam hic fuerit sollicitus, de fama *Sturii* contra adversariorum suorum criminationes tuenda, literae suae ad *Magnum Laurentii*, Praefectum Viburgensem suosque socios qui urbis arcisque hujus praesidium susceperant, etc. satis superque demonstrant, quibus favens et benignum testimonium in caussa ejus, ab illis efflagitat, quasque, cum egregiam huic rei lucem afferant, ex apographo veteri descriptas hic adponere placet: „Vi „*Magnus med Gudz nåde Biscop i Abo, helsom eder oss elske* „*lige Magnus Larensson, Fougte på Wijborg, och flere the gode* „*män och dandeswenner, som liggie i Slottzlofven ther samma* „*stadz, thessligest Borgmestere och Rådth i Wijborgz stadh, och* „*vore Landzprovest i then landzaende, kärilige med Gudh. Käre* „*vener, skal eder witterligt ware, at wår Käre broder Herr Sten* „*Sture, Riddare och Hoffmestere i Sverige, haffuer ofte och tijdt* „*iblandh andre ärende rört och talat med oss om then skada* „*och förderff som skedd är på thenne fattiga landzände aff the* „*omilde Rydzer i thenne förlidne ähr, och fruchter han endelis* „*före, att några skola wara the som honom vele förwijte och* „*förkaste, at thet skulde wara hans brest och försumelse at så* „*danne skada skedt är, och att thenne landzände ey bleff unsatt* „*i tijdh och i thyma år: hwilket medh Gudz hielp doch icke be-*

claros viros nactus sit defensores <sup>48)</sup>).

Praecipuas in Ecclesia Aboënsi dignitates, *Magno* nostro sedente Episcopo, sequentes gessisse viros reperimus: Praepositi munus post nostrum suscepit M. *Laurentius Michaelis Suuripää*, qui eidem deinde in Episcopali quoque dignitate successit. *Archidiaconi* nullius nomen ad nostram cognitionem pervenit. *Decanum* a. 1492 fuisse M. *Magnum Johannis* reperimus <sup>49)</sup>. Inter *Canonicos* eminuerunt *Magnus Laurentii* (idem, ut putamus, qui cognomen habuit *Grisefoth* vel *Griffoth*, et *Archidiaconi* postea dignitate auctus fuit?) et M. *Arvidus Kurck* (qui factus deinde fuit Episcopus): de quibus infra.

De *Praefectis* Arcium ac Provinciarum Finlandicarum, tempore quo *Olaus*, *Conradus* atque *Magnus* noster Eccle-

„finnes i sanningen, när thet komber til en rätt ransakan. Hvar „före få bedie wij eder, att i hafwe almogen tillhopa ther i läh- „net, och förhörer med them om the vele göra vår käre bro- „ders ursächt häruthinnan; eller och om någor är then som „honom vilde skylde therföre, hvilket oss hopas att ingen biu- „der til: och när i hafven fongit svar aff them, to scriffuer oss „till oförtöffvet hvad the eder svara, under alles edre insigle „och flere gode mäns, som ther i then Landzänden stadde äre, „och sender oss sodane breff hijt oförtöffvat, hvilket Vij och „Vår käre broder gerna förskylla medh allo godho, och bevisen „eder häruthinnan som hans och våre gode troo är till eder, „som oss hopas at i och gerna göre. Ider her medh alsmectig „Gudh everdelige befallandes. Ex Castro nostro *Kustha* ipso „die beati Clementis anno Domini MCDXCVIII, nostro sub si- „gillo.“ Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1791, N:o 49, ubi eadem inseri curavimus.

<sup>48)</sup> Vid. Nobil. v. DALIN l. e. C. XIX §. 14 et 15, qui diligens magni Viri patrocinium suscepit.

<sup>49)</sup> Meminit DIJKMAN *Antiquitt. Ecclesiast.* p. 256 literarum, quibus Senatus Regni potestatem belli Russici dirigendi viris quibusdam praeclaris, a. 1492 d. 28 Octobr. dedit; inter quos recenset, praeter *Canutum Posse*, *Magnum Johannis*, in artibus Magistrum, *Decanum Ecclesiae Aboënsis* (qui forte primus fuit hac dignitate ornatus?), *Ericum Ragvaldi* militarem, et M. Henricum --- *Canonicum Aboënsem*. Quae literae, diligentiori sane dignae examine, ubi jam deliteant, ignoramus.



siae Fennicae praeerant, alio loco, ex instituto, egimus <sup>50)</sup>. *Legiferos*, quos eodem hoc tempore fuisse in *Finlandia* reperimus, in subjecta nota nominabimus <sup>51)</sup>: quos, ut et *Ju-*

<sup>50)</sup> Vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785 Appendix, ubi Stiernmannianum eorum Catalogum supplere et emendare conati sumus. De *Aboënsibus* agitur p. 196—205; quibus nunc addimus, *Christiernum Benedicti* in Salestad etiam a. 1457 et 1462 vocari Praefectum Arcis Aboënsis (*Höuidzman pa Abo*); *Johannem Haquini* a. quoque 1472 audire Praefectum Fenniae Borealis (*Fowgde i Norrfinne*); *Martinus Johannis* (*Mårten Jönsson*) Advocatus Aboënsis a. 1480 fuisse reperitur; *Johannes Kyle* non modo a. 1487 et 1488, sed etiam a. 1490 idem munus obiisse. — *Praefecti Tavastenses* ibid. p. 219 sqq. enumerantur (coll. Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercur.* a. 1755 Sept. p. 268 sqq.): quibus addendus est *Engelbertus Jacobi* (*Engelbrecht Japson*) qui hoc munus annis 1448 et 1449 administravit; cui *Olaus Nicolai Tavast* a. etiam 1458 praefuisse reperitur. Male itaque hunc a. jam 1455 obiisse narrat Nob. STIERNMAN (apud Dn. GJÖRWELL l. c.); quod vel ex inscriptione sepulchro suo incisa (atque a Nob. ELIA BRENNER, antequam incendio Templi Cathedralis a. 1681 periret, delineata ac in Bibliotheca Regia Stockholmensi conservata) patet, quae hujusmodi fuit: *Anno D:ni MCCCCLX in crastino S. Petri de Cathedra obiit nobilis vir Olavus Thavasth Miles. Orate pro eo.* — *Praefecti Viburgenses* adferuntur in *Fol. Hebd. Ab.* l. c. p. 225 sqq. Addere licet, a. 1438 *Bothe Benedicti* (*Benktsson*) Armigerum, vocari *Herr Iwar Niclissons fogethe* in iis partibus; a. 1455 *Jacobus Petri* (*Jüppe Pederson*) dicitur *K. Carls Ämbitsman här i landet* (in Vib. provincia); et literae Ep. Magni quas nuper attulimus (not. 47) missae sunt ad *Magnum Laurentii* Praefectum Viburgensem. Tandem inter *Praefectos Korsholmenses* s. Ostrobotniae (de quibus ibid. p. 216 sqq.) reperimus a. 1445 fuisse *Ingwarum Nicolai* (*Ingwar Nielsson, Fogate uppa Korsholm*); e cujus antecessoribus nominatur *Olavus Henrici*.

<sup>51)</sup> Legiferi Fenniae Borealis fuerunt, post *Henricum Clausson* (de quo supra p. 433 sqq. Not. et p. 473). 1. *Hartichinus Jacobi* (*Hartik l. Hartvig Japson l. Jacobsson*) clarus et potens in his terris vir, qui ab a. 1459 ad a. 1486 ei muneri praefuisse reperitur. Antea *Judicem* fuisse *Territorialem* (Härads-höfdinge) invenimus, cum Territorii *Vemoënsis* (a. 1449, 1453 et 1454; nisi Vicarium aliquando egerit?) tum in *Kaland* (a. 1450 et 1451), quod ubi quaerendum sit, nescimus. [*Kaland* olim *Alandiam* significasse, postea didicimus: cfr. ex. gr. AGRICOLAE Prae-



*dices Territoriales*, non alios fere nisi illustri loco natos, electos fuisse atque constitutos, comperimus.

fatio altera ad N. Testamentum a se Fennice editum.] Hunc familiae *Tavasticae* temere inserit BÅNG, (in Schemate saepius citato; de re ipsa cfr. etiam v. STIERNMAN Ad Petri Nigri Hist. Episcopor. Arosiens. p. 86 sq.), cum tamen vel insignia sua gentilitia (Wapen) ad aliam omnino gentem pertinuisse doceant, tres quasi domos a parte laterali visas (gaslar), duplici serie (quarum una sursum altera deorsum spectat), linea vel fascia separatas, ostentantia, quae a superiore sinistra ad dextram inferiorem partem scuti transverse porrigitur: cum quibus insignibus, illa quae *Gregorius Andreae* (*Gregers Andersson til Koskis*) Judex olim Territorii Vemoënsis, vir non contemnendae ille quoque in his oris auctoritatis gestavit, magnam similitudinem (inprimis qualia nonnunquam sistuntur) habere videntur. Quorum omnium effigiem in tabula aenea, huic operi adjungenda, spectandam dabimus. Fratres Legifer noster habuit M. *Arvidum Jacobi* Archi-Diaconum Aboënssem (de quo supra p. 546) et *Johannem (Jöns) Jacobi*, cujus vidua *Ingeburgis* deinde nupsit *Ulfoni Benedicti* (*Ulf Bengtson*). Ipse autem noster in matrimonio habuit *Ingeburgin Magni* (*Fleming*), neptem Legiferi *Nicolai* (*Clawus*) *Fleming*: prolem nullam reliquisse (quamvis BÅNG l. c. filias ei tribuat) ipse testatur literis in Coenobium Nådendalense munificis, datis a. 1466, die Veneris proxima ante diem S. Henrici aestivum: unde etiam discimus, matrem suam fuisse *Ragnildam in Laetala*. Idem hic *Hartichinus Jacobi* Templum Laetalense fundasse (in *Libro Sundholmensi*, de quo infra) perhibetur. Inter Senatores Regni a Nob. UGGLA l. c. non recensetur. 2. *Ericus Ragvaldi* (*Eric Ragvaldsson* l. *Ravalsson*), cui ex insignibus suis gentilitiis nomen *Fargalt* (caput enim *Verris*, vel forte *Apri*? illa exhibent) tribuit Nob. UGGLA l. c. (III Afdelning. N:o 647), quique a. 1487 et 1488 Legiferi munus administrasse reperitur; a. autem 1489, quo praesens fuit in Judicio a successore suo *Henrico Bitz* habito, vocatur *Praefectus Satacundiae* (*Höfwidzman öfver allt Sathegwndh*). Num itaque munus Legiferi abdicaverat? Quod facere hand solebant. Vel nonne potius, utrumque conjungens officium, a Judicis tamen partibus peragendis illo tempore, ex aliqua caussa abstinuit? 3. *Henricus Bitz* jun. nepos senioris ex filio *Erico* (de quo mox). Cfr. supra p. 490 sqq. Hunc a. 1490-1504 functum esse hoc officio, ex literis suis adhuc superstitibus discimus. Anno autem 1506 mortuus jam erat. Vocavit se *Militem* in *Nynäs*. Uxorem habuit *Annam Johannis* (*Hans*

## De statu cum civitatis, tum ecclesiae atque literarum,

*dotter*, Tott). Cfr. v. STIERNMAN l. c. (in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 198) et UGGLA l. c. N:o 633, qui ex his nostris emendari et suppleri debent. *Thomas Olavi* de Torkila, *Judicium* quidem *Provinciale* (*Lagmans-Ting*) aliquoties habuisse legitur (a. 1497 et 1489); sed *vicarii* tantum *Legiferi* partes peregisse, suspicamur? ut *Judicium Territoriale* (*Hürads-Ting*), idem in Territorio *Maskoënsi* et *Vemoënsi*, loco Ordinariorum *Judicum* (a. 1472, 1477, 1480 et 1487) habuisse reperitur. Inter *Legiferos Fenniae Australis* eodem hoc aevo occurrunt: 1. *Henricus Bitz* senior (s. avus), pater *Episc. Conradi*, *Miles* in *Wik* (cfr. supra p. 490 sqq.); quem a. adhuc 1458 in vivis fuisse didicimus. Reliquis suis liberis addenda est filia *Birgitta*, uxor *Olavi Drake*, armigeri. Patri successit 2. *Ericus Bitz*, de quo itidem supra commemoravimus, p. 492 sq. Hujus filii addendus videtur *Andreas Bitz*, qui inter Haeredes *Episc. Conradi* occurrit? 3. *Christiernus Frille*, cujus literae judiciales supersunt a. 1467-1469 datae. A. 1463 et 1464 *Judex* fuit Territorii *Halikoënsis* (*Hürads-Höfdinge*). Uxor autem ejus (secunda?) *Helena* (*Elin*) *Magni*, (quae nupta antea fuerat *Henrico Horn*, cui filium *Claes Henricsson*, postea *Legiferum*, pepererat?) a. 1442 die S. Petri ad Vincula (1 Aug.) viduam ejus se appellat (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 195). Inter hunc et *Claudium* (*Nicolaum? Claws*), *Henrici* (de quo mox) vixisse et *Judicium Provinciale* (*Lagmans-Ting*) habuisse a. 1482 reperitur *Jacobus Petri* (*Jeppé Pehrsson*), qui *Legiferum Suderfenniae* sese vocat (cfr. supra p. 574 not. 43). Num nonnisi *vicarius* erat? [Nec quidquam obstat, quominus *ordinarium* fuisse *Legiferum* credamus, cfr. infra.] 4. *Claudius* (*Nicolaus*) *Henrici Horn*; cujus literae annis 1487-1517 datae exstant. De duobus his *Legiferis* (N:o 3 et 4) ac *Regni* simul *Senatoribus*, cfr. Nob. UGGLA l. c. N:o 605 et 668, ex his emendandus et supplendus. *Claws Henriks-son* vocatur a. 1470 *Armiger*, et a. 1486 *Judex Territorialis*. Anno 1520 in vivis adhuc fuisse, ex literis R. *Christierni II* (d. 10 Junii) ad *Senatores Regni* in *Finlandia* degentes (inter quos noster nominatur) scriptis discimus, quas inserendas curavimus *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 30). Quando autem et quomodo mortuus fuerit, ignoramus. Inter eos quos *Tyrannus* occidi fecit, non comparet: sed eo circiter tempore tamen obiisse videtur. Inter *Judices* quoque *Territoriales* hujus aevi, plures occurrunt viri, nobilibus in hac terra familiis orti, et ipsi clari atque auctoritate praecipua pollentes: sed quibus enumerandis nolumus immorari.



nihil habemus quod iis quae passim jam attulimus, addamus <sup>52)</sup>).

### VICESIMUS PRIMUS.

D. LAURENTIUS *Michaëlis Suurpä s)*, natus in civitate Aboënsi, de honestis parentibus. Magister Parrisiensis, concorditer in Episcopum, via scrutinii, ex Praepositura eligitur, anno D:ni 1500, 21 Martii, et anno sequenti Upsaliae consecratur, die Assumptionis divae Virginis. Hic homo mitis et mansuetus fuit, qui in Episcopatu suo laudabiliter vixit. Hujus tempore, videlicet anno D:ni 1502, die visitationis Mariae, obsedit exer-

---

<sup>52)</sup> Inter Regni Senatores Magnum nostrum variis consiliis publicis capiendis ac Literis scribendis adfuisse, (jam ut Praepositum in Reip. negotiis versatum) monumenta temporis sui docent: inter quae ad nostras res pertinent Literae quas una cum Archi-Episcopo *Jacobo* (Ulphonis), *Stenone Sture* (Prorege) et *Canuto Posse* a. 1490 die Johannis Baptistae Upsaliae dedit, quibus nonnulla praedia, quae a *Lucia Olavi* (vidua *Henrici Clawsson*) emerant, Monasterio Nädendalensi donabant (inter Literas hujus Monasterii servatae: in quibus etiam comparent, quae docent a. 1458, d. 29 Junii, cum mater sua *Helena Nicolai*, post mortem mariti bona ejus relicta inter liberos suos divideret, nostrum *Magnum* absentem ac peregre profectum fuisse, qui cum deinde rediisset, post diem 1 Maji rursus abiit. Utrum studiorum persequendorum caussa, an (quod verisimilius est, vocatur enim jam *Magister*) ob alia negotia exteras terras eo tempore adierit, existimare non possumus. Ad res vero ecclesiae suae illustrandas pertinebit fortassis, quod praeter caeteras Fraternalitates Sacras, Convivium etiam S. Annae suo tempore Aboae flourerit: ut ex literis patet, quibus cum a. 1461 tabernae quaedam mercatoriae ac cellae vinariae Altari S. Annae, Templi Aboënsis, dono darentur, curae illarum fratres hujus Convivii (*S. Anna Gillesbröder*) praeficiebantur. (Litt. Monast. Nädendal.). [De Fraternalitate S. Annae cfr. supra monita p. 424 sq.].

s) A. *Sump.* vel *Suurp.*



citus D:ni Stenonis Sture Castrum Aboëense, et infra festum Nativitatis Mariae illud obtinuit de manibus Magni Frille, qui tunc Praefectum Castri *t*) egit; non negligentia sui, sed quorundam Almannorum, qui nolebant diu obsessi esse, propter quandam notabilem summam pecuniae, quae tunc in eodem Castro sub deposito erat <sup>85</sup>. Hujus tempore exclusus fuit de regno Svethiae Rex Johannes, Danus, et in brevi amisit omnia castra et fortalitia *u*), quae in regno occupaverat, idque maxime propter Danicam suam perfidiam et multiplicem injuriam, qua Svecos circumvenire et afficere studuit. Sedit hic D. Laurentius quasi annis septem <sup>86</sup>, et infirmari coepit in passagio *Ëyndsfär v*), quando visitaturus erat in Olandia *x*), et subito tactus est Apoplexia. Supervixit autem diebus quadraginta tribus, et simili eodemque die quo correptus est morbo, videlicet die Lunae, in profesto S. Michaëlis, hora quasi undecima obiit, et sepultus est in sacello Omnium Sanctorum, ante *y*) summum altare, ad latus D. *Magni*, in Ecclesia Aboënsi <sup>87</sup>.

### Notae Editoris.

Patrem hujus Episcopi, *Michaëlem Suurpää* (l. *Suuripää*, quod cognomen Latine *Capitonem* significat, Svetice *Storhufsvud*) Consulem Anno 1455 et 1456 fuisse urbis Aboënsis, ex monumentis adhuc superstitibus discimus <sup>1</sup>). Me-

*t*) A. omittit. *u*) A. *portalitia*. *v*) A. *Ëynsfer*; (hodie *Jungfrusfär*, inter paroeciam Korpo et Alandiam?). *x*) M. *Ålandia*. *y*) N. *circa*.

<sup>1</sup>) Cfr. *Litt.* his annis datae, in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 216 et 133. *Ragwaldus Suuripää*, civis item Aboënsis, qui a.

ritis ac dotibus ingenii (quas Parisiis excoluerat, Magistri nomen honoremque inde reportans) animique eminuisse, credas, quum ad Episcopalem dignitatem, prae nobiliorum familiarum candidatis, ascendere valeret? Caeterum de vita factisque suis antecedentibus, ac per quos honoris gradus ad Praeposituram ierit, nihil omnino nobis constat. In munere autem *Praepositi* (ut postea in Episcopali) *Magno Nicolai* a. 1490 successit; a quo tempore in multis literis, quarum exempla supersunt, illo honoris titulo ornatur. Cum post electionem suam, a. 1500 initio fere anni (d. 21 Mart.) factam<sup>2)</sup>, tamen non ante d. 25 Mart. sequentis anni 1501

1456 ille quoque Consul Aboënsis vocatur, ex eadem sine dubio gente fuit? (In Litt. Coenobii Nådend.) Idem a. 1462 et 1465 Senator Urbis Aboënsis in aliis audit Litteris, in Bibl. Reg. Stockh. servatis. Cognatione tamen noster cum nobilibus quibusdam familiis fuisse conjunctus reperitur. Ita in literis a. 1490 scriptis, dicitur M. *Laurentium* Archi-Praepositum Aboënsem cum virgine sibi *cognata*, *Anna Johannis*, filia *Johannis Petri* (Jens Pedersons) *de Nijtygård*, quae Monialis facta fuit, praedium quoddam Monasterio dedisse; quibus literis sigillum suum appendit etiam *Arvidus Olavi*, Armiger (a vapen), *cognatus* Praepositi.

<sup>2)</sup> Frustra igitur Nob. v. STIERNMAN inter *Magnum Nicolai* et nostrum *Laurentium* intrudere voluit Episcopum quendam *Andream*, quem sigillum suum appendisse dicit Literis deditionis (a. 1502 proximo die Martis ante diem Nativitatis Mariae, h. e. d. 8 Sept. datis) quibus *Magnus Frille* Praefectus Arcis Aboëns. hanc exercitui Proregis *Stenonis Sture* tradidit. Vid. Cel. GJÖRWELL *Sv. Merc.* a. 1757 Sept. p. 272, et *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 205. Non solum auctor noster, cujus locum ipse STIERNMANNUS allegat, expresse testatur, deditionem hanc factam fuisse *tempore Episcopi Laurentii*; sed etiam plures literae docent hunc Episcopale munus gessisse a. jam 1501 (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 275 et 276), quem ante a. 1506 diem non obiisse, simul constat (cfr. ib. F. 285 etc.). Sine dubio apographon laudatarum literarum nactus Nob. STIERNMANNUS fuerat, in quibus vitiose nomen Episcopi, *Anders* pro *Laurens* (l. *Larens*) scriptum exhibebatur; aut si autographon oculis usurpavit, illud male legit, quod ei non raro accidisse reperimus. Itaque ille *Andreas*, de quo superiorum (ac prope coaevorum) hominum nemo quidquam inaudivit, relegandus rursus est in tenebras ubi hactenus delituit.



Upsaliae consecraretur<sup>3)</sup>, interim in literis quibusdam nonnisi *Electus Aboënsis* salutatur<sup>4)</sup>.

85. Inter eventus memorabiles, qui brevi illo tempore quo hic Episcopus Cathedram Aboënsē occupavit, in Finlandia contigerunt, refert Auctor noster obsidionem et oc-

<sup>3)</sup> Qua occasione Confessionem et literas submissionis atque fidelitatis Archiepiscopo Upsaliensi exhibuit, quarum autographon adhuc in Bibliotheca Regia Stockholmensi superest, quasque ex Apographo quod Reg. Academia Litterar. Humanior. Historiae et Antiquitatt. servat, exscriptas, subjungemus: Ego „*Laurentius Aboënsis sedis ordinandus Episcopus* et sacrosancto „ministerio vestro praedicationis officium suscepturus, confiteor „sanctam et ineffabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum Deum naturaliter esse unius substantiae, „unius naturae, unius majestatis et virtutis; coaeternum Patri ac „Spiritu Sancto filium, in tempore de eodem Spiritu Sancto conceptum et de Maria virgine natum credo, qui passus pro salute „hominum, ad inferna descendit, indeque victor surgens et in „caelos ascendens, venturus est in fine seculi, ut reddat singulis „secundum opera ipsorum. Praeterea instituta ac praecepta quatuor principalium Synodorum, videlicet Niceni, Constantinopolitani, Ephesini et Calcedonensis, Canones quoque Synodales et „decreta quae orthodoxa fides suscepit, me suscipere et praedicare velle confiteor. Haereses et Schismata, et quicquid sanae „fidei adversatur condempno et anathematiso. Tibi etiam et privilegio Upsalensis Ecclesiae, tisque successoribus, secundum „sacros canones et decreta Sedis Apostolicae ex sacris canonibus „ac legibus promulgata, pro scire et posse me obediturum promitto, et absque illius consensu nullum me praebere in magnis „negotiis vel ordinationibus assensum; pro ejusdem quoque Metropolitanis publicis et privatis negotiis studio, consilio, societate, „me elaboraturum, nisi in eo quod ad propriam pertinet parochiam meam, profiteor. Et huic professioni meae coram Deo „et Sanctis ejus sub testimonio quoque praesentis ecclesiae, „subscribo. Datum Upsaliae anno Domini MD primo, ipso die „Assumptionis Mariae, meo sub sigillo praesentibus appenso. Et „ego Laurentius praefatus manu mea propria haec subscripsi, in „majorem evidentiam praemissorum.“ Sigillum Episcopi in Tabula adjungenda spectandum praebebimus.

<sup>4)</sup> Vid. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 276, ubi vocatur *werdugh fader Laurens Suuripüü, Electus j Abo.*



cupationem Arcis Aboënsis per exercitum *Stenonis Sture*, Regni administratoris (post arrepta rursus in Regem *Johannem* arma) perfectam, ab aliis rerum hujus aevi scriptoribus (ne *MESSENIO* quidem excepto) non commemoratam, quamobrem nec omnes ejus circumstantias, quas ille nonnisi paucis tangit, illustrare jam valemus. Ipsum *Stenonem*, gravioribus in Svecia negotiis districtum, has oras tum non adiisse, constat: quis vero exercitui suo, hic collecto vel huc misso, summo imperio praefuerit, remque gesserit, nisi quantum ex ipsis literis deditionem probantibus colligere licet, nescimus <sup>5</sup>). Obsidionem licet a d. 2 Julii ad d. 6 Septembris toleratam, (quo tempore Episcopus interim Sveciam petiisse videtur) longiorem tamen futuram fuisse, Auctor significat, nisi milites Germani qui in praesidio erant, Praefectum *Magnum Frille* <sup>6</sup>) ad deditionem faciendam coë-

<sup>5</sup>) His literis sigilla sua appendisse, docet Nob. v. *STIERNMAN* (vid. *Fol. Hebd. Ab.* loco nuper cit.) Episcopum Aboënsem *Andream* (lege *Laurentium*, qui itaque jam ex Svecia factus redux fuerat), *Henricum Bitz* Equit. et Legiferum Fenniae Borealis, *Antonium (Tönne) Eri* Praefectum Arcis Raseburgensis, *Henricum Stenonis* Praef. Arcis Tavastburgensis, *Dietericum Johannis (Dijric Hansson*, qui a. 1498 fuit Judex Territorialis in Masco, et 1504 Praefectus Arci Aboënsi), *Matthiam Philippi (Mats Filpusson)* et nonnulli alii ibidem nominati, cum nobiles tum cives urbici et inferioris ordinis, officiales ac ministri Proregis *Stenonis Sture*, Arcem Aboënsem eo tempore circumsedentes. Unde exercitum hunc, ex nominatarum Arcium Fennicarum praesidiis, quae ad partes mox Proregis accesserant, conflatum, ducibus usum nobilibus nuper laudatis, colligi potest.

<sup>6</sup>) Cfr. de hoc Nob. v. *STIERNMAN* l. c. (*Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1785, App. p. 205 sq.). Ubi tamen quod de matre ejus dicit, eam filiam fuisse *Jacobi Petri (Jacob Pehrsson til Hapanim*, lege *Haapaniemi*), emendari ex illis debet quae supra p. 580 not. 51, docuimus. Fuit enim filia *Magni (Fleming, til Villnäs*, ut videtur). Male hunc *Magnum Frille* Nob. v. *DALIN* l. c. C. XIX §. 25 p. 849 vocat *Johannem (Hans)*. Caeterum superest Epistola ad eum *R. Johannis* („Til *Mogens Frille*, vor *Embitzman* paa Abo,“) data Kioebenhavn a. 1502 D:nica Reminiscere (in *R. Bibl. Stockh.* servata) qua ei imperat, ut sibi *Stockholmiam* obsidione liberaturo, veniat auxilio. Anno autem jam 1501

gissent, quo pecuniae summa ibi deposita, (ut videtur) ipsi potirentur<sup>7)</sup>: qua re commemoranda Auctor noster, *Frillii* amicus, hujus fidem atque diligentiam vindicare studuit. *Danis* autem atque Regi *Johanni* infensiolem simul Auctorem fuisse, probra in hos mox subjuncta satis testantur; quae ex recenti dolore spoliatae ab his et crudeliter vastatae urbis Aboënsis (de qua re in vita Episcopi *Johannis IV* dicetur) in primis profecta esse, facile credas?

Cum Russis autem inducias his temporibus factas esse, exemplum literarum hoc super negotio confectarum, (quod in R. Archivo Antiquitatum, haud ita pridem asservabatur, sed cujus legendi opportunitas nobis hactenus non contigit) testatur, hujusmodi rubro, ut ex indice monumentorum egregiae hujus collectionis (jam inter R. Bibliothecam Stockholmensis, Archivum Regni et R. Acad. Literar. Humanior. Hist. et Antiquitatum partitae, didicimus) ornatum: *Copia Literarum confectarum super pace et treugis factis inter regnum Svecie et Ruthenos, duraturis per XX annos, ab a. D:ni MD quarto*. Harum induciarum nullam omnino Historici nostri, horum temporum, faciunt mentionem, nec facile credas, easdem esse quas commemorat OLAUS PETRI (Chr. ad a. 1510) et post eum MESSENIUS (*Scond.* T. IV p. 69) et v. DALIN l. c. C. XIX §. 7 p. 867) fuisse a. 1510 a *Svantone Sture*, Regni administro, cum Russis ad LX annos factas<sup>8)</sup>? In quam rem ulterius inquirendum est.

---

eum arcem Aboënsis (R. *Johannis* nomine) tenuisse, novimus. Vid. *Registr. Eccles. Ab.* Fol. 216.

<sup>7)</sup> Nempe pecuniam illam ad Regem pertinuisse credas? De qua tamen circumstantia, totaque adeo re, utrum quid lucis ipsae literae, quibus *Frillius*, cum militibus suis in fidem receptus fuit, exhibeant, dicere non possumus, utpote qui illarum exemplum videndi opportunitate hactenus caruimus.

<sup>8)</sup> Easdem tamen (quas MESSENIUS l. c. dicit Proregem per *Antonium Turonis*, quem Nobil. v. DALIN vocat *Tönnes Ericsson Tott*? in Russiam expeditum, fuisse elicitas, ac deinde Stockholmsiae constitutas) nonnisi ad XXX annos pactas fuisse, male narrat CELSIUS (*K. Gustaf I:s Historia*, 1 Del. p. 231, Ed. 2):

Ad conditionem Finlandiae, qualis hoc esset tempore, et Episcopi nostri de Dioecesi sua curam illustrandam, egregie pertinent Literae Senatus Regni de augendo in Fennia numero Templorum et Ecclesiarum, illo monente ac flagitante Stockholmiae a. 1504, in crastino b. Calixti (d. 14 Oct.) datae: quare illarum exemplum ex *Registro Eccles. Ab.* (Fol. 258) describendum atque *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1789 (*Åbo Nya Tidningar*) N:o 42, p. 337 sqq. inserendum curavimus. Unde discere licet, paroecias, maxime in Savolaxia et Carelia, 12 aut 13 centenis constitisse Rusticis (colonis s. praediorum possessoribus vel cultoribus), quorum quidam 15 aut etiam pluribus milliaribus a Templo suo essent remoti, ac ob viae longioris, partim terrestris partim aquatici, impedimenta, raro cultui adesse possent Divino publico, aliqui vix semel tertio aut quarto quovis anno, aliqui nunquam: quare religionis ignari Christianae, Lapponum ac ethnicorum instar viverent, nec ecclesiae Sacramentis uti possent.

86. Quasi (h. e. fere) annis VII Episcopum nostrum gestasse pedum Episcopale, accurate dici nequit; cum circa initium a. 1500 electus, versus finem a. 1506 (in profesto S. Michaelis, h. e. d. 28 Sept.) obierit, adeoque nonnisi VI annos cum dimidio Ecclesiam rexerit Finlandensem: sed in talibus summa accuratio non spectatur. Die S. *Simeonis* (18 Febr.) literis sigillum suum appendisse adhuc reperitur (inter Monum. Coenobii Nådend. servatis), ejusdem anni, quo, in medio mensis Augusti, *Olandiam* h. e. *Alandiam*, *Aland*<sup>9)</sup> visitaturus, apoplexia correptus fuit.

87. Ante *summum altare* Sacelli omnium Sanctorum cum noster fuisse (juxta antecessorem suum Ep. *Magnum*

---

nescio quibus nixus testimoniis? Russorum monumenta de his induciis plane silent; teste MÜLLERO l. c. p. 503.

<sup>9)</sup> Male MESSENIUS (*Chron. Episc. in vita nostri*) ac post eum WEXIONIUS *Descr. Sveciae* L. X, C. XI, n. 21); SPEGEL (*Bisk. Chrön.* p. 398) alique, legunt *Olandiam*, quae ad Dioecesim Aboënsensem nec pertinuit unquam, nec pertinere potuit.



III) sepultus dicatur; etiam hoc conjecturam nostram confirmat de pluribus Sacelli hujus altaribus: cfr. supra p. 568. Ac si de aliis Templi Cathedralis Sacellis idem valuisse putemus; facile difficultas solvi poterit, de XII altaribus in Ecclesia Aboënsi uno eodemque die ab Episcopo *Conrado* consecratis: licet quod de unico altari (Corporis Christi) per totam Dioecesim ante illud tempus consecrato additur, aequè nobis adhuc maneat obscurum.

#### VICESIMUS SECUNDUS.

D. JOHANNES *Olavi*, natus in paroecia Pargas, Magister Parrisiensis, et Archi-Presbyter Ecclesiae Aboënsis. Hic eligitur via scrutinii in Episcopum Aboënsis, anno D:ni 1506, in profesto b. Francisci, post mortem D. *Laurentii*<sup>88</sup>: et acceptavit castrum Cuusto die Birgittae proxime sequenti: prius tamen numeratis *z*), licet invite, familiaribus in castro existentibus, 200 marcis *a*) Svecicae monetae, priusquam castrum de manibus eorum extrahere poterat; quod vix unquam prius attentatum fuerat<sup>89</sup>. Consecratur Upsaliae anno salutis 1507, die Conceptionis Mariae, et statim ad sedem suam rediit; in die vero Natalis Domini missam suam Episcopalem celebravit, et quasi totam dioecesim suam in anno cum dimidio visitavit. Sedit autem quasi annis tribus, et moritur in Cuusto (rediens ex visitatione Careliensi) *b*) die Primi et Foeliciani martyrum, satis improvise. Dicitur enim holo suo proprio quasi

---

*z*) A. numeratur; l. forte numeravit? *a*) A. marcas. *b*) A. Cardiensis.

suffocatus interiisse, anno D. 1510: et sepelitur in sacello Omnium Sanctorum, ad latus antecessoris sui.

Hujus tempore, videlicet anno D:ni 1509, die 2 Augusti, qui tunc fuit dies jovis, et sequente die veneris, circiter *c)* horam 12 noctis, hominibus velut in profundiori *d)* somno existentibus et nihil mali suspicantibus, subito et *e)* improvise exercitus Regis Danorum Johannis latenter civitatem intraverant, et suscitato horribili clamore, cum terribili sonitu tympanorum atque clangore tubarum, civitatem hostiliter diripiunt, homines hinc inde miserabiliter et crudeliter trucidando et laniando, civibus potioribus interfectis. Tunc temporis etiam spoliabant Ecclesiam Cathedralem preciosa mitra Episcopali, et baculo, pastorali, atque aliis preciosis rebus, et clenodiis quam plurimis, nec non libris melioribus <sup>90</sup>, cupro, stanno, ferro et aliis rebus mobilibus quibuscunque; auferendo etiam omnem substantiam civitatis, et ducendo secum cives complures captivos usque ad Haffniam. Dux ejus exercitus et capitaneus principalis fuit quidam praedo *f)* Otto Ruuth, filius iniquitatis, qui mansit Abo usque ad feriam tertiam proxime sequentem, spoliando omnia bona civitatis, et deportando ad naves, una cum pretiosis ornamentis Ecclesiae, de quibus frustra longior instituitur querela. Sed hanc rapinam, caedem interfectorum, et

---

*c)* A. circa. *d)* A. profundo. *e)* A. ex. *f)* M. et N. praetensus.

crudelitatem Danicam, Finnonibus injuste illatam, ulciscatur Deus omnipotens, qui justus judex est totius mundi, et requirens sanguinem suorum ab omni animante <sup>91</sup>.

Hactenus Veterum monumenta secuti haec collegimus; nunc adjicienda sunt et alia <sup>92</sup>.

### Notae Editoris.

Hic ex qua familia ortus fuerit, omnino nos latet; nec sigillum suum videndi nobis facultas contigit. Ex verbis tamen Auctoris nostri fere colligas, humiliori fuisse loco (in parocchia *Pargas*) natum <sup>1)</sup>? Eruditionis inprimis fama, utpote qui *Magistri* titulum Parisiis reportaverit, viam ad Episcopalem dignitatem sibi muniisse, verisimile est. *Archipresbyterum* Ecclesiae Aboënsis antea fuisse, Auctor prodit: in qua voce interpretanda Historici nostri non consentiunt. *Decanum* interpretatur Nobil. NETTELBLADT (*Schwed. Biblioth.* III Stück. §. XXI, p. 25): *Praepositum*, antequam Cathedrae Episcopali admoveretur, per VII annos fuisse, ac *Laurentio Suuripää* in utroque munere successisse, narrat RHYZELIUS (*Episcoposc.* in vita nostri p. 346); quod unde hauserit, nescimus <sup>2)</sup>.

88. Electum fuisse Episcopum a. 1506 in *Profesto S.*

---

<sup>1)</sup> Non ad alia quam ecclesiastica munera (alicujus quidem momenti) homines plebejos illis temporibus potuisse ascendere, notum est. Facilius autem fuit civibus urbicis, inprimis Mercatoribus (quorum magna pars erant Germani), cum quibus jam tum familias nostras Nobiles connubiorum juribus non raro fuisse conjunctas monumenta docent, harum coetui aggregari.

<sup>2)</sup> Etiam *Archi-Diaconum* aliquis possit interpretari? Si literae (inter Monasterii Nädend. illas servatae) quibus a. 1448 (1498?) Sigilla sua appendisse dicuntur Episc. *Magnus, Henricus Bitz in Nynäs*, Eques Auratus, et M. *Paulus Archipresbyter*, significant eundem M. Paulum qui a. 1512 vocatur *Erchediekn?* ibid.



*Francisci* (d. 3 Oct.), Auctor testatur; RHYZELIUM igitur l. e. annum 1507 habentem, merito erroris arguit Nob. UGGLA l. l. (Rättelser uti III Afdeln. til pag. 72), provocans ad literas Senatus Regni d. 3 Sept. a. 1507 datas, in quibus *Johannes* noster *Electus Aboënsis* jam vocatur. Qui error inde natus fuit, quod antecessorem suum *Laurentium* anno demum 1507 mortuum fuisse existimaret, verba Auctoris nostri de tempore Episcopatus *Laurentii* male explicans; cf. supra p. 587.

89. Cum de Arce Episcopali Kuusto a nostro (*die Birgittae*, d. 7 Oct.) recepta loquens, Auctor non sine indignatione addit, coactum illum tamen fuisse, CC marcas monetae Sveticae *familiaribus* in illa arce existentibus numerare, priusquam arcem de manibus eorum extrahere posset; recentiores scriptores hos *familiares* interpretari videas *cognatos* atque *Haeredes antecessoris* sui: cujus interpretationis Auctor MESSENIUS fuisse videtur <sup>3)</sup>. *Familiares* autem Episcopi vocabantur quibus ille stipendium dedit (Hans tje-nare och löntagare); atque hoc loco milites Episcopales, qui in dicta arce in praesidio erant (Slotts-Befättningen): qui seditiosa licentia, nonnisi accepta prius pecunia definita, ei arcem tradebant et homagium praestabant. Cfr. supra p. 228.

Consecratum Upsaliae sequenti demum anno (1507) *die Conceptionis Mariae* (8 Dec.), fuisse, Auctor docet. Nempe confirmationem electionis suae interim a Pontifice

<sup>3)</sup> Vocabulo *familiaribus*, ab Auctore nostro adhibito, addidit modo in *Chronico Episc.* vocem *Antecessoris*. *Scand. T.* X p. 23 de Episcopo nostro scribit: „1508“ (male!) „is non „prius castro potitur *Kuustensi*“ (ita perpetuo in exemplo impresso nomen illud corrumpitur, pro *Kuustensi*) „quam *haeredibus* numerasset antecessoris, CC Sueciae monetae marcas.“ Quam eandem assertionem in *Chron. Rhythm. Finl.* (p. 43), poetica scil. licentia, ita exornat, ut fere credas litem cum iis actam ad Judices detulisse, canens: „Men Bisp *Johan* har en träta Med „mäster *Månses* (lege *Larses*) til rätta Fränder går, och dem „af sin arck“ (sua ex arca!) „Mätte gifva tuhundrade marck.“ Unde SPegel atque RHYZELIUS suum deinde habuerunt sin före-trädarens fränder.

Romano sibi comparare necesse habuit: cui praestiti ab eo homagii formulam cum nacti simus, eam subjungere placet<sup>4)</sup>.

4) „Ego *Johannes* Electus Aboënsis, ab hac hora in antea „fidelis et obediens ero beato Petro et sanctae Apostolicae Romanae Ecclesiae, a Domino nostro Domino *Julio* Papa secundo, „suisque successoribus canonice intransibus. Non ero in consilio „aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu „capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, „vel injuriae aliquae inferantur, quovis quaesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sint per se aut Nuntium seu litteras, ad eorum damnum me sciente nemini pandam: *Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum, contra omnem hominem.* Legatum Apostolicae „sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia et auctoritatem „Romanae Ecclesiae, Domini nostri Papae et successorum praedictorum, conservare, defendere, augere et promovere curabo: „nec ero in consilio, facto seu tractatu in quibus ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra „vel praejudicialia personarum, juris, honoris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque procurari „novero vel tractari, impediam hoc pro posse, et quantocius potero commode, significabo eidem Domino nostro, vel alteri per „quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum „Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, promissiones et mandata Apostolica, totis viribus observabo, et faciam „ab aliis observari. Haereticos, Schismaticos et rebelles Domino „nostro et successoribus praedictis, pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi praepeditus fuero „canonica praepedite. Apostolorum limina, Romana curia existente citra, singulis annis, ultra vero montes, singulis bienniis „visitabo, aut per me aut per meum nuntium, nisi Apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, neque „de novo infeudabo, neque alio modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiae meae, inconsulto Romano Pontifice. „Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia! Datum „Upsaliae ipso die consecrationis meae, Dominica secunda Adventus, Anno Domini Millesimo quingentesimo septimo, meo sub „sigillo.“ Servantur in Bibliotheca Reg. Stockholmensi; apographon autem, unde exscripsimus, inter monumenta Reg. Acad. Litt. Human. Hist. et Antiquitt. Sategisse Pontifices Romanos,

Mortuum esse per suffocationem, post reditum ex suscepto ad visitandas Ecclesias Carelicas itinere, cum glutisset frustrum cibi (carnis?) nimis magnum, nec manducando satis comminutum atque mollitum, Auctor dicit <sup>5)</sup>.

De hostili dolosaque Danorum invasione ac saevitia, passim Historici nostri commemorant. Sic OLAUS PETRI (*Chron.* ad hunc annum) scribit: „A. 1509 skinnade Konung „Hanses folk Åbo Stadh, och brände honom opp.“ MESSENIUS (*Scand. T. X p. 23*): „1509. Quando *Johannes*, Daniae „Rex, Finlandiae similiter subjugandae invigilat, et spe frustratus, flammis oppido subdit Aboënsi“ <sup>6)</sup>. Nemo autem hanc irruptionem vel adeo accurate, ac Auctor noster, describit, vel ducem praedatoriae hujus manus nominat, quem *Ottonem Ruuth* noster appellat <sup>7)</sup>. De *Ottone Rud*, quem

---

non de Pastore ovibus Christi praeficiendo, sed de suae dominationis adminiculis et ministris constituendis, sibi omnes Reip. Christianae Praefectos obsequio devoto et fide coeca devinciendo, vel haec Jurisjurandi formula apertissime demonstrat. — [Affertur similis formula in *Appendice ad Hist. Eccles. Spegelianam p. 94*. Cfr. quae supra p. 519 sq. disputavimus.]

<sup>5)</sup> Minus igitur accurate Nob. UGGLA l. c. N:o 684 scribit: „Död på en Visitation“ (Auctor noster post reditum, in arce Kuusto evenisse, aperte docet), „i Carelen af et ben, som under „en måltid fastnat honom i halsen, d. 9 Julii 1510.“ Auctor noster dicit *bolo* suo; quod recte vertunt MESSENIUS (*Chron. Finl. Rhythm.* p. 43, SPEGEL et RHYZELIUS l. l. c. c. *fin bete*). Male autem hic diem 9 *Julii* habet, qui *Junii* fuit (dies *Primi et Feliciani*).

<sup>6)</sup> SPEGEL et RHYZELIUS l. l. c. c. Verba Auctoris, *civibus potioribus interfectis* --- *ducendo secum cives complures captivos usque ad Haffniam*, mire vertunt: *ihjellslogo thet fattiga (gemena) folket, och bortförde the förnämare*. MESSENIUS T. IV *Scandiae*, ut et Nob. DALIN, hujus expeditionis non meminerunt; nisi hic eam intellexerit, l. c. pag. 867 scribens, *Severinum Norby* a. 1510 Aboam incendisse, Alandiam vastasse, atque Castelholmia capta, *Stenonem Turonis* cum uxore sua captivos abduxisse?

<sup>7)</sup> Auctor dicit *Quidam Praedo* (ex facto suo eum describens); alii tamen Codices habent vel *praetensus* (quasi illud nomen pirata hicce falso sibi arrogasset)? vel *praefectus* (non sine tautologiae culpa?).



fortem, callidum, rei militaris peritum, ac R. *Johanni* admodum carum fuisse, docet HUITFELD (*Danm. Rigis Krönicke*, ad a. 1502, p. 1046 sq.; cfr. v. DALIN l. c. p. 851), nescio an cogitare liceat? Humanitatis certe aut magnanimitatis laudem, hoc facto, bestia illa, quisquis fuit, haud meruit. — [De expeditione hac ipsa scribit (l. c. p. 1073) HUITFELD: „Kong Hans befalet Herr *Sjöfren Norby, Tille Gisler* oc „*Otthe Stisön*“ (num hic ille fuit *Otto Ruuth*, in quem noster invehitur?) „at löpe til Finland, oc der giöre Landgang, huor „de brende Aabo, oc meget aff Landet der omkring.“ Hanc etiam calamitatem respicit Prorex *Steno Sture* in Literis (datis Aboae d. 8 Aug. a. 1513), quibus praediis quibusdam Ecclesiae Aboënsis immunitatem a tributo Regio concedit, „for then store drapelige skadhe hon“ (Ecclesia Aboënsis) „figh aff Rikesens fjende, Konungh Hansses parti nw „try (4?) aar nästh forlidhen, swa ok for then store uthleg- „ningh oc bygningh hon nw udi stadt är.“ *Regist. Eccles. Ab. Fol. 35.* (cfr. *Fol. Hebd. Ab. a. 1785, Append. p. 68.*)]

**90.** Sine dubio haec calamitas Historiae etiam Patriae exitiabilis fuit, monumentisque multis, rebus antiquioris aevi lucem allaturis, interitum attulit?

**91.** Condonanda est acerbitas atque vehementia hujus querelae dolori auctoris antiqui, quem haec recenti adhuc vulnere et pungente scripsisse, apparet: meritoque detestandum est consilium Regis *Johannis*, qui ut sceptro potiretur Svecico, officii oblitus cum hoc honore conjuncti (ut civium salutem tueretur et promoveret), non modo Russos in miseros immisit Finnones, ab his barbaris inhumana saevitia afflictatos, sed etiam a Danis suis flamma ferroque provincias urbesque regni Svecici crudeliter vastari jussit: quae sane artes ad amorem, fidem, venerationemque civium comparandas, sine quibus vis regni neque tuta, neque firma est, parum pertinebant!

**92.** Quod supra jam monuimus (Praef. nostrae p. 5 sq. et Not. 7 p. 93 sq.; cfr. Auctoris Praef. p. 9 sq.) ex his *Juusteni* verbis manifestum fit; nempe eum antiquiores Episcoporum Finlandensium Catalogos, ab aliis confectos, par-

tim fideliter descriptos edidisse, partim in unum fudisse, ac nonnisi recentioris temporis eventus ipsum, a vita Episcopi *Arvidi* incipiendo, literis primum consignasse.

### VICESIMUS TERTIUS.

D. ARVIDUS Rurſ, natus ex nobili familia Satacundia, Laucko <sup>93</sup>, prius Decanus Ecclesiae Aboensis; eligitur in Episcopum anno D:ni 1510. Hujus vitam, velut mihi minus cognitam, praetereo; addens tantum ea, quae in Episcopatu ejus acciderunt.

Anno 1513 obiit Magister Henricus Wenne, Praepositus Aboënsis: illi successerat Magister Paulus Rääll *g*), qui obiit Anno 1516. Anno vero 1520, Dominica infra octavas Omnium Sanctorum, coronatur malis avibus Rex Christiernus Danus, tyrannus et sanguisuga, et sequenti feria 5:ta, hoc est, d. 8 Novembris, decollantur Episcopi Matthias Stregnensis et Vincentius Scarensis, cum tota fere Militia regni Sveciae, ac potioribus civitatis Holmensis, exhumaturque sepultus in Conventu Praedicatorum Steno Svantesson, (qui obierat die beati Sigfridi vere praecedente), et una cum praescriptis decollatis, Sabbatho sequenti, hoc est, 10 Novembris, in campo australi incineratur. Item 4 calend. Decembris, decollatur D. Oke Georgii in castro Tavasthus *h*). Dominica 3 Adventus decollatur Nicolaus Eschilli *i*), et Doctor Hemmingh Gadd, ante Castrum Rasborgh, per

---

*g*) [Add. (*Skäl* vel *Skel*); cfr. infra.] M. et N. *Slår*. *h*) M. et N. *Tavastiae*. *i*) A. *Öfvelþon*.

Rooleff Madtzonum *k*). Anno 1521 *l*) spoliatur civitas Aboensis per Severinum *m*) Norby, 10 calend. Junii *n*). Quo audito, Episcopus *Arvidus* dicitur in Norbotniam esse profectus, ut hostem fugeret: et in paroecia Nerpis naviculam conscendens, ut in Sveciam trajiceret, vehementia tempestatum submersus est, una cum Decano Magistro Conrado, et aliis suis cognatis ac familiaribus <sup>94</sup>. Post ejus obitum vacavit sedes Episcopalis annis fere sex. Interim tamen erant in Finlandiam deputati *Johannes Vestgotus* <sup>95</sup>, praefectus reddituum Episcopaliū, et post eum *M. Ericus*, quem vocabant Electum <sup>96</sup>; illi adjunctus erat quidam *Vincentius* nomine, qui homines exemplo aliorum Episcoporum Chrismate confirmaret <sup>97</sup>.

Hic non est silentio praetereundum istud singulare et ingens Dei beneficium, quod Deus, misertus generis humani, dedit mundo repurgatorem doctrinae Evangelicae, virum insignem, Doctorem *Martinum Lutherum*, qui in eo labore non tantum prosperos, sed et mirabiles habuit successus, divina suffultus *o*) ope. Coepit autem Lutherus scribere et docere contra indulgentias pontificias, et alios eorum in doctrina Evangelii errores, anno D:ni 1517 *p*), et supervixit in hac sancta vocatione usque ad annum 1546, quo in Domino obdormivit, relictis post se multis Tomis et libris, in quibus

---

*k*) A. Matzson. *l*) A. a secunda manu 1522. *m*) N. Söffverinum. *n*) A. Julii. *o*) M. et N. *fultus*. *p*) M. et N. male 1518.



doctrina Prophetica et Apostolica repurgata a coeno papistico vehementer illustratur. Venit autem ex illo Wittembergensium coetu primus in Finlandiam M. *Petrus Särkilax*, qui in Scholis et Ecclesia Aboënsi de hac doctrinae Evangelicae repurgatione ex idolomania papistica fideliter docuit, et constanter admonuit.

Anno D:ni 1522 Illustrissimus Dominus et serenissimus Rex Gostavus Danorum Regem Tyrannum Christiernum toto suo cum exercitu potenter e regno profligavit; cujus coronatio deinde facta est, anno 1528.

### Notae Editoris.

93. *Laucko*, ubi nostrum fuisse natum, Auctor prodit, praedium est, ad familiam nobilem *Kurckianam* adhuc pertinens, in paroecia Satacundiae *Wesilax* situm. Antiquioris<sup>1)</sup> gentis Kurckiae, e qua se. ortus fuit, igitur arma quoque gentilitia gessit; quae aeri incisa postea adjungemus. Neque patris sui neque matris nomen certum prodere valemus<sup>2)</sup>; arcta vero cognatione Nobilem Matronam *Luciam*

<sup>1)</sup> [Male itaque Nobil. v. DALIN eum Kurckianae genti juniore adsociat, ut infra docetur.]

<sup>2)</sup> *Nicolai Kurck*, Equitis, monumenta vetera meminerunt (vid. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785 App. p. 191, et a. 1799 N:o 7), quem inter Regni Senatores (a. 1413) recenset Nob. UGGLA l. c. N:o 415. Etiam *Jacobi Kurck* (vel *Korke*, utroque enim modo nomen olim scribebatur) Senioris mentio fit circa annum 1373 (*Registr. Eccles. Ab.* Fol. 66), et junioris anno 1435 (supra pag. 405 not. 26) nec non *Nicolai (Claves) Korke*, ad quem, Arcis Aboënsis tum praefectum (*Slotts-Fogde*), literae exstant *Erici Axelii Tott*, a. 1457 datae, quibus ei mandavit, ut earum exhibitori *Christierno Benedicti (Oxenstierna)*, Equiti aurato, arcem mox traderet (in *Bibl. Reg. Stockh.*). Sed ut illi Episcopum nostrum gignere, per temporum rationes non potuerunt; ita nec ulla adsunt argumenta, quae horum alterutrum illius fuisse pa-

*Olavi* (conjugem *Henrici Clawsson*, Legiferi, de quibus supra p. 433 sq.) contigisse, novimus<sup>3)</sup>. Literis ad exteras Academias operam navasse, nomenque *Magistri* inde reportasse, vetera monumenta docent<sup>4)</sup>. Reducem Collegio Cano-

trem demonstrent. Vetus quidem Genealogia familiae Kurckianae, cujus exemplum nobis ad manus est, Episcopum filium fuisse *Jochimi* (vel *Jeppe?* quod nomen alii rectius *Jacobum* interpretantur) *Kurck*, et nepotem *Nicolai* Equitis, ostendit, duce usus MESSENIO (*Theatr. Nobilit. Svec.* p. 58), qui uxorem ejusdem *Jacobi Kurck* junioris, fuisse filiam *Nicolai (Claws) Lydicksson* ac sororem *Henrici Clawsson* dicit, nomine *Catharinam*: sed an haec satis firmo nitantur fundamento, non dixerim? (Cfr. supra p. 405 et 431 not. 74). Certum vero est, nostrum Episcopum inter haeredes fuisse *Luciae Olavi*, viduae *Henrici Clawsson*; de qua re mox.

<sup>3)</sup> Inter monumenta hujus aevi, in R. Bibl. Stockh. servata, Literae reperiuntur (a. 1490 datae) quibus *Ridkil* l. *Roskil* (l. *Rotger*) *Olavi* et *Martinus Johannis, Armigeri*, testantur, se a *Lucia Olavi*, vidua *Henrici Clawsson*, recepisse omnia quae ad se haereditario jure pervenire possent ab *ipsorum parentibus* ac *ipsa*. Item aliae, quibus *Anna Willmari* (an *Waldemari?*) testatur se recepisse eas 42 marcas quae ab eadem *Lucia*, sorore ac cognata sua, pro *sororia* sua parte (sin *systerdel*), ut ejus haeres, exspectare posset. Item aliae quibus *Ingeburgis Magni (Fleming, Hartichini Legiferi* vidua?) et *Henricus Nicolai* juri suo haereditatis in ejusdem *Luciae* bona, renunciant: quibus similes a *Martha* (Maeretha) et *Catharina Nicolai*, ac aliae a M. *Arvido Kurck*, datae reperiuntur. Tandem aliis testantur eadem *Ingeburgis Magni, Hartichini Legiferi* vidua, et *Helena (Elin)* vidua *Hermanni Fleming*, cum filio suo *Magno Hermanni*, dictum *Hermannum* ante mortem suam omni juri suo haereditario in bona *Luciae* laudatae sponte renuntiasse. Ex quibus simul patet, hanc jure cognationis proximo Flemingianam familiam attigisse. (Omnes a. 1490 datae sunt).

<sup>4)</sup> In laudatis nuper literis, ab Haeredibus *Luciae Olavi* datis, quarum plerisque noster sigillum suum appendit, vocatur *Magister Arvid Kurke, Canik och Kyrkoherde i Abo*: unde, quod nonnisi per conjecturam elicuit Rev. RHYZELIUS (*Episcopose*. in vita nostri), extra dubium ponitur; ac simul edocemur, quod supra (p. 546, not. 105) his ipsis nondum cognitis literis scripsimus, *Magistri* titulo ornatum nosmet *Arvidum* nostrum non reperisse, hinc esse emendandum.

nicorum Aboënsium adscriptum fuisse, ac primo *Curatum* urbis <sup>5)</sup>, deinde *Decanum* (ut Auctor noster docet) Ecclesiae Aboënsis, constitutum.

Aut absentem (in Italia versantem) electum fuisse, aut quod verisimilius videtur, post electionem suam (a. 1510, sine dubio mox post Episc. *Johannis* obitum, factam) in Italiam profectum (multorum utique antecessorum suorum exemplo; vid. supra p. 336, 379, 481, 495,) confirmationem Electionis suae ibi a Pontifice Romano comparasse, subscriptio docet literarum suarum quibus homagium Papae praestitit, *Ravennae* d. 17 Martii a. 1510 datarum <sup>6)</sup>. Post

<sup>5)</sup> Cfr. Litterae in Nota proxime praecedente (4) laudatae. Quibus addere licet literas *Luciae Olavi* (quarum autographon in Bibliotheca nostra Acad. servatur), quibus, nominatis supra haeredibus suis *Rotgero Olavi* et *Martino Johannis* praedia quaedam tribuit, quibusque sigillum suum appendit etiam *Mesther Aruidh Kurke, Kanik i Abo*. Datae sunt *Nadendal aarom epter Gudz byrdh Tusandh fyre hundradh* --- (caetera adjicere scriptor oblitus fuit: annus sine dubio significari debuit 1490)!

<sup>6)</sup> Ipsae hae litterae illis plane similes sunt, quibus Episcopum *Johannem* fidem suam Pontifici Romano mancipasse, supra (p. 592 sq. not. 4) docuimus; nisi quod noster hoc modo iis subscripsisse reperitur: „Datum *Ravennae* anno incarnationis „Dominicae millesimo quingentesimo decimo, sexto decimo Kalen- „dar. Aprilis, Pontificatus“ (hic exciderunt vitio descriptoris, verba „sanctissimi Patris ac Domini nostri, Domini *Julii*, Papae II) „anno octavo.“ Ac postea adjecta haec leguntur (quae repetitam fuisse ipso die consecrationis hanc homagii formulam, prodero videntur?): „Datum *Strengenes* anno D:ni MDXI in *crastino b. Francisci* confessoris, meo sub Sigillo praesentibus ap- „penso“. Cum autem in Codice vetusto, qui praedia recenset ad *Iwarum Flemingh*, (de quo infra) Dominum in *Sundholm* olim pertinentia (*Herr Iwar Flemings Jordebok*, inter monumenta praedii Sundholmensis, prope Neostadium siti, adhuc servato) legitur: „A:o 1512 Lögerdaghen näst epter S. Birgitte dag (d. 9 Oct.) „tå satt erlige Herre *Herr Electus* på min Herres vägnar Herr „*Sten Stures* för rätta hem til *Dirich Hanssons*, i ärlige mäns „närvaro *Nils Eskilssons, Clawus Henrikson, Knut Erichson, Hen- „rik Stensson*, Borgmestare och Råd“ etc. intelligi celebrem illum *Electum Lincopensem, Hemmingum Gadd*, existimamus. Nam de nostro *Arvido* capi nullo modo potest.



reditum, *Strengnesiae* insequente proxime anno d. 5 Octobris, ab Archiepiscopo Upsalensi (*Jacobo Ulphonis*) consecratum fuisse, reperimus <sup>7)</sup>.

Satis mira est Auctoris nostri confessio atque excusatio, se *vitam* hujus Episcopi (Antecessoris sui, 40 annis ante se ad sedem Aboënsē translatus, mortui!) *velut minus sibi cognitam, praeterire*; cum acta Episcopatus sui in Archivo Ecclesiae Aboënsis multa sine dubio adhuc superessent (quae postea perierunt), nec memoria sua adhuc mentibus hominum excidisse poterat!

Hujus Episcopi tempore, a. 1514, *Actum Inscriptionis b. Hemmingi* (qua de re supra egimus p. 285 sqq.) quem vehementer celebrat MESSENIUS <sup>8)</sup>, contigisse, jam antea monuimus.

*Russos* Finlandiam, Danis instigantibus, crebris irruptionibus rursus infestasse, Historici nostri docent. Anno vero 1516 eos, finitimas regiones (factis nuper induciis fractis) vexasse, si MESSENIUS credimus <sup>9)</sup>; quomodo legationem anno proxime praecedenti (1515) ad inducias renovandas a Prorege *Stenone Sture* ad Russos expeditam, feliciter haec mala avertisse, cum Nobil. v. DALIN <sup>10)</sup> contendere poterimus?

<sup>7)</sup> Quo tempore Archiepiscopo Upsalensi literas, obsequium fidemque suam illi obligantes, tradidit, similes iis quas Episcopum *Laurentium* eidem dedisse, supra (p. 584 not. 3) docuimus. Literis autem *Arvidi* nostri subscriptum legitur: „*Strengnes* anno D:ni MDXI, die“ (crastino?) „b. Francisci confessoris.“ Reperiuntur in Bibliotheca Regia Stockholmensi.

<sup>8)</sup> *Scand. T. X* p. 23; *T. IV* p. 52 et 55; *Chron. Finland.* *Rhythm.* p. 41 sq.

<sup>9)</sup> *Scand. T. X* p. 23; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 44.

<sup>10)</sup> *L. c. C. XX*, §. II, p. 877. Inducias LX annorum, per *Ericum Thuronis (Bielke)* et *M. Paulum* Archidiaconum Aboënsē (de quo infra) in Russiam ablegatos, confirmatas, atque sic consiliis Danorum (Russos perpetuo in nostros incitantium) hostilibus obicem fuisse feliciter positum, docet. MESSENIUS de hac re nihil. An cum priori illa legatione ac induciarum harum confirmatione, tempore *Svantonis Sture* facta, eandem putavit?

Inter Senatores qui partibus Proregi *Stenoni* adversis favebant, nostrum etiam Episcopum recenset Nob. v. DALIN<sup>11)</sup>; sed postea saltem, a Danicis consiliis alienum atque Proregi ejusque Conjugi fidum fuisse, reperimus<sup>12)</sup>. Lanienam vero Stockholmensem cum aliis Fenniae proceribus cautus effugit<sup>13)</sup>; nec postea a tyranni satellitibus, qui mul-

<sup>11)</sup> Quia scilicet, cum aliis quibusdam ad foedus accessit, quod plerique Senatores Regni de Recessu Malmogiensi d. S. Georgii a. 1511 facto, observando et tuendo inierant: vid. HADORPHII *Append. ad Chron. Rhythm.* p. 427. Quae forte ratio firmissima non est?

<sup>12)</sup> Non modo subscripserat Decreto de arce *Stäkensi* demolienda, atque Archiepiscopo *Gustavo Trolle* a muneris sui administratione suspendendo (UGGLA l. c. N:o 699); sed etiam Capitulationi Stockholmensi (a. 1520 cum tyranno inita), a *Christina* Sturii vidua inclusus fuerat, ut ei fidus atque amicus (v. DALIN l. c. §. 23 p. 906), utpote qui et patriae bene cupiit et *Christinae* rebus adjuvandis in Finlandia operam praestitit: quare ipse Nob. v. DALIN alio loco eum vocat *en god Svensk och Christinas vänn, som var hennes bistånd i Finland*. Quemadmodum idem postea *Gustavo Erici*, liberatori patriae, ad Finlandiam tyranno eripiendam, auxilium lubens praestitit. Testatur nempe TEGEL (*K. Gustafs Hist. P. I p. 33*) cum ad Arcem Aboënsensem occupandam *Nicolaus Arvidi* missus a. 1521 cum exercitu fuisset, ad arcis hujus obsidionem Episcopum nostrum insignem illi opem exhibuisse („til huilken bestalningh Biskop Arffued i Åbo „var Niels Arffuedson mycket förforderligh, och undsatte honom „Byssor, Lodh, Krut och Hoffmän“).

<sup>13)</sup> Qui nempe a tyranno Stockholmiæ vocati, sese illi credere tutum non putabant; adeoque domi manebant. Literas, quibus illos allicere in laqueos suos tentavit, inserendas curavimus *Foliis Hebd. Aboënsibus* a. 1796 N:o 30; quibus nominatim invitavit Episcopum *Arvidum*, *Aconem Georgii* (*Åke Jörgenson*, Tott) Praefectum Arcis Tavastburgensis, *Antonium Erici* (*Tønnes Erichson*, Tott) Praefectum Raseburgensem, *Nicolaum* (*Claudium?*) *Henrici* (*Claves Hendrichson*, Horn), Legiferum Fenniae Australis, *Henricum Stenonis* Legiferum Fenniae Borealis, et *Canutum Erici* (*Knut Erichsson*, Kurck, qui in literis eodem anno datis vocatur *Legifer Satacundiae*, *Sagman i Sategunda Sagfagu*, ac sine dubio, loco *Henrici Stenonis* jus in hac provincia dicebat?), ut consiliis suis ei ad salutem publicam tuendam adjuvaturi praesto forent!

torum hic optimatum, nec non reliquorum civium sanguinem passim effundebant<sup>14)</sup>, ad caedem rapi potuit<sup>15)</sup>.

94. Cum interim illustris heros *Gustavus Erici* (*Wase*), pro oppressa liberanda patria, arma feliciter cepisset, atque celeriter magna regni parte recepta, ad Finlandiam quoque saevitiae tyranni eripiendam strenuos aliquot fidosque sibi viros cum copiis huc misisset<sup>16)</sup>, iique, licet arces expu-

<sup>14)</sup> Nonnullas tyrannicae hujus crudelitatis victimas recenset Auctor noster; docens, *Christierni jussu, Aconem Georgii* d. 27 Novembris *Tavastburgi* (non *Aboae*, ut habet Nob. UGGLA l. c. N:o 691), *Nicolaum Eskilli* et *Hemmingum Gadd*, ante castrum *Raseborg* (non illum *Aboae*, neque hunc in castro *Raseborg*, ut habet Nob. UGGLA l. c. N:o 677 et 674, aut *Gaddium Tavastburgi*, quod asserit TEGEL l. c. p. 35, et post eum v. DALIN T. III Vol. I p. 56 not. q.) d. 16 Decembris (non 11, factum enim fuit *Dominica 3 Adventus*), fuisse decollatos, quod fatum eo tempore cum aliis *Sveciae Heroibus*, *Gaddium sub Rasborgo* subiisse, MESSENIUS narrat (*Scand. T. IV p. 89*). Accesserunt a. 1522 in Januario, ex novo tyranni jussu, in Arce Aboënsi capite truncati, *Antonius Erici* (*Tott*) et *Henricus Stenonis* (*Renhufvud*); *Stigson* apud Nob. v. DALIN T. II C. 20 §. 28 p. 916, erratum esse puto typographicum? (cfr. idem T. III l. c.): praeter plures alios, omnis ordinis homines, a digno saevitiae tyrannicae ministro *Thoma*, illius arcis Praefecto, variis modis trucidatos. Vid. TEGEL l. c. p. 34 sq. It. p. 33.

<sup>15)</sup> Sine dubio procul a tyrannorum potestate, intra arcem Kuustoënsē, vel aliis locis tutis, cum viris quibusdam aliis patriae amicis, versabatur?

<sup>16)</sup> Mox post comitia *Wadstenensia* a. 1521 in Augusto celebrata. Misisse autem has copias mense Septembri, iisque praefecisse *Nicolaum Arvidi*, ac proxime post eum *Henricum Johannis* (*Hendrich Jönson* till Haga i Åland) narrat TEGEL l. c. p. 31; iis sese adjunxisse multos Fennos et nobiles et plebejos, tyranno infestos, ac inter hos praecipue *Nicolaum Grabbe* (de quo infra). MESSENIUS non tam copias fuisse ex *Svecia* transmissas, quam viros quosdam idoneos, auctores ac duces Fennis ad jugum tyranni excutiendum futuros, significare videtur, scribens: „strenuos aliquot eo viros ablegat (*Gustavus*) ut indigenis „convocatis, propugnacula regionis expugnent.“ (*Scand. T. V p. 5*). Quem verius rem expressisse putamus: quod difficile *Gustavo* fuit, in illo rerum statu, quae ad exercitum in Finlandiam trajiciendum requirebantur conquirere et comparare?



gnare non valerent <sup>17)</sup>, partim tamen has circumcingerent, partim alio modo hostibus negotium facesseroent <sup>18)</sup>; Praefectus Classi Danicae *Severinus Norby* illos depellendos, suisque auxilia ferenda esse necessarium duxit. Quare cum classe atque copiis Aboam veniens, urbem cepit atque spo-

<sup>17)</sup> Quas valido praesidio, imprimis militum peregrinorum, tyrannus firmaverat. Notum enim est, anno jam 1520 arces *Aboëensem*, *Raseburgensem* et *Viburgensem*, per copias quas famosus ille *Hemmingus Gadd*, tyranni assecla factus, in Finlandiam adduxerat, sine magno labore, in consternatione illa generali quae mortem *Sturii* et Svecorum alias calamitates sequebatur, fuisse occupatas. Neque *Tavastburgum* diu restitisse credas; quod ex (perfide violato illo) pacto deditiois Stockholmensis, *Sturii* viduae, una cum sua atque Kumoënsi ditione, concessum erat (HADORPH. l. c. 446 sqq.). Literae tyranni (datae Stockh. die S. Martini, 11 Nov. 1520) ad *Petrum Huid* et reliquos duces praesidii Tavastburgensis, qui *Christinae* nomine arcem tenebant, habentur apud HUITFELDIUM l. c. p. 1162, quibus iis mandat, ut cum illa caeterique crimine *manifestae haereseos* essent, *secundum leges Sveciae*, damnati, arcem literarum exhibitori *Johanni Matthiae* (*Jöns Matzson*) confestim traderent. De *Thoma* arcis Aboënsis, et *Rolfone Matthiae* (Roloff Matsson) Viburgensis Praefectis, infra commemorabitur. — Obsidionem arcis Aboënsis a *Nicolao Arvidi* susceptam, feliciter non cessisse, passim Historici nostri docent (vid. TEGEL l. c. p. 36; et v. DALIN T. III C. 2 §. 3 p. 56, qui ducem illum vocat *Nils Westgöthe*, et p. 52 not. (f) fratrem fuisse *Arvidi Gustavi*, *Arvid Gustafsson*, celebris inter *Gustavianos* imperatoris, male addit): quam (d. 25 Nov. inceptam) cum a *Severino Norby* vere sequente coactus esset solvere, ille cum reliquis ducibus copiarum Fennicarum, in provincias interiores recedere necesse habuit, ac spei arcium expugnandarum interim renuntiare. Cfr. TEGEL l. c. Hoc tempore, praeter mentem quidem *Nicolai*, non tamen sine ejus culpa, urbs Aboënsis incensa fuit (qua de re idem TEGEL ibid.): unde vetus annotatio, in *Actis Palmesköld*. N:o XIV T. 59 p. 235 habet: „1523. d. 22 Maji, combusta est civitas Aboënsis per Nicolaum „Arvidson!“ Ubi in anni tamen nota (1523 pro 1522) errorem inesse, apparet.

<sup>18)</sup> Imprimis *Nicolai Grabbe* de Grabbacka (quem male vocat *Krabbe* til Grafbacka v. DALIN l. c. T. III C. 2 §. 2 p. 52) callida audacia (vid. TEGEL l. c. p. 31 sq.); de quo viro infra quaedam addemus.

liavit<sup>19)</sup>. Cujus adventu, vi et acerbitate comperta<sup>20)</sup>, Episcopus noster, merito sibi timens, fugiendi primo in Ostrobotniam, indeque porro mare transeundi consilium cepit; in Svecia, ubi *Gustavus* magno jam successu vires tyranni frugerat, tutius sibi asylum quaesiturus<sup>21)</sup>. Sed infeliciter ei hoc consilium cessit. Quam enim, nave<sup>22)</sup> e paroecia

<sup>19)</sup> De hac ejus expeditione passim Historici nostri agunt: cfr. TEGEL l. c. 35 sq.; MESSENIUS *Scand. T. V* p. 7; v. DALIN l. c. §. 3 p. 56, §. 6 p. 63. Praeter Aboam alia quoque loca Finlandiae maritima fuisse hoc tempore a Danis infestata, vel annotatio docet in laudato supra (p. 599 not. 6) codice Sundholmensi talis occurrens: „1522 skinnade K. Christierns „folk Sundholm“.

<sup>20)</sup> Aboae praesentem sub his turbis Episcopum nostrum haud fuisse, praeter rem ipsam, verba ostendunt Auctoris, de impetu *Severini Norby* in urbem facto eum *inaudivisse* dicentis. Non erat scilicet, consultum, prope ad loca ubi duces tyranni dominabantur, accedere.

<sup>21)</sup> Res ipsa docet, eum, cum mare trajicere constitueret, ac in Sveciam proficisci, apud *Gustavum*, cujus partibus impense adeo faverat, praesidium atque tutamen quaerere voluisse: quod etiam expresse testatur TEGEL l. c. p. 36. Ac magnam jam Sveciae partem tyranno eripuerat, atque in libertatem vindicaverat, sibi que obedientem effecerat *Gustavus*; ita ut amicis suis tutae in iis locis sedes offerrentur.

<sup>22)</sup> *Naviculae* (parvi admodum navigii) ibi ab eo *conscensae*, Auctor noster meminit; qui tamen non accuratissima se praeditum fuisse rei cognitione, ipse prodit, cum ex fama tantum vulgari se eandem hausisse significet (*dicitur*). Diligenter autem ac dilucide TEGEL (l. c.) rem enarrat, fugamque describit Episcopi, scribens: „Samma tiidh“ (cum *Severinus Norby* copias Fennicas, arcem Aboënsis obsidentes, recedere coëgisset) „måste „Biskop *Arffuedh* i Åbo rymma, och gaff han sigh först til „*Raumo*, ther han hadhe *sitt Skep* liggiandes, och så siöledes „tådhan och til *Ulfsby*. Men efter han ther icke säker och „frij bliffua kunde, och fick altijdh tijdender, at fienderne drogho „allastädes omkringh och söchte efter honom, gaff han sigh *medh* „många aff then *Finska Adel, Frwer och Jungfrwer*, som aff fruchtan och räddhoga flydde för samma Konung *Christierns* tyranniske påbudh skuld, til sjöss och *achtade sigh åth Sverige til „Konung Gustaff*. Men them kom en gräseligh stoor storm och

*Nerpis* profectus, mortem fugiebat, eam in mari, tempestatum vehementia turbato invenit <sup>23)</sup>, una cum *cognatis* multis ac *familiaribus* suis <sup>24)</sup>, aliisque, ut traditur, itineris sociis <sup>25)</sup>. Quae aestate anni 1522 evenisse videntur <sup>26)</sup>; ita ut in textu

„owäder uppå, så at the alle med skep, folck och godz förging och bleffue borta, utan för Öregrund i Wiggian“ (sinu *Grepfen?*). Quae ex certa et accurata notitia eum scripsisse, simul apparet. Si igitur Episcopus ex paroecia Ostrobotniae *Nerpis* iter versus Sveciam direxit, (ut Auctor noster narrat) illuc, litus legendo, ex urbe Ulfsby (hodie Björneborg) prius navigaverat.

<sup>23)</sup> Die 22 *Julii* contigisse, SPEGEL et RHYZELIUS (l. l. c. c. in vita nostri) dicunt: quod unde didicerint, nescio.

<sup>24)</sup> Inter *cognatos* suos *Decanum M. Conradum* referre Auctor videtur? *Familiares* autem, *ministros* atque *domesticos* suos significare credas? Fortasse etiam *amicos*?

<sup>25)</sup> Vidimus nuper TEGELIUM plures *Nobilium Finlandensium*, eorumque *Uxores et filias* comites ei infelicis itineris dedisse. Nec aliter MESSENIUS (*Scand. T. V p. 7*) *multos de Clero Proceribusque* cum eo profectos una periisse, narrat. Si igitur in *una* navi omnes erant, non sane admodum esse potuit exigua; ex eo sine dubio genere quo Rustici nostri maritimi adhuc utuntur (Svet. *Æluta*)?

<sup>26)</sup> Anno 1521 et adventum *Severini Norby*, urbisque Aboënsis direptionem, et fugam exitiumque Episcopi evenisse, Auctor noster dicit? Cujus textum licet vitio laborare putaremus, tamen corrigere ausi non sumus; non solum quod is error in optimis deprehenderetur codicibus (*Nettelbladiano* et Academico nostro, cujus tamen margini recentior manus adscripsit a. 1522), sed etiam apud MESSENIUM, cum in *Chronico Episcoporum* (in vita *Arvidi*) tum *Scandiae T. X (p. 23)*: quod ostendit, eum quoque in *Chronico Juusteniano* annum eundem reperisse, licet postea, errore deprehenso, eundem correxerit, et *T. V p. 7*, nec non *T. XV p. 99*, ad a. 1522 recte retulerit. Caeterum hunc errorem ab ipso nostro Auctore profectum haud esse, ut jam credamus, non ipsa modo res jubet (ut mox monebitur), sed etiam quod de *sex fere* illis addit *annis*, quibus sedes Episcopalis (a morte *Arvidi* ad electionem *Martini*) vacaverit: cum enim hunc in *feriis trium Regum*, adeoque initio mensis Januarii (d. 6), a. 1528 in Episcopum fuisse narret electum, per *septem fere* annos vacasse sedem, si anni jam 1521 aestate *Arvidum* periisse credidisset, pronuntiare debuisse videtur? Adeoque textum ejus corrigendum esse, et pro 1521, scribendum 1522, nunc quidem haud dubi-



Auctoris nostri, qui annum 1521 exhibet (?), vitium inesse putemus <sup>27)</sup>).

Infelici fato ita periit Episcopus *Arvidus*, qui ultimus fuit Episcoporum Finlandensium religioni Romano-Catholicae addictorum. Post cujus mortem, *fere 6 annis* vacasse sedem Episcopalem, Auctor monet: quo tamen tempore vicariis quibusdam curam Ecclesiae Fennicae fuisse commissam, simul significat; quorum etiam nomina prodit.

95. *Johannem* hunc Westrogothum inter Episcopos Fin-

---

tamus: nam eodem anno interiisse Episcopum *Arvidum*, quo urbem Aboënsis *Severinus Norby* occupavit et spoliavit, dubio vacat.

<sup>27)</sup> Praeterquam quod TEGELIUS (l. c.), et MESSENIUS re accuratius pensitata, annum 1522 habent; ipsa res idem credi jubet. Namque cum *Gustavus Erici* opus liberandae Patriae non ante a. 1521 inchoare potuisset, ac post *Comitia* demum *Wadstenensia*, eodem hoc anno, mense *Augusti*, celebrata (quibus *Regni Gubernator* constitutus fuit) duces copiasque in Finlandiam, ad eam liberandam arcesque ejus expugnandas, misisset, a quibus non ante mensem Novembrem Arx Aboënsis obsessione clausa fuit (cfr. supra p. 602 sq. not. 16 sq.); neque Episcopus obsidentibus subsidia praebere (supra p. 601 sq. not. 12), neque *Norby* obsessis opem adferre, neque ille tutum in Svecia refugium sibi promittere, aut *Severini* adventu territus illuc proficisci, ante aestatem a. 1522 potuit. Fateri tamen cogimur, ut verisimile non est, Fennos, ante *Comitia Wadstenensia* missaque sibi auxilia, arma contra tyrannum capere ausos fuisse; ita mirum videri debere, Episcopum nostrum inter tyranni satellites armaque tam diu potuisse salvum versari, et vim illorum effugere? Intra castrum puto *Kuustoënsis* (quod oppugnare illis non placuit), sese continuit? Quamquam *Antonio* quoque *Erici* et *Henrico Stenonis*, qui etiam arci Aboënsi sese credere ausi sunt, (ubi initio demum a. 1522 capite plexos constat), quique sine dubio obsequium tyranno, reliquorum civium exemplo professi, in fidem ejus (dubiam sane ac formidolosam!) recepti erant, tyranni ministros interim pepercisse videmus. Caeterum chronologiam a MESSENIUS (vitioso Chronici exemplo decepto) primum adoptatam (*Scand. T. X p. 3*), secundum quam *Gustavum* Arces Finlandiae anno jam 1522 expugnasse statuit, falsam esse, inde etiam patet, quod hoc non ante expugnationem Arcis Stockholmensis, anno demum 1523 (mense Junio) factam, fieri potuisse, expresse docet TEGEL l. c. p. 36.

landiae recenset MESSENIUS (*Scand. T. X p. 23*, cfr. *T. V p. 12*), locum illi XXIII assignans, (licet inauguratione caruisse fateatur), et a. 1522 constitutum fuisse significat; atque in *Chronico Finl. Rhythmico* laudibus, ut Lutheranorum conatibus (veterem doctrinam mutare audentibus) adversarium, ornat<sup>28</sup>). Sed eundem Auctor noster non nisi ut *Praefectum redituum Episcopaliū* fuisse huc missum, significare videtur, ipsius vere muneris Episcopalis officia omnino non attigisse? Quare quod de *Vincentio* mox narrat (*illi, priori? adjunctum fuisse* etc.) ad eundem *Johannem* trahere possis? Quamquam etiam de *M. Erico* commode interpretari queas. Caeterum de *Johanne* illo lepidam annotationem scriptor exempli *Chronici Juusteniāni*, quod in Bibliotheca nostra servatur Academica, textui subjunxit; quam eo libentius adponimus, quod ad aetatem codicis aestimandam simul pertinet<sup>29</sup>).

<sup>28</sup>) „*Johan Wüstgöthe* dernäst kom, På sin vigsel ej fick „lof från Rom“ (quasi tamen confirmationem Papae petisset?) „Kung Gustaf will ock ej dertill, Medan Bispen ei anta will „Trones förändring i sit stikt; För sådant och annat mer slikt, „Ifrån det kallet afsattes han, Ändock han var en tjenlig man“ p. 44 sq.

<sup>29</sup>) „Eo tempore quo ego *Michael Stwth* eram in servitio *Joannis* Wesgothi in *Wexö*“ (praedium nobile parociae *Kangasala*) „ab ejus ore audivi verba talia. *Tå jag var i Bisops stad*, så upbar iag någre penningar aff *Presterna* för the „ras oächte barn. Som iag kom fram för *Kon. Göstaf* med the „penningar, så sporde han hvad penningar the sculle vara? Jag „sade hvarföre the voro upburne aff *presterna*. Svarade *Konungen*, Medan the peningar äre hijt kompne, så må the här wara; „men här efter scal thet icke så skee, utan prester scola haffua „theres äckta hustrur“. [Quo nomine pecunia illa a Sacerdotibus, ob spurios suos exacta sit, non liquet; utrum per modum dispensationis, an per modum poenae? Prohibitum quidem saepe fuisse Episcopis, ne huic vitio sacerdotum, pecunia ab his recepta conniverent, reperimus; sed ipsa illa repetita saepius prohibitio, prodit multis hos reditus placuisse. Cfr. Statuta Upsal. apud III. NETTELBLADT *Schwed. Biblioth.* P. II p. 148, 155, 180, 194.] Dominum praedii illius fuisse, ibique postea habitasse putes? Sa-

96. Hunc *Magistrum Ericum Svenonis*, quem antea *Decanum* fuisse *Lincopensem* recte dicit <sup>30)</sup> MESSENIUS, a R. *Gustavo*, *Johanni* deposito a. 1525 subrogatum, XXIV idem numerat *Episcopum Aboënsem* <sup>31)</sup>. Etiam Auctor noster *post Johannem* fuisse in *Finlandiam deputatum* testatur. Unde RHYZELII narratio (l. c. VII Bok. III Cap. p. 343) minus accurata est, qui ita rem proponit, quasi simul *Johanni* reddituum *Episcopalium* administratio, et *Erico* Capituli regimen curaque *Dioeceseos* demandatae fuissent <sup>32)</sup>. Quum vero hunc *Electum* vocatum fuisse constet, non a Rege solo pro imperio constitutum, sed etiam Capituli suffragiis more fuisse solito designatum, inde colligas <sup>33)</sup>? Circa a. 1525 et

cerdotem vero fuisse, non apparet; ac redditus *Episcopales* collegisse, ex his etiam verbis liquet. Quid si eidem hoc negotium commissum fuit *Johanni Westgotho* (*Jöns Westgöthe til Wexö*) qui his florens temporibus ejusdem praedii Dominus audit, atque inter annos 1524, 1525 et 1526 *Praefectus Arci Aboënsi* fuit, a. 1536-1544 *Judex Territorialis superioris Satacundiae*, a. autem 1545-1550 *vicarius Legifer Fenniae Borealis*, ac fide apud R. *Gustavum* haud exigua valuit? Vid. de eo *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 45.

<sup>30)</sup> *Scand. T. V* p. 12 scribit: *Abogensis in Finlandia Prae-sul (?)* fuit aliquandiu post *Arvidi* mortem *Johannes Westro-gothus*, et illo per *Gustavum* remoto, *M. Ericus* *Decanus Lincopensis* illa potitur hoc tempore (circa a. 1523) *Cathedra*. Num alios habuit hujus asserti fontes, quam Auctoris nostri verba nimis libere explicata atque ornata?

<sup>31)</sup> *Scand. T. X* p. 24: „Circa eundem (a. 1525) *Gustavus* rex, *Johanni cathedrae candidato* *Abogensis*, *ceu dogmatis Lutherani adversario deposito*, *M. Ericum* subrogat, XXIV ibi „*Episcopum*.“

<sup>32)</sup> Adoptat ejus rationem *Nob. UGGLA* l. c. N:o 723, atque adhuc aptertius affirmat divisam inter illos fuisse muneris *Episcopalis* curam.

<sup>33)</sup> Idem significat *TEGEL* l. c. p. 42, scribens: „Och för-thenskuuld skreff sielff (ipse Rex *Gustavus*) sampt medh Canickerne -- Påven i Rom här om til ---- Sammaledes bleff tå med Påvens samtykke Mester Knut --- aff Canickerne i Upsala postulerat och uthwaldh til Erchiebiskop, --- Theslijkes Mester *Erich*, som var Decanus i Linköpingh til Biskop i Åbo.“ Addit *CELSIUS* l. c. p. 165, *Gustavum*, pro hoc negotio procu-



1526 Dioecesi praefuisse, atque inter Regni quoque Sena-

rando et confirmatione Pontificis novis Episcopis comparanda, *Magnum* quendam *Magni* Romam misisse. Quod a. 1522 factum fuisse, levi errore uterque narrat. Cum vero Bibliotheca nostra Academica apographa ipsarum Epistolarum R. *Gustavi* possideat, (cum trium aliarum, eodem circiter tempore ad Papam, *Adrianum VI*, ab eo missarum, quas omnes Romae ex Archivo Pontificis Romani descriptas, Generosiss. D:nus FREDENHEIM, *Summus Aedificior. Regior. Praefectus* etc. benigne huc transmisit) hoc de negotio Pontifici datarum; illarum exemplum, multis nominibus memorabilium, adjungendum esse merito duximus, quod tale est: „Devota pedum oscula beatorum. Beatissime Pater. Vacaverant diu ecclesie Cathedrales in terris nostris. Tandem Prepositi et Capitula earum supplicaverant clemencie nostrae, quod pro eis *quos rite et canonice elegerant*, literas nostras ad Sanctitatem vestram dare vellemus, ut eo citius solatio Pastorum et Episcoporum gaudere possent. Elegerant Prelati et Canonici Upsalenses, post resignationem D:ni Gustavi Archiepiscopi Upsalensis, Reverendum Patrem D. Johannem Ghotum, Sanctitatis Vestre Commissarium et Canonicum ejusdem Ecclesie Upsalensis, in eorum Archiepiscopum: elegerant Canonici Scarenses post mortem Vincentii Episcopi Scarensis Magistrum Veige haralli“ (leg. *Magnum Harald*) „Archidiaconum in Episcopum Scarensem. Similiter Strengenenses post mortem Domini Matthie Episcopi elegerunt prepositum Dominum Soimmaz“ (leg. *Magnum Sommar*) „in Episcopum Strengenensem. Prelati etiam et Canonici Arosienses post mortem D:ni Ottonis Episcopi eorum postulaverunt in eorum Episcopum religiosum patrem D:num Petrum Magni, qui jam est provisor Domus sancte Birgide in urbe Roma. *Et quamvis Episcopus Aboënsis Arindus*“ (leg. *Arvidus*) „superiori anno“ (itaque 1522!) „mortuus est, non tamen adhuc processit Capitulum Aboëense ad electionem novi Pastoris et Episcopi, propterea quod ipsa Ecclesia Aboënsis occupata fuerat per inimicos, a quibus eam nuper cum toto Ducatu Finlanche“ (leg. *Finlandie*) „eripimus et corone adjecimus. Grati sunt nobis et populo nobis subjecto omnes prefati electi Episcopi, quos Sanctitati Vestre confirmandos offerimus, supplicantes quod Sanctitas Vestra, attento periculo quod in his malis temporibus religioni ex vacantibus ecclesiis accidere possit, quantocius confirmet, atque gratiose de solutione debitorum Camere Apostolice cum eis agere dignetur, ex quo ecclesie jam pauperrime sunt, et omnibus rebus penitus spoliatae: et ultra hoc prefati electi singulos Episcopales census contra

tores locum obtinuisse, extra dubium est <sup>34)</sup>. Etiam hunc consiliis Regis, tributa Clero imponentis, ut et novae do-

---

„*inimicos Ecclesiasticae libertatis jam expenderunt, et adhuc quotidie expendunt: qua liberalitate S:a Sedes Apostolica ex Nobis et Regnis nostris majora beneficia consequetur, nosque in majus obsequium Sanctitati Vestre astringet, quam diu et felicissime valere optamus. Ex civitate nostra Regia Stocholmensi A:o D:ni 1523, 14 die Septembris, sub nostro sigillo.*

Gostavus Dei gratia

Svecorum et Gothorum Rex.

De mandato Serenissimi D:ni Regi ---

L. (Laurentius) Andree Secretarius subscripsi.“

Ex quibus patet literis, Mag. *Ericum* neque a Capitulo Aboënsi fuisse (tum quidem adhuc) electum, neque Papae nominatim commendatum. An igitur a Papa fuit ipso nominatus? Vel an literarum exhibitor in mandatis habuit, ut privatim eum Papae proponeret Episcopum Fenniae constituendum? Non liquet. Quod autem de expensis Camerae Apostolicae debitis condonandis, Rex petiit, tale fuit, ut totum negotium irritum reddere facile posset.

<sup>34)</sup> In Actis Magistratus Urbici Stockholmensis, ab *Olavo Petri* consignatis, quae edita habentur in Collectione praecelara Reverendiss. Archiepiscopi v. TROIL, *Skrifter och Handlingar til uplysning i Svenska Kyrko och Reformations Historien*, T. II p. 269 legitur: „Feria 6:ta ante Birgitte saate för rätte epter vor „nadigaste Herres befallningh“ (Stockholmiae) „Electus af Upsala, „*Electus af Abo*, Mester Larens, Peder Hard etc. offuer et skuld- „fordringsmal“. Ut Regni Senatores hoc iudicium habuisse, recte observat Editor. — In Collectione Actorum Publicorum *Stiernmanniana, Riksdagars och Mötens Besluth*, T. I p. 48 sqq., literae habentur Holmia a. 1526 d. 8 Aug. ad eundem *Electum Aboënsem* scriptae (nescio a quo, neque enim hoc investigavit prodiditque Editor, ut neque significavit ex quali exemplo aut ubi reperiundo descripsit etc.) *de subsidio Regi a Clero*, vi Decreti Comitalis faciendo: unde discimus, Clero Dioeceseos Aboënsis 3000 Marcarum tributum, *juxta Electi moderationem* (i. e. definitionem et partitionem) pendendum, fuisse impositum, praeter duas partes decimarum ejus anni ad ecclesiam quamque parochialem pertinentium (*Kyrko-tionden*; Nob. v. DALIN dicit 8 nonas partes, l. c. T. III P. I p. 144, sed cfr. ib. p. 134) Regi vindicandas, et Equites bene armatos ab Episcopo pro redditum suorum magnitudine (6 equites ex 400 marcarum redditibus) praestandos.



ctrinae (Lutheranae) per Fenniam propagari coeptae, restitisse, non improbabiler MESSENIUS narrat, eamque ob causam fuisse a Rege beneficio privatum addit <sup>35</sup>).

97. *Vincentium* hunc MESSENIUS *Gadensem* <sup>36</sup>) vocat *Episcopum* (in *Partibus* infidelium?) et Electi Erici *Vica-*

<sup>35</sup>) *Scand. T. X p. 24*: „Antistes, (a. 1525) decimarum ad „belli usus ecclesiasticarum applicationi, per Regem mandatae, „et stationi militum in coenobiis, communicato cum Lincopensi „consilio, audacter fuit reluctatus“. Unde „Circa a. 1527 M. „*Ericus*, Finlandiae Antistes, quod *per Vicarium*, scilicet *Vincentium* Gadensem Episcopum, suo muneri satisfaceret, innovationi „religionis ita obsistendo, a Rege privatur beneficio“. (Cfr. supra not. 31). In *Chronico* autem *Finl. Rhythm.* canit: „En „het Mäster Erik så begick *Han ämbetet af Kungen fick*. --- „*Pehr Särkelax* sig företog -- Utsprider then Lutherska tro „Hos alla them i Finland bo --- Thetta gjorde han säkert då „*Medan i landet ingen var Wigd Biskop som thet värk förtar*. „-- Men Biskopen ej lida kan Kungen vil så Luther hjälpa, Och „Påfvens sak härmed stielpa; At han ock tionden lade Til Krigs- „hielp, och hofmän hade I Klostren til borgaläger, *Så förtärde „hvad Guds folk äger*. Biskopen en suffragor (Suffragator s. „Suffraganeus) har Med hvilken han kring landet far Och sit „ämbete beställer, Mot Luthers sak resan gäller. Wred på honom ty Kungen blef, Och utur Biskops-sätet dref“. Nemini non patet, MESSENIUM et libenter commemorare, quomodo Regis consiliis sese *Ericus* opposuerit, laudi ei hoc non exiguae tribuens, et causam successus quo doctrina Lutherana in Finlandia utebatur haud levissimam in eo quaerere, quod nullus hoc tempore Dioecesi praeesset *Episcopus consecratus*. Quae omnia ingenium suum mentemque satis produunt! — Caeterum vel illa res, quod *Ericus* ille Lincopensis Capituli fuerat membrum, ubi *Johannis Braskii* contra novam doctrinam odium imbibendi consiliaque ejus pro Hierarchiae interitu impediendo discendi opportunitatem habuerat, (a quo etiam literas illas fuisse ad nostrum scriptas coniecimus, quarum supra p. 610 not. 34 meminimus?), valde verisimilem reddit MESSENIUM narrationem, quae reformationi ecclesiae *Ericum* obstitisse docet, idque *communicato cum Lincopensi consilio* factum asserit, cujus callidam rationem ipsae quoque illae allatae a STIERNMANNO literae non obscure produunt.

<sup>36</sup>) [Hujus *Vincentii*, *Gadensis Chorepiscopi*, opera antea usum fuisse (a. 1523, 1524 et 1525?) *Johannem Magnum*, Archiepiscopum Upsaliensem, narrat MESSENIUS *Scand. T. V p. 16.*]



rium<sup>37)</sup>, caeterum nobis ignotum: qui cum Consecrationis Episcopalis jam antea factus fuisset particeps, Episcopali quoque jure potuit homines *Chrismate confirmare*, quod *Erico* ordinationis Episcopalis experti, per canones Ecclesiae Romano-Catholicae non licuit<sup>38)</sup>.

De primis moliminibus reformandae Ecclesiae Fennicae, hoc ipso tempore factis, nullam aliam vel certiore vel plenior aliunde notitiam habemus, quam quae paucis verbis ab Auctore nostro traditur. Hinc enim MESSENIUM quoque sua hausisse, apparet. Neque de M. *Petro Särkilax*, primo hujus operis in Fennia auctore, plura quam quae hic docentur, scimus<sup>39)</sup>. Quo igitur anno ille Wittemberga do-

<sup>37)</sup> H. e. Adjunctum ei in iis muneris partibus, quas ipsi, ut nondum consecrato, peragere haud licuit, adiutorem: qui unde venerit, et a quo constitutus fuerit, omnino nescimus. Raros caeterum in patria nostra tales fuisse Episcopos, consecrationem sine Dioecesi (nisi nomine tenus) simul sibi tributa nactos, constat. Vocabatur autem ille, *Episcopus (Biskop Vincentius)* etiam ab ipso Rege *Gustavo*, ut verba ejus apud RHYZELIUM, *Monasteriol.* p. 301 legenda, ostendunt.

<sup>38)</sup> Non est improbabile, *Ericum* in Sacerdotibus quoque consecrandis opera hujus *Vincentii* fuisse usum, quod asserit RHYZELIUS (*Episcoposc.* l. c. p. 343), scribens: „Thenne (Ericus) „emedan han, såsom ovigd, icke vågade sig viga Präster, be- „tjente sig til Prästevigning af en som hette *Vincentius*, som „hade fått vigsel“: sed non de hac re, verum de Sacramento Confirmationis, nonnisi ab Episcopo consecrato fidelibus communicando, Auctorem nostrum loqui, manifestum est. Male autem mentem RHYZELII (qui non de *ordinibus sacerdotalibus*, quibus caruisse *Ericum* credi nequit, sed de *Episcopalibus* illis loquitur) cepit Nobil. UGGLA l. c. scribens: *Emedan han (M. Ericus) ej var vigd til Präst, jörrättades Prästvigningarne* (ad quas non sufficit ordinationem sacerdotalem accepisse, sed opus fuit etiam Episcopali) *af en vid namn Vincentius, som var sjelf Prästvigd.* Admodum autem turbat SPEGEL, qui (l. c.) ait: „Oansedt Jo- „hannes Vestrogothus, och M. *Ericus* i medlertid stodo efter Stif- „tet; doch förestod thenne *Ericus* så länge Biskops Ämbetet, „och *Vincentius* hafver något thertil hulpt, besynnerliga at up- „bära rüntor och inkomsterna.“

<sup>39)</sup> Quae MESSENIUS, *Chron. Finl. Rhythm.* pag. 75 sqq.

num redierit, definire haud valemus: quod enim Auctor noster (Editionis *Nettelbladiana* p. 82) ad a. 1522 hoc referre videtur, id ex minus accurata Textus sui constitutione provenit; quem pluribus consultis codicibus, ac Academico imprimis diligentius examinato, ipsoque etiam nexu orationis perpenso, ita constituendum jam judicamus, ut post verbum *admonuit* punctum apponatur, subsequencia autem verba (anno D:ni 1522) ad sectionem sequentem (*Illustrissimus Dominus* etc.) referantur <sup>40)</sup>.

Porro seriem primorum Episcoporum Evangelico-Lutheranorum, qui Dioecesi Aboënsi praefuerunt, ad ductum Auctoris nostri percurremus.

#### VICESIMUS QUARTUS.

Reverendus Pater D. MARTINUS *Skytte*. Ille in Episcopum eligitur Aboënses anno D:ni 1528, in feriis Trium Regum, dum illustrissimus Princeps et Dominus Gostavus Erii in Regem coronatur Sveciae. Hic *Martinus* ex nobili et honesta familia originem traxit suam. Fuit enim ejus pater Legifer Tavastensis <sup>98</sup>, qui curaverat filium suum primum institui in Schola Raumensi et Aboënsi <sup>99</sup>, unde se in Sveciam contulerat, et quorundam blanditiis illaqueatus, adjunxerat se ordini Sictunensium, qui, considerantes ejus bonam indolem, miserunt eum in Germaniam, ubi postquam aliquot an-

---

habet, (nam in *Scondia* ejus meminisse non reperimus) hinc esse illa quoque hausta, facile patet.

<sup>40)</sup> Accurate loquendo, non ante a. 1523 *Christiernus* cum suis penitus fuit e regno Sveciae profligatus. Si igitur Auctoris verba rigide explicamus, novum forte hinc oritur argumentum suspicandi, Chronologiam suam toto anno esse veritate seriorem? Cfr. supra p. 605 sq. not. 26, 27.

nis operam dederat bonis literis et doctrinae religionis, ac perlustrata Italia et magna parte Germaniae, rediit tandem ad praedictum coenobium, et post annos aliquot factus est omnium consensu et approbatione Vicarius ejusdem coenobii et totius ordinis Praedicatorum, cui ordini longo tempore laudabiliter praefuit. Inde vocatus est in Episcopum Finlandensem. Erat ipse D. *Martinus* vir summa pietate, sobrietate, modestia, vitae integritate q) conspicuus. Deinde sicut ipse erat amans Christianae Religionis, et propagator veri cultus Dei, sic erga omnes liberalitate fuit maxima; singulis enim diebus veneris, in qualibet hebdomada, (quoties domi erat) in eleemosyna pauperibus quinque aut sex marcas pecuniarum distribuere consuevit, praeter cibum, quo etiam ejus mandato pauperes ac mendici saepissime alebantur, adeo ut de eo vere dici posset: Orationes et eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam coram Deo. Sic ille in omni genere virtutum, aliis velut splendidum jubar praeluxit; donec curriculum vitae suae solveret. Habuit praeterea ille adhuc apud Collegium suorum Canonicorum illam jurisdictionem, ut conferret studiorum subsidia adolescentibus idoneis ad humaniores artes perdiscendas, et ad doctrinam religionis cognoscendam. Quare et in hac re memor sui officii, diligenter procuravit, ut Ecclesia non tantum suo tempore, verum etiam ut sequens posteritas idoneos et fi-

---

q) A. gravitate.



deles haberent ministros in instituenda pube Scholastica, et reliquo coetu Ecclesiae <sup>100</sup>. Missi ergo erant ad studia in exteros nationes (eo procurante) Canutus Johannis *r*), Thomas Francisci *s*), Simon Henrici Viburgius *t*), Michael Agricola, Martinus Teittus, Paulus Juusten, Ericus Herkepaeus, Jacobus Teittus; qui omnes facti sunt utiles ministri in Ecclesia Domini, unusquisque juxta donum et talentum sibi a Deo concessum <sup>101</sup>. Porro sicut aliorum Episcoporum temporibus status et dignitas Clericalis accrevit et floruit; ita a tempore Episcopatus D. *Martini* coepit immutari, decrescere et decidere, donec tandem prorsus in aliam propemodum formam transformatus est <sup>102</sup>. Retinuit quidem Episcopus redditus consuetos, sicut et alii Praelati et Canonici; sed imposito censu in frumento, pecunia, piscibus salis et siccis, quae omnia quotannis regio fisco pendere consuevit: ad eundem modum et reliquis ordinibus Cleri mulcta fuit imposita, quam singulis annis Holmiam versus deferre debuerunt; donec tandem decedentibus per mortem Canonicis et Praebendatis *u*) <sup>103</sup>. Nullus enim illis succedebat, sed omnes coloni et redditus Regiae cedebant Camerae *v*). Sic desiit Archidiaconatus, M. Petro Sillae in Domino obdormiente, anno 42, Junii 20; Domino Andrea, Canonico Beati Johannis, Domino

*r*) A. a secunda manu additum habet: *Effraominne* (in Eura *Åminne*) *natus*. *s*) A. a secunda manu additum: *Raumae natus*. *t*) A. *Wiburgensis*. *u*) M. addit: *plane defecerunt*. *v*) A. et N. *Coronae*.

Jacobo Blomen, relicto Canonicatu Petri et Pauli, D. Henrico Graculo, Canonico Clericorum, Praebendatis Trium Regum, Georgii, Annae *x*), cui omnium postremus praefuit D. Arvidus Nicolai, qui e vivis decessit anno D. 1544 *y*) <sup>104</sup>. M. Johannes Praepositus, vir magnae reputationis, constantiae, et prudentiae, reliquit Praeposituram, in Domino moriens *z*) anno 47, Junii 3 <sup>105</sup>. Paulo ante obierant in Domino Magister Simon Henrici Viburgius, vir in bonis artibus apprime doctus, et in Theologiae studio feliciter exercitatus, anno D:ni 1545. Similiter et M. Martinus Teittus, agens Paedagogum juniorum Principum Holmiae. Item anno 46 mortuus est in Domino M. Thomas Francisci, *Pastor in Kyro a*) <sup>106</sup>. Eodem anno obierat Reverendus Pater Doctor Martinus Lutherus in Germania, Islebiae, Feb. 18; unde Wittembergam transfertur *b*) Feb. 22, et sepelitur *c*) in templo arcis. Hujus Episcopi Martini temporibus corrui Papatus in tota Finlandia, abolitae sunt missae privatae et angulares, desiit aqua lustralis, cinerum et palmarum consecratio, cantus ecclesiasticus immutatus et correctus est. Svecicam missam in Ecclesia *d*) Aboënsi primus celebravit D. Laurentius Canuti, Sacristanus, natus in Sarfflax *e*); coacti sunt deinde eam ordine celebrare omnes, intercedente regio man-

---

*x*) A. *Amices*. *y*) Desiderari hic quaedam verba, facile est videre; quae autem supplere nescio. *z*) A. *dormiens*. *a*) Haec tria verba absunt ab M. et N. *b*) A. *translatus*. *c*) A. *sepultus est*. *d*) A. *templo*. *e*) Villa Paroeciae Perno in Nylandia. Sed Codex A. habet *Sawflax*, h. e. Savolaxia.

dato, anno (si recte memini *f*)) 38. Oleum vero et chrisma papisticum finem accepit circiter annum D. 1540 <sup>107</sup>. Coenobium ordinis Praedicatorum Aboënsis conflagravit totum die inventionis crucis anni 37; quod nunquam inde reparatum est, Monachis huc illuc per Presbyteria dispersis <sup>108</sup>. Anno D:ni 1546 *g*) conflagravit civitas Aboënsis fere tota, casuali incendio, una cum tecto templi Cathedralis et Curia Episcopali, relicta tantummodo septentrionali parte civitatis, quam annis dividit. Id factum est Martii 22, circiter *h*) Dominicam reminiscere.

Hanc tantam mutationem multarum rerum in Clero vidit Episcopus *Martinus*, jam senio confectus, quae tamen in juventute sua in toto Christianismo scivit reverenter longo tempore observata fuisse <sup>109</sup>. Anno D:ni 1548, obierunt strenui viri, Equites aurati *i*), D. Ivarus et D. Ericus Flemming, Decemb. 14, qui *k*) postea sepeliuntur *l*) in templo Pargas, Dec. 19. Supervixit autem Reverendus in Christo Pater D. *Martinus* usque ad finem anni 1550 <sup>110</sup>. Tunc senio et curis confectus, (prius tamen rebus suis omnibus per testamentum dispositis), in Domino obdormivit, Dec. 30, inter 9 et 10 horam noctis, et sepultus est in choro Corporis Christi, sub aeneo lapide, ad latus australe. Post ejus mortem vacavit sedes Episcopalis *m*) annis tribus cum dimidio.

---

*f*) A. (*ni fallor*). *g*) A. 1549. *h*) A. *in mense Martii post*. *i*) A. addit: *et fratres*. *k*) A. omittit. *l*) A. *sepeliti* (*l. sepulti*). *m*) Omittunt A. et N.



Nicolaus Grabbe, qui in patriae defensione et Danorum expulsionem virum fortem et strenuum se exhibuerat, obiit anno [1549]. Hoc ipso tempore discessit e vivis Biörn Classon <sup>n)</sup> 111.

### Notae Editoris.

Ab Ecclesiae suae Capitulo hunc fuisse *electum* et *vocatum*, licet Regis commendatione et auctoritate intercedente, num credere debemus? An a Rege solo nominatum et constitutum? *In feriis certe trium Regum*, (s. ut habet TEGEL l. c. p. 184, *die 5 Januarii*) ex mandato Regis, *Strengnesiae*, cum duobus aliis Episcopis *Electis*, a *Petro Magni*, Episcopo Arosiensi, *consecratus fuit*. Jam igitur antea fuerit electus, necesse est. Die autem 12 ejusdem mensis Rex fuit coronatus. Cfr. TEGEL l. c.

98. Notum est, hoc tempore in Finlandia non nisi duos fuisse *Legiferos*, *Fenniae* scil. *Borealis* et *Fenniae Australis* (ad cujus provinciam etiam *Tavastia* pertinuit). Cum igitur Patrem Episc. *Martini* Legiferum fuisse *Tavastiae* Auctor dicit, intelligendus est sine dubio *Legifer Vicarius*, cui potestatem juris per partem hanc provinciae suae suo loco dicendi, Legifer *Fenniae Australis* demandaverat? An ille fuit *Jacobus Petri* (*Jeppe Pehrsson*) de quo supra p. 574 not. 43, p. 580 not. 51 et 585 not. 6 commemoravimus? <sup>1)</sup> quique idem ille fuisse videtur *Jacobus Pehrsson*

<sup>n)</sup> Hoc additamentum omittit A.; spatio tamen vacuo majori relicto.

<sup>1)</sup> Mentio quidem fit a. 1455 *Jacobi Pedersson*, Officialis *R. Caroli*: an vero hic idem fuerit, non dixerim? Verba litterarum judicialium *Caroli Mattsson* Judicis Territorialis Nylandiae Orientalis, habent: „Then tidh jak Tingh hölt med almoghen i „Pyttis Soken --- 1455, fredaghen näst for St. Anders dagh, „*ärlighom manne Jeppe Pädersson*, mins nadugh Herre *Konungh* „*Karls embidzman här j landith*, ok flerom godhom mannom, „*Bothe Benktson*, *Andris Jonisson* ok *Paeder Rook* a wapn, när „*warandhe*, etc.“ (*Regist. Eccles. Ab. Fol. 160*). Certius vide-

de *Pidkala*, *Legifer*, qui inter membra *Fraternitatis Trium Regum* comparet (supra p. 426)? RHYZELIUS certe (l. c. pag. 343) confidenter patrem nostri hunc eundem fuisse asserit *Jeppe Pedersson af Porkala*, (utrum rectius quam quod *Registrum Eccles. Ab.* exhibet, de *Pidkala*, illud praedium Ecclesiae *Lampis* in Tavastia, hoc Ecclesiae *Siundo* in *Nylandia*, non dicam?); sed quo auctore, nescio. Mirum autem putes, Auctorem nostrum non prodere nomen viri in patria honorati, qui parens fuit Episc. *Martini*, fautoris et benefactoris sui, in cujus laudibus celebrandis haud segniter versatur. Caeterum e nobili familia *Skyttiana*, in his oris et antiqua et celebri, viros haud paucos cum civilibus tum ecclesiasticis functos muneribus, hac et superiore aetate floruisse, reperimus <sup>2)</sup>.

99. De Schola *Aboënsi* supra aliquoties commemoravimus (cfr. p. 236, not. 41, p. 237, not. 42, p. 380 not.

tur, nostrum fuisse qui in literis Consulium et Senatus Urbici Aboënsis a. 1466 datis, vocatur *ärlich ok velbyrdugh man Jeppe Püdersson* (ib. Fol. 276).

<sup>2)</sup> Cfr. supra pag. 549 not. 110. Sic *Geriko Skytte* in literis R. *Magni* de piscatura Episc. Aboënsis in *Lammas*, datis *Kumo* anno 1348 die b. Scolastice virginis, vocatur *Fogdhe j Österlandom. Reg. Eccles. Ab.* Fol. 109 et 164. *Henricus Skitte* ante a. 1441 Praebendam habuerat *Corporis Christi* (adeoque Tavastianam familiam cognatione attigisse videtur, cfr. supra p. 382, not. 14); *Laurentius Skötta* a. 1441—1450 *Canonicus* audit *Aboënsis*, et a. 1441 simul *Curatus in Hattula* (Litt. Coenobii Nådendal.), anno autem 1442 *Curatus in Perna* (Nyland.), ac a. 1454 *domum S. Henrici* Aboae inhabitasse dicitur (*Herr Laurens Skytta som j sancte Henriks gaardh sithther*). Vid. *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 215, 149, 143. Praeterea in hujus aevi monumentis occurrunt *Menichinus Skytte* a. 1378; *Benedictus Skytte* a. 1423; *Haquinus Skytte de Linninpä* (*Linnunpää*) a. 1429 sqq. cujus uxor fuit *Truda de Linnunpää*, postea nupta *Laurentio Bartholdi, Lasse Bertilsson*, Armigero, quaeque avunculum habuit *Magnum Diekn*); *Carolus Skytte* et *Nisse Skytte* a. 1439; *Paulus Skytte*, armiger (cujus uxor fuit *Ragnilda*, filia *Petri Dani, Ragnild Peder Danskes dotter*) a. 1466, etc. (l. c. Fol. 249, 230, 210, et Litt. Coenob. Nådend.). Omnes tamen hos ad eandem pertinuisse gentem, non asseveraverim.

11, p. 507 sq. not. 35, pag. 542 not. 98). Praeter Cathedrallem autem illam, etiam aliam apud Monachos *Dominicanos* floruisse vel inde liquet, quod inter fratres *Conventus Aboënsis* a. 1418 numeratur *Nicolaus Olavi*, *Lector Sententiarum* ibidem (in *Apographis Broocmannianis Fascic. XXXIX N:o 9*). *Raumensis* ante haec tempora mentionem factam haud quidem reperimus, quibus sub nomine *Collegii Raumensis* inclaruit: ipso tamen Monasterio *Franciscanorum* in ea urbe condito, multo juniorem non fuisse, putamus <sup>3</sup>).

MESSENIUS <sup>4</sup>) et post eum RHYZELIUS l. c. docent, *Martinum* nostrum post reditum ex peregrinatione Italica et Germanica (RHYZELIUS addit *Gallicam*), primum factum fuisse *Priorem* Coenobii Sigtunensis, et inde *Visitatorem Dominicanorum generalem* (s. ut Auctor noster habet *Vicarium totius ordinis Praedicatorum*) in Svecia. Auctor, qui *Priorem* fuisse non significat, (rem per se claram existimans?) *post aliquot annos* (ex quo redierat) factum docet *Vicarium generalem ordinis sui, cui longo tempore praefuit*: num hoc recte dicere potuit, si ante annum 1522 (quo a Rege, *Norvegum deponente Rohertum, designatum* fuisse MESSENIUS autumat, *Scand. T. X p. 23*) ei officio praefectus non fuit? Occulte *Luthero* (monachis indignantibus), favisse addit MESSENIUS <sup>5</sup>); quod cum Regi innotuisset, hoc ei *Episcopatum* meruisse; quem suscipiens licet *Papae obedientiam* promisisset, fidem tamen non servasse <sup>6</sup>). Quae nihil habent admirationis.

<sup>3</sup>) Cfr. RHYZELIUS *Monasteriol.* p. 299.

<sup>4</sup>) *Chron. Rhythm. Finl.* p. 47, *Scand. T. X p. 23*.

<sup>5</sup>) *Chr. Rh. l. c.* Dubitanter *Scand. l. c. p. 24.* „*Martinus, nobilis genere Finlandus, Monachorum Prior Sigtunensium et Vicarius per Scondiam totius Ordinis Dominicani generalis, quod Lutheri caussae magis quam antecessor*“ (*Ericus, Electus*) „*fortassis videretur favere, Finlandis Superintendentens assignatur.*“ RHYZELIUS *Wittembergae*, dum peregrinaretur, *Lutherum* andivisse addit; cujus placitis amicum si jam tum sese prodidisset, vix a *Monachis Dominicanis Coenobio et Ordini suo* per totam *Sveciam* praefectum fuisse, credas?

<sup>6</sup>) *L. l. c. c.* Cum ritu moreque *Catholico* fuisset consecra-



100. Reformationem Ecclesiae Fennicae sub hoc Episcopo peractam, describit etiam MESSENIUS l. l. c. c. Qui licet in plerisque Auctorem nostrum presso pede sequatur; quaedam tamen, ex ingenio pleraque, nec sine sensu indignationis prodito, addit. Neque vero omnia sua iudicia fundamento carent. Mox post celebratum Concilium Örebroëse, atque ad praescriptam ibi normam, inprimis anno proxime sequente 1530, Episcopum opus fuisse aggressum, et fidem veterem expulisse, narrans, idem contendit Canonicis atque multis Curatis Ecclesiarum ruralium reluctantibus hoc contigisse; quod facile credi potest. Vix autem aliis nixus fuit testimoniis, quam Auctoris nostri de censu, redditibus Canonicorum et Cleri imposito, illorumque praediis aereo sensim adjudicatis, narratione; interpretationibus et conclusionibus malignis aucta? Suspicionem hanc auget nostram, quod eosdem ut reformationis negotio oppositos recenset Capitulares, quibus mortuis Auctor noster haec munera cessasse, simpliciter audit. Porro itidem affirmat MESSENIUS, Episcopum (quem ipsum vitam egisse coelibem libenter observat) *contentum modica reddituum suorum portione annuorum, ex reliqua, sub D. Lutheri et Philippi disciplina VIII sustentasse alumnos; quorum opera, domum Witeberga deinde reversorum, tota sensim Finlandia Lutheranismum fuit amplexa* (Scand. l. c. p. 24). Etiam hanè rem paullo aliter Juustenus; qui primum non dicit Episcopum ex suis fortunis subsidia juvenibus literarum studiosis peregre versantibus praebuisse; deinde, non Wittebergam tantum missos, sed *ad exterarum nationes* (adeoque alias etiam sine dubio

---

tus, veteribus legibus nondum abrogatis, facile patet, eum Pontifici fidem non potuisse non obligare. Addit vero RHYZELIUS, idem hoc docens, nostrum anno sequente, in Concilio Örebroënsi, iuramentum suum revocasse Regique reddidisse; quod suo loco relinquimus. Praesentem certe in eo Concilio fuisse, (quod tamen MESSENIUS *Chr. Rhythm.* l. c. affirmat), non apparet; nec Decretum Örebroëse nomen ejus praefert. Cfr. TEGEL l. c. p. 216. Neque necessarium fuisse, ut fidem Papae datam solenniter rescinderet, putes.

Germaniae Academias adeundi potestatem habuisse) significat. Cum Auctor noster asserat, Episcopum *habuisse adhuc apud Collegium suorum Canonicorum illam jurisdictionem, ut conferret studiorum subsidia adolescentibus idoneis ad humaniores artes perdiscendas*; et mox addat, hos *ad studia* fuisse peregre missos, eo procurante: Rev. RHYZELIUS scribit „Konungen - - lät honom“ (Episcopum) „icke allenast behålla the gamla Biskopsinkomsterna; utan ock lämnade honom fri disposition öfver alla the rentor, som varit Collegio Canonicorum tilhöriga; dock med thet förord, at han, för en viss summa theraf skulle - - - vid the utländska Academier, helst Wittenberg, underhålla 8 qvicka Finska Studenter.“ Utrum talem conditionem Rex ei praescripserit, nos quidem nescimus; ex redditibus autem his ecclesiasticis tributum non exiguum aerario simul fuisse pendendum, mox videbimus. Certe VIII simul Wittembergae sustentatos fuisse literarum studiosos Fennos, non reperimus; neque hoc postulasse Regem, aut Episcopum constituisse, putamus. Neque de aliarum Canoniarum stipendiis, nisi vacantium, potuisse Episcopum disponere, certum est; quum Canonicis, qui in munere essent, non minus quam Episcopo, Auctore nostro teste, redditibus suis per dies vitae frui concederetur, praeter eam partem quam Rex aerario vindicavit, ex qua certe nihil ad juvenes studiosos sublevandos decerptum fuit. Putamus igitur, hanc veram esse et Auctoris sententiam et rei rationem, licuisse adhuc Episcopo nostro, (Rege hanc ei potestatem permittente) partim ex redditibus sustentationi adolescentium studiosorum olim jam tributis <sup>7)</sup>, partim ex illarum redditibus Canoniarum et Praebendarum, quarum possessores ultimi morte decesserant, stipendia juvenibus quibusdam ingenii felicioris (quorum VIII Auctor recenset) ad studia sua persequenda sensim praebere <sup>8)</sup>: sed

<sup>7)</sup> Cfr. supra p. 507 not. 35; p. 542 sq. not. 100; et p. 563 not. 16.

<sup>8)</sup> Illustrant rem literae *Michaëlis Agricolae* (in Monumentis Palmsköldianis legendae) de quibus infra, datae Wittembergae

quae benignitas postea cessavit, non sine gravi rei literariae Fennicae jactura. Utrum de suo Episcopus aliquid peregrinantibus his popularibus dederit, omnino nescimus.

101. Ne credas, simul hos omnes fuisse in Germaniam missos ibidemque sustentatos; sed sensim exteras oras adierunt: ut ex sequentibus apertum erit. Neque aliud dicit Auctor. Caeterum de fati plerorumque horum virorum, pro sui temporis apud nos conditione doctissimorum, atque de Ecclesia atque literis nostris meritissimorum, Auctor nonnihil postea commemorat. *Canutus Johannis*, natus in *Eura-Åminne* (parocia Satacundiae inferioris), *Magistri* honorem Wittembergae sine dubio reportavit. Anno jam 1541 Canonicum, simulque Pastorem fuisse Urbis Aboënsis, reperimus: quo munere fungenti (circa a. 1550, vid. infra) ei, una cum *M. Michaële Agricola*, Visitationis Episcopalis officium, loco senis Episcopi *Martini*, fuit commissum; neque hoc tantum, sed etiam a. 1556 a *R. Gustavo* in Russiam missum, pro salvo conductu Legatis Regiis, illuc profecturis, a Magno Principe Russorum impetrando <sup>9)</sup>. Inde, a. 1563 in locum Pauli Juusten ad Episcopatum Wiburgensem fuisse admotum discimus (infra; cfr. *Folia Hebd. Aboëns.* a. 1793, N:o 1, p. 1): ubi sequente anno obiit (ut infra docebitur).

*Thomas Francisci*, cognomine *Keyoy* (?) *Raumae* natus, *Magistri* honore Wittembergae ille quoque ornatus fuit; unde rediens, Rector Scholae Aboënsis fuit constitutus (circa a.

---

d. 20 Aug. a. 1537, quibus apud Regem de Praebenda S. Laurentii supplicat. Ac idem tamen in Libello rationum Ecclesiae Cathedralis Aboënsis *R. Gustavo* exhibito (de quo saepe commemoravimus) ipse dicit, Praebendam S. *Bartholomaei* sibi ex Germania reduci, ab Episcopo *Martino* fuisse in subsidium collatam, ac priori suae illi Praebendae (S. *Laurentii*) additam.

<sup>9)</sup> Nob. VON DALIN, qui eundem (male) vocat *Archipraepositum Aboënsem*, missum fuisse Muscoviam cum conditionibus pacis dicit, (cfr. TEGEL l. c. P. II p. 336 sqq.) ut aptissimum qui experiretur in quantum fidere spei oblatae liceret. *Svea Rikes Hist.* III Del. I B. 8 C. 126. p. 457.



1535?), de qua reformanda et docendi modo ibidem egregie emendando, insignia ejus fuisse merita, infra videbimus. Factus Pastor Ecclesiae *Kyroënsis* in Satacundia superiore (*Tavast-Kyro*), a. 1546 e vita abiit, ut narrat Auctor p. 616 <sup>10</sup>).

<sup>10</sup>) In *Actis Palmshöldianis*, N. XIV, Tom. LVIII, *Finl. och Tavastl.* p. 95 sqq. occurrunt *Annotationes quaedam memorabiles rerum gestarum in oppido Raumo et alibi* (inter a. 1536 et 1563); quas, cum ad illustrandas res Fennicas hujus temporis non ineptae sint, apponere hic placet:

„Ego *Henricus Matthei Raumoënsis* (ut conjicio ex relatione „aliorum natu grandiorum) sum natus anno etc. 1536 vel potius „1535 circa ferias Rogationum.“

„Anno D:ni 1536 combusta est civitas Raumae ex incendio „casuali.“

„A:o D:ni 1537 combusta est curia sacerdotalis ibidem.“

„Eodem anno grassata est pestilentia acriter satis in oppido Raumae, adeo ut mortui sint 200 homines.“

„Eodem anno *Nicolaus Thomae Öfveråminnensis*“ (leg. *Effrååminnensis*) „ex *Lavila* natus, ordinatus est ad officium sacerdotale in profesto sanctorum Angelorum.“

„A:o D:ni 1538 die Translationis S. Henrici (h. e. die 18 „Junii) expulsi sunt Monachi cum sua mala larva“ (an *caterva*?) „in malam crucem de *Claustro Raumensi*, quod ex gratia Regiae „Majestatis facta est curia sacerdotalis.“

„A:o D:ni 1539 adauctum est tributum Regiae Majestatis „in oppido Rauma in 200 marchis; antea vero fuit 80 marchae.“

„A:o D:ni 1542 obiit Dn. *Andreas Sassi*, Raum.“

„Eodem anno obiit Dn. *Andreas* Canonicus, pie memorie, „Raum.“

„A:o D:ni 1545 obiit Dn. *Paulus Henrici Barni* (?) Raum.“

„A:o D:ni 1546 obiit Dn. Magister *Thomas Francisci Keijo*, Raumensis.“

„Eodem Anno obiit Dn. *Nicolaus Thomae*, Oeconomus id „temporis Aboënsis.“

„A:o D:ni 1545 obiit D:nus Magister *Sveno* Canonicus, pie „memorie, Wiburgensis.“

„A:o D:ni 1546 combusta est civitas Aboënsis ex incendio „casuali, 21 Maji“, (leg. Martii), „Dominica Reminiscere.“

„A:o D:ni 1547 obiit Mag. *Johannes* Praepositus Aboënsis, „felicis memorie.“

„A:o D:ni 1549 obiit Dn. *Matthias* Sacellanus Raumensis „et institor“ (institutor) „juventutis ibidem, in vigilia divi Erii.“

*Simon Henrici Wiburgius* (quae appellatio *Wiburgi* natum fuisse prodit; *Henricus Simonis* in *Chronico Finland. Rhythmico* MESSENII p. 49 male vocatur), redierat ex Germania (circa a. 1538, eodem fere tempore quo *Michaël Agri-*

„A:o D:ni 1540 (1550?) obiit Dn. *Matthias Remer*.“

„A:o D:ni 1551 obiit Dn. *Martinus* Episc. Aboënsis die „Silvestri.“

„A:o D:ni 1557 obiit Reverendus in Christo Pater Mag. „*Michaël*, Episcopus Aboënsis.“

„Eod. A:o obiit *Sigfridus Bartolli* Borgensis, Pastor Ecclesiae „*Öffraâminne*“ (*Effra* s. *Eura-âminne*).

„A:o D:ni 1551 depulsi sunt cives Raumenses ad Helsingforsiam.“

„A:o D:ni 1555 inchoatum est prelium (bellum) Ruthenorum et Svecorum, *Jacobo Baggen* ductore.“

„A:o D:ni 1555 constituti sunt duo Ordinarii (Episcopi) „in Finlandia, alter videlicet Mag. *Michaël* ad Abo, [alter] *Paulus Justenus* ad *Wiburgum*.“

„A:o D:ni 1557 repulsi sunt cives Raumenses et Ufsbyenses a Helsingfors denuo ad sua priora habitacula.“

„Eodem anno obiit *Ericus Torkelli* Raumens.“

„A:o D:ni 1556 adveni ex Forsia *Wiburgum*, circa ferias „*Philippi* et *Jacobi*; Julii 9 anno promemorato coepi hospitari „apud *Laurentium Andreae Keiffve*; anno vero 1559 Julii 22, „quae est *Mariae Magdalena*, coepi hospitari apud Dn. Ordinarium *M. Paulum*.“

„A:o D:ni 1557 constituebar a Rectore *Laurentio Biure* (?) „in Collaboratorem.“

„Anno 1549 (1559?) assumpsi (licet indignus) sacros „ordines.“

„A:o 1560 constitutus est Dn. *Olaus Sigfridi* in Rectorem „*Scholae Wiburgensis*, Augusti 13, egitque Rectoratum feliciter „non tribus integris annis; nam anno 1563 Aprilis 21 ex hac „*lachrimarum valle* migravit.“

Deinde aliae sequuntur Adnotationes, similis tenoris, ab Anonymo (*Wiburgensis Ecclesiae Ministro*?) concinnatae:

„A:o 48 (Dni 1548) obierunt strenui viri Equites Aurati „Dn. *Christophorus Andreae*“ (*Röd*, R. Senator et Cancellarius, qui *Lubecae* exul obiit, unde hoc ejus elogium parum expectatum obvenit; vid. v. DALIN l. c. III D. I B. VI C. §. 21, p. 366 sq.) „artium liberalium Magister, vir pietate, doctrina et „generis claritate perspicuus, Dn. *Ivarus Flemingsh*, Dn. *Ericus*

cola) *prima vice*, triennio fere post reditum M. *Thomae Francisci*. A. 1543 rursus Witembergae versabatur, Magistri jam auctus nomine; ad quam vero deinde translatus fuerit in Patria stationem, aut ubi obierit, (quod a. 1545 evenisse,

„*Flemingh* Decemb. 14, columna et flos Finlandiae post Deum et „Serenissimum ac Clementissimum --- Regem. Sepultus est in „templo Beristas“ (I. *Pargas*, Finlandiae Australis) „Decemb. 19.“

„A:o 1546 obiit reverendus pater D. Martinus Lutherus „Februarii 18 Islebiae, unde 22 Febr. Wittebergam transfertur „et sepelitur in templo arcis.“

„It. Dn. Mag. *Thomas Francisci* Raumensis in Kyro Ta- „vastie.“

„A:o D:ni 1552 April. pars occidentalis civitatis Aboënsis „incendio casuali desolata est.“

„A:o D:ni 1549 conflagravit incendio casuali tertia [pars] „civitatis Aboënsis, quae vocatur *Mätäjersvi quarter*, idque con- „tigit Maji 27.“

„A:o 1554 obiit Johannes Fridericus Dux Saxonie.“

„A:o 1554 vir pietate et doctrina clarus *Paulus Juusten* „factus est Ordinarius Wiburgensis.“

„Eod. anno ac fil.“ (leg. *die*) „ingentis eruditionis vir *Mi- „chael Agricola* factus est Episcopus Aboënsis.“

„A:o 1544 ritu solenni introducta est in urbem Prussiae „*Regium Montem* Academia, Augusti 17.“

„A:o 1541 missus est Juustenus in Rectorem Scholae Wi- „burgensem, ibique mansit 2 annis Jedo“ (includendo?) „mensem „Junii 20, Oct. 8.

„A:o D:ni 1563 missus est *Laurentius Petri* Helsingensis „in Rectorem Scholae Wiburgensem, suscepitque scholas mode- „randas die 6 Novembris. Resignavit A:o 1571, factus Pastor „Wiburgensium. Cui successit Dn. *Thomas Laurentii* Tamme- „lensis ---

„A:o D:ni 1578 obiit reverendus vir M. *Ericus Härküpä* „Episcopus Wiburgensis, Februarii 4, inter 7 et 8 horam ve- „spertinam. Sepeliebatur in summo choro templi ejusdem urbis, „sexto die ejusdem mensis. Anima autem in sinu Abrahae be- „ata vivit.“

„A:o D:ni 1580 obiit meus dilectissimus Pater Decemb. 18, „inter horam 1 et 2 pomeridianam, humatusque est 21 ejusdem „mensis, qui est dies S. Thomae Apostoli, in summo choro tem- „pli Wiburgensis: cujus anima nunc requiescit in sinu Abrahae.“

„A:o restitutae salutis CDXXCVI (MDXXCVI) excitus est



Auctor noster p. 616 prodit) rescire non potuimus. *Virum in bonis artibus apprime doctum et in Theologiae studio feliciter exercitatum*, Auctor hunc popularem atque fautorem suum vocat.

*Martinum Teittum*, Magistri nomine ex Germania reportato, *juniorum Principum Regionum* (ex secundo R. *Gustavi* conjugio natorum) institutioni adhibitum, a. 1545 decessisse, Auctor docet (p. 616). Num hic parens fuit illius *Gregorii Teit*, *Martini* filii, qui exeunte seculo XV *Rector* fuit Scholae, et deinde *Pastor* Ecclesiae *Aboënsis*? De quo cfr. D:ni Mag. PET. JOH. ALOPÆI, (R. Gymnasii Borgoënsis jam Adjuncti), *Specimen Hist. Literariae Fennicae*, Ab. 1793 sqq. 4:o editum, Part. II p. 28 sq.).

*Ericus Herkepaeus* (sive ut ipsum scripsisse nomen suum deprehendimus, *Herchepe* l. *Härküpää*, quod *Caput Bovis* Fennice significat <sup>11)</sup>), *Magistri* titulo ille etiam de-

„sorte fatorum ex hac lachrimosa vita venerabilis vir Dn. *Martinus Winther*, *Pastor* *Wiburgensis*, efflavitque animam Martii „14 in crepusculo noctis inter 5 et 6 horam; et 17 die mensis „ejusdem in summo choro humatus est, cujus anima cum omnibus sanctis nunc in Ecclesia triumphante canit Sanctus Sanctus „Dominus Zebaoth.“

<sup>11)</sup> Svetice *Orhufiwud*; quod *MESSENIUS* (*Chron. Finl. Rhythm.* p. 49) interpretatur *Ur-Hufiwud*, nisi legendum sit *Æjur-Hufiwud*? Caeterum *RHYZELIUS* (*Episcoposc.* P. II p. 54) dicit, eum natum fuisse in praedio *Herküpe* (*Härküpää*) Paroeciae *Nylandensis Perno*: unde cognomen retinuerit. Sed quod addit, eundem *Scholae Wiburgensi tanta cum laude omniumque applausu praefuisse, ut dignus haberetur qui ibidem primum Archipraepositus, ac deinde, post mortem M. Pauli Justen Episcopus a. 1576 feret, ac anno demum 1580 obiisse*, illud a veritate prorsus est alienum: nec minus falsum est quod P. II p. 347 asserit, *Juustenum* licet ab Episcopatu *Wiburgensi* ad *Aboënsen* (a. 1563) translatum, tamen illius Dioeceseos administrationem usque ad mortem suam (a. 1576) retinuisse. Successit enim *Juusteno* in Episcopatu *Wiburgensi* mox (a. 1563) *M. Canutus Johannis* (vide infra et p. 623) eique brevi mortuo, *M. Ericus Herküpäus* a. 1568; qui a. jam 1578 obiit, ut annotatio Auctoris coaevi, in nota proxime praecedente allata, manifestum reddit. Ad quae porro illustranda hoc adjungemus initium *Catalogi Episcoporum*

coratus, Wittembergae a. 1551 honorifico *Philippi Melancthonis* testimonio munitus <sup>12)</sup> domum rediens, Rector pri-

*Wiburgensium, ex Actis Palmköldianis (Vol. Carelen T. LXI, p. 533) descripti:*

„*M. Paulus Juusten* år 1554 förordnad til Biskop uti Wi-  
„borg, och aff Biskoppen uti Strengnäs D. Botvido thertil invigt.“

„*Canutus Johannis.*“

„*M. Ericus Härküpä (Herchepe)* Rect. Gymn.“ (h. e. Scholae)  
„Aboënsis, blef Biskop uti Wijborg 1568, obiit 1578 d. 4  
„Febr. inter 7 et 8 horam vespertinam, et sepeliebatur in summo  
„choro templi Wiburgensis.“

„*M. Ericus Erici Finlandus, 1583.*“

„*M. Oluf Elimaeus* Kyrkioherde vid S. Nicolai Kyrkia uti  
„Stockholm, förordnad 1618 (d. 16 Julii) at vara Biskop uti  
„Wiborg.“

„*M. Nicolaus Magni.* Dog 1632.“ etc.

*Archipraepositum* aliquem Wiburgi primis illis temporibus fuisse, non reperimus. Nec *Herkepäum* Scholae Wiburgensis praefuisse, series Rectorum hujus Scholae in *Annotationibus* nota proxime praecedenti (10) allatis exhibita, vel suspicandi ansam praebet. Neque si ante Episcopatum a. 1568 susceptum, per 12 aut 13 annos Scholae Aboënsi praefuit, ac ei a R. *Johanne III* (ut *Magno Principe Finlandiae*, quae dignitas ei a. 1556 data) praefectus fuit, Wiburgensem Scholam regere potuit; nisi mox post reditum suum inter a. 1551 et 1556 contigisse, quis docere possit? Cfr. *Fol. Hebd. Ab. a. 1793 N:o 1.*

<sup>12)</sup> In Literis ad R. *Gustavum* commendatitiis, dat. Witeb. Idibus Januar. a. 1551 (apud *CELSIUM Monum. Politico-Ecclesiast. ex Archivo Palmköld.* Ups. 1750-1753, Cont. I. p. 19 sq.); ubi scribit: „dedi huic *Erico Herchiepe* Finlandiensi testimonium, ut ejus studia Regiae Majestati Vestrae commendarem. „Vir honestus est et gravis, et cum *Rostochii* virum doctissimum „*Arnoldum Burenium* audivisset biennio, postea in hac Academia „*triennium commoratus, ad studia Latinae et Graecae linguae „etiam Ebraeam adjunxit, ut rectius enarrare sermonem propheticum posset. Et doctrinam ecclesiae Dei recte didicit et „consensu amplectitur, quam et Suedicae et nostrae ecclesiae „Christi profitentur. Cumque sciat ad dexteritatem in docendo „prodesse philosophiae cognitionem, etiam harum artium doctrina se instruxit quas Philosophia continet. Nec vero dubito „quin Regia Majestas Vestra maxime velit ut passim ecclesiis „praeficiantur viri honesti, eruditi et moderati. Talem esse hunc „*Ericum* Regia M. V. cognoscet. Est et haec ejus virtus lau-*

mm Scholae Aboënsis (a. 1556?) constitutus fuit, ac deinde a. 1563 Episcopus Wiburgensis renunciatus, ubi a. 1578 die 4 Februarii vitam cum morte commutavit <sup>13)</sup>.

„danda, *quod redditum sibi ad Academias concedi orat*, ut de „multis doctrinarum partibus eruditionem augeat et iudicium con- „firmet.“ etc.

<sup>13)</sup> Cfr. Nott. proxime praecedd. 10 et 11. Rectorem autem Scholae Aboënsis fuisse, atque de illa bene meruisse, Epistola sua docet (cujus exemplum in Collectione sua Monumentorum ad res Patriae illustrandas pertinentium locuplete ac saepius nobis laudata servatum, benigne nobiscum communicavit Cel. NORDIN) ad Regem (*Johannem III* sine dubio, ad alium enim referri commode nequit) scripta; ex qua, Dissertationi Dn. M. ALOPAEI nuper citatae, P. I, p. 22 sq. inserta, haec excerptenda hoc loco duximus: „Vestra Majestas *ante duodecim aut tredecim „annos me in Rectorem Scholae Aboënsis constituit*, cui pro mei „ingenii medioeritate sic praefueram, ut ecclesia fideles et ido- „neos adhuc ministros habeat, mei Rectoratus tempore institutos, „quamvis malevoli meam qualemcunque diligentiam et existima- „tionem calumniis saepe obscurare tentarunt. Nec porro lateat „Vestram Majestatem, quod *ante biennium coepi tradere juventuti „initia Graecae linguae, quod studium intellexi non prorsus inane „esse in nonnullis auditoribus*; malevoli autem metuentes ne ali- „quid gloriae aut existimationis hujusmodi conatus mihi parerent, „statim coeperunt quaerere occasiones removendi me ab officio „Scholae administrandae. Itaque *hoc currenti anno ex insidiis „adorti, ab officio Rectoratus me removerunt, constituto alio quo- „dam neophyto sacerdote in Rectorem, non data mihi alia provi- „sione*. Nunc igitur incertis sedibus vagabundus sine officio et „beneficio erro. Hanc gratiam pro molestiis quas sustinui in „puerorum institutione, toto illo tempore quo Rectoris officio fun- „gebar, reddiderunt. Vehementer et studiose Vestram Majesta- „tem suppliciter imploro, ut mihi decernat administrationem officii „apud Aboënses, nimirum in hunc usum et finem, ut publi Schol- „asticae quae ibi musas colit, initia Graecae linguae discendae „tradam, sicut coepi cum adhuc Rectoris officio fungerer; nec „puto piis et eruditis ecclesiae doctoribus alienum videri a recta „et sana juventutis institutione, statim ab ipsa prima aetate, „quando juniores Latine discere incipiunt, simul etiam Graeci „sermonis cognitionem paullatim eis instillari. Haec enim con- „suetudo in Scholis particularibus Germaniae, ubi respublicae et „ecclesiae sunt recte institutae, servatur, ut pueri discentes La-



*Jacobi Teitti fata incognita nobis sunt.*<sup>14)</sup> De Mi-

„tinam Grammaticam, statim etiam imbuantur in Graeca. Po-  
 „stremo Vestram Majestatem oro, ut reditus quos hactenus a Ve-  
 „strae Majestatis munificentia habueram, adaugeat: quia parva  
 „illa accidentia, ut didactra quae a Scholasticis Rector sublevare  
 „solet, postquam ab officio Rectoris remotus sum mihi adempta  
 „sunt.“ Literas has sub exitu a. 1568 fuisse scriptas, quo R.  
*Johannes* sceptrum (mense Septembri exeunte) capessivit, indubium  
 videtur; siquidem hoc eodem anno *Herkepaeus* sedi Wiburgensi  
 admotus fuit, ac initio literarum Deo gratias agendas autumat,  
 quod Regem ex angustiis liberaverit et in gradum majestatis re-  
 stituerit; addens: nisi enim *Vestra Majestas sic nobis nunc resti-  
 tuta fuisset, et belli praesentis incendium extinxisset, metuendum,  
 ne ruinis et dissipationibus majoribus respublica Svedica labe-  
 factata et tandem eversa periret.* Neque credibile est *Herke-  
 paicum*, qui officio privatus eodem quo has literas exaravit anno  
 fuerat, diu cunctatum ex quo Rex (cui et idem officium, ante  
 12 aut 13 annos sibi collatum, et stipendium, ut videtur extra-  
 ordinarium, accepta debuit) solium occupavisset, quin de injuria  
 sibi facta apud eum quereretur, atque restitutionem muneris adempti  
 peteret. Quos ille inimicos habuerit, quorum malitia officium per-  
 didisset, ipso tacente conjicere non valemus. *Paulus* quidem  
*Juusten* Episcopalem tenuit dignitatem; sed neque illam pravita-  
 tem ac barbariem in viro egregio suspicari facile licet, neque in  
 potestate fuisse Episcopi credi potest, Rectorem privare munere  
 quod *Civilis Magistratus beneficio ac diplomate* acceperat; proba-  
 bilius habeas, a Reg. *Erics* Praefectis, ut nimii fortassis in Du-  
 cem *Johannem* affectus suspectum, *Herkepaicum* (aemulis suis in-  
 stigantibus) fuisse ab officio remotum? Unde nec est improbabile,  
 eundem postea a Rege, cum in fidei remunerationem, tum in  
 passae injuriae reparationem, in sedem Wiburgensem fuisse eve-  
 ctum: cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 1. Neque quis *neophytus*  
 ille fuerit *sacerdos*, quem in nostri locum hujus inimici surroga-  
 verant, expiscari valemus; utpote cum seriem Rectorum qui inter  
*Juustenum* et *Christianum Agricolam* Scholae Aboënsi praefue-  
 runt, haud teneamus. Singulare autem est, introductum a viro  
 meritissimo in Scholam *studium linguae Graecae* (cujus tamen  
 nonnisi *initia tradere juventuti coeperat*) invidiam ei inprimis  
 conflasse! Hujus igitur linguae cognitio ad illud usque tempus  
 neglecta prorsus in Finlandia fuerat! Quid igitur de *Hebraea*  
 putabimus, cujus nec illius *Herkepaicum* fuisse imperitum, ex  
 allato supra (not. 11) testimonio *Melanchthonis* didicimus?

<sup>14)</sup> Non enim permittit ratio temporum, eundem putare M.

*chaële* autem *Agricola* et *Papulo Juusten*, infra ex instituto dicemus.

Si plures etiã, praeter hos VIII, adolescentes literis deditos, atque in Germaniam hoc tempore profectos, publica beneficentia fuisse adjutos quis docere valuerit, nos habebit facile sibi assentientes, qui neque unde Magister *Petrus Särkilax*<sup>15)</sup>, neque unde *Laurentius Canuti* Sacristanus<sup>16)</sup>, emendatae doctrinae quam propagabant, placita hauserint, alias indicare possumus.

---

*Jacobum Finnonem*, qui circa finem seculi XVI:ti et initium XVII:mi, primum Scholae et deinde Ecclesiae Urbicae Aboënsi praefuit, ac *Precum formulis* et *Hymnis Publicis Fennicis* (nec non cationibus Scholasticis Lat.) apud nos emendandis egregie de popularibus suis meritus fuit. Cfr. SCHEFFERI *Svec. Liter.* p. 316 sq. *Fol. Hebd. Ab. a.* 1796, N:o 17 et 18, atque Diss. cit. Cl. ALOPAEI P. II p. 28 sq. (ubi alterius quoque M. *Jacobi*, qui in Schola Aboënsi ille etiã docuerat, mentio injecta reperitur).

<sup>15)</sup> *Petrum* hunc exteras adiisse Academias, vel *Magistri* titulus qui eidem ab Auctore nostro tribuitur, manifestum redderet, si etiã expresse (p. 597) non docuisset, eum *venisse ex illo Wittembergensium coetu in Finlandiam*. Quodnam hic munus gesserit, nescimus; nisi quod Auctor ibidem asserat *et in Scholis et in Ecclesia Aboënsi de doctrinae Evangelicae repurgatione ex idolomania papistica fideliter docuisse et constanter admonuisse*. Ac fructu hanc diligentiam suam non caruisse, vel exemplum ostendit *Mich. Agricolae*, quem idem (v. infra) *imbibisse vera seminaria doctrinae Apostolicae illo docente et praedicante*, postea addit.

<sup>16)</sup> An et hic *Lutherum* audierit, non constat. *Magistri* nomine non decoratur. *Sacristanum*, (*Sacristam* vel *Thesaurarium*) munus gessisse ecclesiasticum, ad quod pertinuit custodia sacrorum vasorum ejusque generis, vestimentorum ecclesiasticorum etc. (verbo totius thesauri ecclesiastici), docet *Glossar. Cangianum* voc. *Sacrista*. Hunc *Laurentium Missam Svecicam in ecclesia Aboënsi primum celebrasse* docens Auctor p. 616 (MESSENIUS per praecipitantiam canit „På Finska har den först messat „i Åbo“ *Chron. Rhythm. Finl.* p. 48), dicit eum *natum fuisse* sive in *Sarflax* (s. *Sarwlax*), praedio nobili paroeciae Perno in Nylandia, sive in *Sawlax*, hodie paroecia S. *Michaëlis* in Savolaxia, prout lectionem Codicis vel *Nettelbladiani* vel *Academici* nostri adoptaverimus.

**102.** Salutarem hanc Reipublicae <sup>17)</sup> et amicam vero Religionis consilio mutationem, non potuisse non hominibus ejus temporis valde memorabilem videri, ac Ordinis Ecclesiastici membris non omnibus usquequaque gratam, (quotquot scil. pristinum ejus splendorem meminerant, atque potentiam, opes, commodaque ejus infracta, redditus extenuatos, Instituta deleta, possessiones dissipatas, praediaque partim aerario vindicata, partim privatis, imprimis potentioribus et procacioribus, nec semper optime meritis, permissa cernebant, ecclesiastica et literaria re saepe negligentius interim fota et curata), mirum obvenire minus debet: qualem sensum hic etiam Auctoris nostri locus prodere videtur <sup>18)</sup>. Res scilicet Civitatis afflictæ R. *Gustavum* cogebant, parciora usibus piis ac institutioni juventutis (cujus tamen deficientis fructum acerbum, ex defectu hominum ad varia officia publica administranda idoneorum, de quo non semel questus fuit, ipse satis percepit) subsidia ex spoliis ecclesiasticis praeberere, quam adjutores sui in Reformandæ Ecclesiæ negotio Clerici optabant, ac ipse sine dubio fuisse praebiturus, si in statu integro remp. regendam suscepisset: unde his saepe severitas et parsimonia sua minus probabatur. Quam rem, praeter sententiarum aliarum, cum Theologicarum tum Ethicarum et Politicarum <sup>19)</sup>, in animos illorum vim, non inter causas fuisse infimas credas frigoris et offensarum, Regem inter atque *Laurentium Andreae, Olavum Petri* etc. exortarum <sup>20)</sup>. Sed praeclare haec desideria po-

<sup>17)</sup> Cfr. Nobil. AF BOTIN, *Beskrifn. om Svenska Hemman och Jordagods* I D. 3 C. §. 2—6, haud miti in Clerum Pontificium, ac maxime Antistites ejus, animo rem depingens.

<sup>18)</sup> Collatus cum alio, infra mox occurrente (pag. 616), de quo mox.

<sup>19)</sup> [*Democratiae* fuisse faventiores quam *Monarchiae* (et imprimis *Aristocratiae*?) colligi potest ex gravaminibus contra *Laurentium Andreae* et *Olavum Petri* a Rege *Gustavo* ipso adductis. Cfr. CELSII *Monum. Politico-Ecclesiastica ex Archivo Palmköld. edit.* p. 26 sqq.]

<sup>20)</sup> Cfr. Literae R. *Gustavi* ad Archiep. *Laurentium Petri*, dat. *Gripsholmiae* d. 24 Dec. a. 1554, in Appendice ad Hist.



stea explerunt Regum sequentium, maxime *Gustavi Adolphi* et *Christinae*, munificentia, Xenodochiis, Scholis, Gymnasiis Academiisque instituendis et dotandis demonstrata; magnam partem ex priscis bonis ecclesiasticis (decimis, prædiis revocatis etc.) subsidia nactis. Verum haec obiter.

**103.** Vi Decreti Comitiorum Arosiensium (*Vesterås-Recess*) et Ordinantiae Arosiensis, a. 1527, Rex hanc potestatem exercuit; cfr. v. STIERNMAN *Mötens och Riksdagars Beslut* T. I p. 75 sqq., TEGEL l. c. p. 167 sqq., BOTIN l. c. §. 6 sq. Narrat MESSENIUS (*Chron. Rhythm.* p. 48 sq., *Scand.* T. X p. 24) Regem imposuisse Capitulo et Episcopo Aboënsi tributum annuum 700 *Marcarum Denariorum* (s. *tremissium*, (*Mark-örtugar*) et 288 librarum (*Majoris generis*, s. decies duplicatas, Svetice *Lispund?*) *Butyri*: quod tributum, contra Auctor noster *in pecunia, frumento ac piscibus salsis et siccis* fuisse solutum docet, summa ipsa non indicata; addens, *singulis annis Holmiam versus deferre*, Episcopum ut et reliquum Clerum haec sua tributa, non parum aucto inde incommodo, necesse habuisse <sup>21)</sup>. *Ecclesiam qui-*

---

*Eccles. Spegelianam* (*Skriftelige Bevis hörande til Svenska Kyrko-Hist.* etc. Upsaliae 1716 a Rev. ER. BENZELIO Fil. edita, p. 99 sqq.) et aliae dat. Holmiae d. 24 Apr. 1539 ap. CELSIUM l. c. Cont. II p. 32 sqq. ac v. DALIN l. c. C. VI, §. 1, 4, 7.

<sup>21)</sup> Certiorem vero ac pleniorum rei rationem exhibet monumentum, quod ex egregia Collectione *Nordiniana* attulit Reverendiss. VON TROIL (*Skrifter och Handlingar til uplysning i Svenska Kyrko- och Reformations-Historien*, IV Del. p. 345 sq.) „*Register på the Contracter som gjorde äro medh Bisperne, Capittlen och klostren i all Stichten.* Aff Bispen i Aabo. Item, „*skall Bispen i Aabo giffua vor Nädighe Herre utaff Biskops „stolens renta årligha, först Redha penningar I M mark. Om „Erici, Shmör IX Lester“* (h. e. 1296 libras, lispund?), „*Geddor „X skippund, Lax III lester, Korn VI lester, Rogh VI lester, „Haffre IV lester. Om Erici. Kornet och Roghen skall han „venda i penningar til godh rekning i år, och thet annet skall „han lata koma hiit til Stockholm. Aff Capitulum i Aabo.* „*Item „skall Capitulum i Aabo giffua vor Nädighe Herre årligha utaff „theras renta, först Redha penninga VII. C mark, Shmör IV „lester.*“ *Ibid.* Inter Monasteria Nådendalense non comparat: sed

dem *Cathedralem* et *Canonicos*, ex conventione cum Rege facta, aerario quotannis (praeter pecuniam) IV *duodenas Tonnarum Butyri* (4 *Lester*), h. e. cum Tonnae cuique XII librae majores (*lispund*) tribuuntur, 567 tales libras, pependisse (*Taxan*) novimus<sup>22)</sup>. Quantum autem a reliquo Clero Finlandensi tributi hujusmodi exactum (sive quanta, ut Auctor loquitur, *mulcta* ei fuerit *imposita*), ignoramus. Nisi solam pecuniam pro militibus hospitio excipiendis, *Borglägers Penningar*, ab iis exactam putemus? De qua re mox. Quo autem Rex aestimare rectius opes Hierarchiae, atque sic pro earum ratione *censum* hunc definire posset, ex decreto itidem Comitiorum eorundem Arosiensium Episcopos eorumque Canonicos jussit praediorum redituumque suorum omnium accuratos sibi exhibere indices; qualem indicem diligentem<sup>23)</sup> bonorum ad *Ecclesiam Cathedralem* Aboënsem,

p. 350 additur: „Rentan af Prebenda Animarum i Åbo VIII tunnor smör (96 lispund). Dito dito af nya Kor stundom III, „stundom IV tunnor smör.“ Quod tanto magis est mirandum, quo majores *Novi* illius *Chori Praebenda* habuit reditus, quam *Praebenda Animarum*; ut infra patebit. Illustrantur ac confirmantur haec, quoad tributum Episcopi, literis ejus ad R. *Gustavum* a. 1530 die *S. Mauriti* (22 Sept.) datis, quarum exemplum, ex veteri descriptum apographo (Bibl. R. Stockh.) *Fol. Hebd. Ab.* a. 1796 N:o 8 inseri curavimus, ubi inter alia legitur: „Yttermere käre Naduge Herre, om then deel iach staar til „ryggia med Smör och Gedder, til par tunnor för tetta året, „achtar iach her epter i höst utöfver skicka, thet förste iach ter „kan få scheprum till. Men til at upfylla Laxen ester pachten“ (sc. pepigerat cum Rege, de certa summa cujusque generis quotannis transmittenda) „hafver iach ingen macht, förty han figx „ganska ringa i åhr, som Eders Nåde vijdare hafver förnummit.“

<sup>22)</sup> Docetur in Indice Decimarum Ecclesiae Cathedralis Aboënsis et Canonicorum, nec non Praediorum (cum vectigalibus suis annuis) ad illam atque hos, ut et reliquos Praebendatos, pertinentium, Regi exhibito, de quo mox. Cfr. supra p. 543 not. 100, et p. 563 not. 16.

<sup>23)</sup> Asseverant in praemisso adnotamento auctores: „I thesse „her effterscrifne Register är företaget och upregistrerat thet ne „mast wij hafwom kunnit, uthan all fördölningh, nästh Gudz hielp. „Om noghot är förseet eller kommit i försumselse, thet kan al-

suosque *Praelatos, Canonicos et Praebendatos* pertinentium, nec non redituum, cum ex illis tum ex decimis, ad illam quotannis influentium, ab eorum quovis (opus inprimis, ut videtur, dirigente et concinnante M. *Michaële Agricola*) pro a. 1541 confectum <sup>24)</sup> praesto habemus, a nobis saepius jam

„tjdh förbättras och upregistreras.“ Non distinctissime tamen esse concinnatos, reperimus.

<sup>24)</sup> Ratio *Decimarum* etiam pro anno 1540 exhibetur. Anno 1542 Indicem concinnatum esse, inscriptio docet, quae talis est: „A:o D:ni 1542, XXVII daghen i Martii monadt. Epther Höghborens och Högmechtige Förstes alles vor käraste Nadigaste Herres befallningh, enn underwisningh om alle Domkyrkienes, Praelaturers, Canoniers och Präbenders Ränthe vjdh Aabo Domkyrkie.“ (*Agricola* tamen reditus suarum Praebendarum, *S. Laurentii* et *S. Bartholomaei*, pro a. etiam 1542 recenset). Praefatio rationem Decimas Ecclesiasticas (inprimis quae ad Ecclesiam Cathedralem et Canonicos pertinebant) per Finlandiam olim colligendi et dividendi accurate proponit; quam etsi supra (p. 510 not) explicuimus, tamen ipsa verba libri veteris hic apponere placet. „Alle Tiende som inkomen är til Domkyrken bodhe i Sädhe, Peninga och annedh af huar Landzkyrkie i Finland --- skiffes medh Domkirken och Canickarna them emellan i sådane motthe, at af huarie X pund sädhe beholder Domkirken VI pund, och Canickerne IIII pundt; af huarie X march peningar beholder Domkirken VI march, och Canickerne IIII march, epther thet årsvexten åhrlighe kan reessa, stundom mere, stundom minne etc. So är och vethendes, at thenne tiende i Sädhen komber alt af Aabo Län, Rassborgs Län och Östernyland in til Weerlax, aff Norbotn, aff Olandt och aff somme sockner i Kumo-Gordz Län, som Registret uthviser. Men Sädhen drages inthet hit til Domkirken lenger emooth Nylandh, en af Lojo och Wictis i Karis socken; och i alle andre socknar in till Wiborgh, theslikes i Oland och Norbotn sälies Domkirkens och Canickers deel och wendes i peninga, som och Registret uthwijser. Och omkring alt Nylandh in till Wiborgh komber Biskopen ingen Sädhes Tiende till, utan han får af alt Nylandh Smör, som kallas Nebbeskatt Smör. Ty byttes ther kringom alt Nylandh, Oland och Norbotn Sädhes Tienden i två deela, annan Sockne-Kirken och annan deelen Kirkieherren aff Rogh och Korn. Sidhan foor Domkirken och Canickerne sin deell medh Sockne-Kirkie: först Canicke-deelen uthaff hele summan som Landzkirken foor, huar fierde pening



laudatum <sup>25)</sup>, atque his rebus illustrandis apprimè inservi-

„och huar fierde span; och thet anned igen blifuer, byttes jempt  
 „i tw, helften foor Domkirken och helften beholde Soknekirken.  
 „--- Item ther som Nebbeskatten ingthet görs i Biskops rän-  
 „then, ther skiptes tienden aff Rogen i tree deela, enn Bisko-  
 „pen, annan Kirkieherren, tredie Soknekyrkan, och samma tredie  
 „deelen i rogh byttes emellan Domkirken, Canickerne och Sok-  
 „nekirken, som tilförende; Korn, Hafra, Hvete, Ärther, Böner  
 „byttes i tw delar emellan Bispen och Kyrkeherren; Socknekir-  
 „kie och Domkirken foo ingthet annath til sin deell medh Ca-  
 „nickerne, uthan af Roggen. Aff alle andra sockner, ther Bi-  
 „spens rente faller i Nebbeskatt Smör, ther faller tiende-korn,  
 „til byttes emellan Sockne-kirken och Kirkeherren medh roggen;  
 „och aff thenne Sockner komber alt i rede penningar til Dom-  
 „kirken. Ty foor Domkirken ingthet korn i tiende, uthan blott  
 „roghen. Thet lille Kornet som faller i tiende i thesse sock-  
 „ner, *Loyo, Victis, Poya* och *Tenala*, som i Registret finnes,  
 „skifftes enskylt emellan Canickerna, och ingthet meer Korn  
 „komber i tiende til Domkirkenne eller Canickerna en thet lille  
 „i Registred finnes, af alle sockner i Findland etc. Ty vid alle  
 „Kirkier i Nyland, Olandt och Norbotn och allestedes ther Nebbe-  
 „skatten utgörs, faller alt peninge renthen för tiende til Dom-  
 „kirken etc. Item i Tavastland och i Karelen görs Kirkes ti-  
 „ende i peningar efter bogetaall, som aff hvariom them som äro  
 „XV år gammall görs i Tavastland i ortuger och i Karelen i  
 „skillingh; theraff komber Kirkieherren inthet till, uthan byttes  
 „emellan Domkirkien, Canickerne och Soknekirken; sammelun-  
 „drom som sädhen bytthes ephther pund taall och span taall, så  
 „peningar effter man“ (leg. *march*) „tall och öre tall etc. Och i  
 „förste begynnelsen när Christendom kom til Finland, gjors“ (leg.  
 „giordes) „eth groskin aff huarjo bogo, sedhen noghan tijdt ther  
 „effter, vart thet vänt i peningar, effter the kunde icke få skin“  
 (cfr. supra p. 267 sq. not. 98); „och ther then tiende faller i Ta-  
 „vestland och Karelen, ther får Bispen tiende skatt som kallas  
 „*Kytlis*“ (vox nobis ignota!), „therom och alt annat han sjelff vill  
 „*lathae upschrifva och registrere*.“ Cujusmodi tamen Registri  
 hactenus copiam nobis usurpare non contigit.

<sup>25)</sup> Vid. supra pag. 267, not. 98; pag. 423 sq.; p. 483, not. 19; p. 498, not. 27; p. 510, not. 37; p. 543, not. 100; p. 563, not. 16. Quod autem pag. 424 commemoratum mensurae genus antiquum *Pund*, cum de frumento adhibetur, attinet; quot modii illud implerent, inde definitu visum nobis fuit difficile, quia in Libro illo veteri ex propositis summis numerorum partialibus

entem <sup>26</sup>). Inde etiam discimus, Regem, loco hospitii mili-

nullibi totales collectae habentur: ac praeterea in serie secunda (*andra columnen*) collocati numeri partium (s. mensurarum partialium) saepe majores sunt quam qui ad efficiendum totum (s. mensuram totalem) requirantur, quique igitur vel toti vel ad partem debuissent in seriem loco priorem, transferri. Ex. gr. 1 *Pund*, 13 *Spenn*; cum tamen certum sit, 13 *spann* multo plus quam 1 *pund* continere. Scilicet 1 *Pund* aequavit 6 *spann*, s. Modios tales quorum quisque 20 modiolos s. *Kappar* continebat. Didicimus hoc ex Indice Praediorum s. Colonorum qui ad Ecclesiam Aboënsem ejusque Praelatos, Canonicos et Praebendatos olim pertinuerant (*Praebende Landbönder*) pensorumque ab iis, quotquot bonis aerarii adjuncti fuerant, a. 1559 huic vectigalium; qui Index in Archivo Provinciali Rationum Publicarum (*ibland Lands-Contoires Handlingar*) hic Aboae servatur.

<sup>26</sup>) Inde edocemur (praeter ea quae supra passim adduximus), Decimarum partem quae Ecclesiae Cathedrali a. 1540 soluta fuit, effecisse circiter 500 tonnas *Secalis*, inter 40 et 50 *Hordei*, inter 700 et 800 marcas *Pecuniae*. Reditus autem quos a praediis (numero 61) a. 1541 habuit, inter 100 et 120 tonnas *Secalis*, circa 50 *Hordei*, circa 30 *Avenae*, circa 150 libras majores (*lispund*) *Butyri*, marcas pecuniae 162 cum dimidia (praeter vellera, Pisa, Triticum etc.); frumenti tamen copia pro diverso annorum proventu (tum in Fennia incertiore quam hodie) saepe variavit. Ecclesias porro Rurales s. Paroecias illo aevo reperimus pertinuisse ad *Finlandiam Borealem* 13 (nempe *Rändämäki*, *Rusko*, *Masko*, *Nousis*, *Lemo*, *Wirmo*, *Vemo*, *Nykyrkia* cum *Kodiala*, *Letala* cum *Undamala*, *Tövesal*, *Rymittelä* et *Korpo*); ad *Finl. Australem* 12 (nempe *Nagu*, *Pargas*, *Sagu*, *Kymitto*, *Bierno*, *Uskila* cum *Salo*, *Haticko*, *Pemar*, *Nybygd*, *Lund*, *Picke*, *Nummis*); ad *Satacundiam inferiorem* 8 (*Raumo*, *Effrabominne* cum *Lappo*, *Effra* cum *Säkylä*, *Ufsby*, *Kumo* cum *Kiulo*, *Huittis*, *Loymajoki*, *Pöutto* cum *Ylälä*); ad *Satac. Superiorem* 11 (*Kalliala*, (hodie *Tyrvis*, *Kareku* et *Mouhijärvi*?) *Sastamala*, *Kyro* cum *Lactis*, *Birchala* cum *Messukylä*, *Kangasala*, *Orivesi*, *Pelkänä*, *Säxmäki*, *Akas* cum *Urdiala*, *Lempälä*, *Wesilax*); ad *Tavastiam Inferiorem* 5 (*Somero*, *Tammela*, *Janackala*, *Wåno*, *Hattula* cum *Leejervi* s. *Leihijärvi*, *Kalvola* et *Tyrvendö*); ad *Tavastiam superiorem* 7 (*Hagu* s. *Hauho* cum *Tulos*, *Lampis* cum *Koskis*, *Hollola*, *Itimä*, *Sysmä* cum *Koskipä*, *Padasjoki* cum *Kuhmos*, *Jempä*); ad *Careliam* 11 (*Sawlax*, *Jocas*, *Sämingh*, *Lapvesi*, *Jäskis*, *Ägrepä*, *Kiffvineb*, *Nykirkie*, *Wiborgh* cum *Säckijärvi*, *Weerlax*, *Weckelax*); ad *Nylandiam* 14 (*Pyttis*, *Perno*,



tibus praebendi, universis Curatis Ecclesiarum Fennicarum imposuisse pecuniam quotannis pendendam (*Borglägers penningar*) 600 *Marcarum* (cfr. v. TROIL l. c.), de cujus colligendae et symbolae singulorum definiendae ratione in sy-

---

*Borgho, Sibbo, Helsinge, Espo, Kyrkeslett, Ingo, Siundo, Loyo, Wictis, Karis* cum *Karis-Loyo, Pojo* cum *Kisko, Tenala*); ad *Alandiam* 8, eadem quae hodieque; ad *Norbotniam* 12 (*Nerpis, Mustsäär, Kyrobominne, Ilmola, Wöro, Pedersäär, Karleby, Kalajoki, Salo, Limingo, Ijo, Kijm*). Unde patet, quanta pars regionis superioris adhuc esset inculta. Ad *Praebendas* autem Ecclesiae Cathedralis quod attinet, plerarumque reditus valde erant mediocres. Sic *Praeposito* quotannis ex *praediis* 7 et *agro* redibant circa 60 tonnae *Secalis*, prope 20 *Hordei*, circa 15 *Avenae*, circa 5 *Tritici, Malti* et *Pisorum* tantundem, circa 40 librae majores (*lispund*) *Butyri, Pecuniae* 16 *marcae* cum dimidia (praeter 60 *plaustra foeni, 4 oves, dimidia tonna Salmonum* salsorum, et *vellera*); ex paroecia *Rusko*, (quae huic *Praebendae* perpetuo annexa mansit, caeteris quae olim adiectae fuerant inde postea separatis, cfr. supra p. 209 not. 3 et p. 351 not.) 70 colonis constante, loco *portionis cibariae (Matskott)* 1 *Lesta* (1 läft) *Secalis*, (20 tonnae, ut videtur? licet in Indice *Praebendarum* a. 1559 confecto, de quo nuper, not. 25 fine, commemoravimus, ad 1 *Lestam, 12 pund* h. e. 48 tonnae, referantur!), et ex *Decimis*, circiter 20 tonnae *Secalis, 16 Hordei, 4 Avenae, 2* cum besse *Pisorum, 1* cum triente *Tritici*; porro ex *Decimis* *Paroeciae Kimito* (quae inter *Archipraepositum, Curatum* et *Ecclesiam* partibus aequalibus dividebantur), circiter 24 tonnae *Secalis, 8 Hordei*, tantundem *Avenae, 20 agni, 144 librae (lispund) Butyri, 6* tonnae *Gadorum* salsorum (*Torsk*), 20 *marcae pecuniae* (praeter *Tritici, Pisorum* siccorum aliquantum); praeterea ex ecclesiis 11 aliis (inter quas 7 *Ostrobotnicae*) *pecuniae* *marcae* 116, atque a *Curato Ijoënsi* 7 tonnae *Salmonum* (quoties piscatura esset prospera) inter *Praepositum* et reliquos *Canonicos* dividendae (quod et de additis 12 paribus *Salmonum, Spichelax*, nescio utrum salsorum an fumo siccorum? et 10 libris majoribus *luciorum* siccorum, fortassis valuit?) 2. *Archidiacono* redibant a 19 *Colonis*, circiter 50 tonnae *Secalis, 40 Hordei*, tantundem *Malti, 4 Tritici, 8 Avenae, 4 Pisorum, 30* librae (*lispund*) *Butyri, 45* *marcae Pecuniae* etc.; ex ecclesia *Pargas* 1 *Lesta* (20 tonnae?) *Secalis*, loco *portionis cibariae*, et ex *decimis* inter 40 et 50, 120 librae (*lispund*) *Butyri, 24 agni, 20* *marcae Pecuniae; Decimae* a 90 colonis ecclesiae *Sund* in *Alandia*, quarum valde pa-



nodo convenerunt, 30 etiam marcarum mercedem collecto-  
ribus stipulantes, qui Regi eam transmitterent; cui porro  
accessit alia summa, dimidio fere minor (322 *Marcarum*)  
a Superintendente M. *Georgio Norman* Regis jussu iisdem

---

rum (nonnisi circ. 5 tonnae *secalis* et 8 *hordei*) anno 1541 so-  
lutaе sunt; ex ecclesia *Saltvik* ibidem 13 aut 15 marcae *pecuniae*;  
*Decimae* ex ecclesia *Veteris Nouis*, 6 tonnae *Secalis*, tantundem  
*Hordei*, etc. ac pro *portione cibaria* 24 tonnae (*Secalis?*), pro  
introductione puerperarum 25 Marcae. 3. *Praebenda Corporis*  
*Christi* 34 habebat *colonos*, a quibus redibant inter 140 et 150  
tonnae *Secalis*, inter 60 et 70 tonnae *Hordei* (si 1 *Lest* respon-  
det 20 tonnisi?), circa 18 tonnae *Avenae*, 8 *Tritici* et tantundem  
*Pisorum*, 50 ad 80 librae (*lispund*) *Butyri*, 12 ad 50 tonnae  
*Malti*, 9 ad 27 oves, 26 marcae pecuniae; ex ecclesia *Sagu*, 12  
librae (*lisp.*) *Butyri*, 1 tonna *Halecum* salsorum (*strömming*),  
40 marcae pecuniae; ex ecclesia *Janackala* marcae 20; praeterea  
*Vellera*, et 40 plaustra *Foeni*. 4. *Praebenda S. Johannis*,  
ex 16 *praediis* habuit inter 80 et 90 tonnas *Secalis*, inter 50 et  
60 *Hordei*, 13 l. 14. *Avenae*, 30 ad 50 libras (*lisp.*) *Butyri*, 22  
marcas *pecuniae* (praeter *Triticum*, *Pisa*, *Vellera*, et 40 plaustra  
*Foeni*); ex Ecclesia *Pyttis* 120 libras (*lisp.*) *Butyri*, 1 tonnam  
*Salmonum* et 20 marcas *pecuniae*. 5. *Praebenda Clericorum*  
ex 7 *praediis*, *Secalis* tonnas 40 ad 50, *Hordei* circa 20, *Ave-  
nae* circa 5, *pecuniae* marcas 26, (praeter *Butyrum* et *vellera*);  
ex ecclesia *Birckala*, circa 18 tonnas *Secalis*, tantundem *Hordei*  
et *pecuniae* marcas 20; ex aedibus urbanis locatis marcas 2 cum  
quadrante. 6. *Praebenda S. Laurentii* ex *praediis* 11, *Seca-  
lis* tonnas inter 60 et 70, *Hordei* inter 30 et 40, *Tritici* circ.  
2, *Avenae* circ. 12, *Pisorum* circ. 1, *Butyri* libras (*lispund*) 19,  
*velleris* 3, *foeni* plaustra 25, et tonnam *Cerevisiae*; ex ecclesia  
*Vemo* tonnas 36 *Secalis* loco *portionis cibariae*; ex *decimis* au-  
tem 24 tonnas *Secalis*, 12 *Hordei*, circ. 3 *Avenae*, tantundem  
*Pisorum*, 60 libras (*lisp.*) *Butyri*, 14 marcas pecuniae (praeter  
*Triticum* etc.). 7. *Praebenda S. Bartholomaei*, ex 3 *praediis*,  
24 tonnas *secalis*, circ. 7 *Hordei*, 4 *Avenae*, 5 libras (*lisp.*) *Butyri*,  
circ. 2 *Velleris*, 6 marcas *pecuniae*, 6 plaustra *foeni*, (praeter  
*Tritici* et *Pisorum* aliquantum). 8. *Praebenda Divae Vir-  
ginis s. altaris Parrochialis*, ex *praediis* 6, tonnas *secalis* 22,  
*Hordei* 9, *Avenae* 2, *Pisorum* circ. 2, etc. *Butyri* libras (*lisp.*)  
6, *Velleris* 2, *pecuniae* marcas 7; ex ecclesia *Lundo*, *secalis* ton-  
nas 36, *agnos* 6, et *pecuniae* marcas 10 (quas *Curatus Urbis*,  
ad quem haec *Praebenda* pertinebat, *Capellano* suo, mercedis

imperata (*Hjelpe-Skatten, som Mester Jørgen Superintendens pålade*).

*Praebendas autem, per decessum Praelatorum, Canonico-  
rum et reliquorum Praebendorum sensim vacantes, Re-*

---

loco, concedebat!); ex *Urbe Aboënsi* 50 marcas, ac praeterea pro mortuorum sepultura et benedictione nubentium (*likstol och Brudevigning*) 12 ad 15 marcas; porro ex aedibus urbanis locatis 10 marcas; ac tandem 6 plaustra *foeni*. 9. *Praebenda S. Georgii* ex 5 *praediis*, tonnas *secalis* circ. 20, *Hordei* circ. 8, *Avenae* fere tantundem, (aliquant. *Tritici, Pisorum, Butyri, Halcum* et *foeni*), pecuniae marcas 9. Haec Praebenda eo tempore Curato Urbis, ad tenue suum stipendium supplendum, addita erat. 10. *Praebenda S. Sigfridi*, ex *praediis* 9, (quorum nonnullis frigus aestivum nocuerat) tonnas *secalis* circ. 9, *Hordei* 8, (aliquant. *Tritici, Avenae* etc.) *Butyri* libras (lisp.) 13, *foeni* plaustra 13, *pecuniae* marcas 52 cum quadrante. Praeterea Episcopus et Capitulum M. *Martino*, qui hac Praebenda jam fruebatur, concesserat paroeciam *Ründämäki* (*quam Canonici antea conjunctim habuerant ejusque reditus inter se partiti fuerant*) unde eidem provenerunt, loco *portionis cibariae*, 1 *Lesta* (20 tonnae?) *secalis*, et ex *decimis*, tonnae *secalis* 25, *Hordei* 16, *Avenae* 8, (aliquant. *Tritici* et *Pisorum*); accedebant *pro portionis Canonica* circ. 8 tonnae. 11. *Praebenda S. Petri et Pauli* ex 3 *praediis*, tonnas habebat *secalis* 26, *Hordei* 16, *Tritici* 2, *Avenae* circiter tantundem, *Butyri* libr. (lisp.) 4, Velleris fere 1 cum dimidia, *pecuniae* marcas 16 (praeter aliqu. *pisorum*). 12. *Praebenda S. Annae* ex 10 *praediis*, tonnas *secalis* fere 24, *Hordei* 14, *Tritici* 1, *Avenae* 2, *Pisorum* 1, *pecuniae* marcas 27 cum quadrante, 2 tonnas *Cerevisiae*; ex ecclesia *Hauho* pecuniae marcas 20. 13. *Praebendam S. Catharinae*, ad quam pertinebant, praeter 18 *Colonos*, dimidia *Lesta Butyri* (72 librae majores, *lispund*?) ex ecclesia *Töfsala*, et 50 marcae *pecuniae* ex ecclesia *Pelkäne*, Rex jam *Camerario* suo *Magno Magni*, stipendii loco concesserat. 14. *Praebenda Trium Regum*, ex 6 *colonis* habuit 22 tonnas *secalis*, 13 *Hordei*, fere 8 *Avenae*, 2 *Tritici*, 4 *Pisorum*, *pecuniae* marcas 7 cum quadrante. 15. *Praebenda S. Crucis*, ex 5 *praediis*, tonnas *Secalis* 22, *Hordei* 10, *Avenae* 7, *Pisorum* 2 (aliquant. *Tritici*) *pecuniae* marcas 30, *suem* pinguefactum. Hanc Rex, loco stipendii concesserat *Phillippo Olavi*, scribae *Arcis Aboënsis* (*Slotz-schriffuare på Åbo Slott*). 16. *Praebenda S. Erixi*, ex 12 *Colonis* tonnas *Halcum* (*Strömming*) 2 cum dimidia, *oves* 6, et *pecuniae* marcas 27



gem partim aerario mox vindicasse, partim Officialibus suis stipendii loco assignasse, reperimus; donec tandem praedia omnia quae Nobiles Haereditatis jure interim non revocarant aut redemerant<sup>27)</sup>, cum caeteris aerarii fundis con-

cum quadrante. 17. *Praebendam Animarum* Rex stipendii loco concesserat *Clementi* scribae (*Finsk Clement Skriffuare*). 18. *Praebendam Omnium Sanctorum* in *Indice Capituli* prorsus esse praeteritam, supra (p. 567) jam monuimus: quam tamen eandem fuisse putamus, quae in *Indice Praebendarum* a. 1559 confecto (vid. supra not. 24 fin.) vocatur *Praebenda Novi Chori* (*Nye-Kors Praebenda*), utpote omnium novissime condita, quamque unam ex ditissimis fuisse deprehendimus (ut infra demonstrabitur), ac mature a Rege sibi aerarioque vindicatam. Porro adnotamus, colonos Praebendarum partim certa atque in perpetuum definita vectigalia ex praediis quae colebant pependisse (*Stadga-Landbor*), partim dimidiam fructuum perceptorum partem Praebendato quotannis tradidisse (*Skiftes-Landbor*). Posterioris imprimis generis praediis certus simul assignatus fuit numerus *Boum* arando aptorum (*par oxar*), *Vaccarum* et *Ovium*, (*Inventarii-Boskap*) perpetuo conservandus; ex quibus *vaccis* debebant quidem coloni quotannis libras majores (lispund) *Butyri* 2 Praebendato pendere, sed saepe, ob ingruentia incommoda, non nisi unam praestare valebant, interdum prorsus nihil; similiter ex quavis ove, velleris impertiri debebant libras minores (*skålpund*) 2, quarum saepe nonnisi unam, saepe nihil praestabant; unde nec certam utriusque generis summam Index Capituli apponere potuit. Ex eodem tandem discimus Indice, pecuniam quae decimarum loco ex ruralibus redibat ecclesiis, vulgo tempore *Synodi Dioecesanæ* (quae circa nativitatem *S. Johannis Baptistæ* celebrabatur) fuisse apportatam, saepe etiam serius. [Supra p. 183 not. didicimus, *Synodum* annuam *terminatam* fuisse *IV Idus Septembris* (d. 10 Sept.); *Nativitas* igitur *Johannis Baptistæ* hic significat *diem Decollationis* suae (d. 29 Aug.). Verba ipsa veteris libri sunt: „Heer aff och merkiandes, att Peninga summan „som en icke inkommin är aff Tienden, icke heller komber för „en prestemöthen är, circa *Nativitatem Johannis Baptistæ*, och „somme icke för en *Nativitatem Mariae* (d. 8 Sept.), och en senare.“]

<sup>27)</sup> Nempae quae post conatum *R. Caroli* injustam cleri aviditatem coercendi (*K. Carls Rüst*), Ecclesiae erant acquisita. Erat facultas haec Nobilitati per *Recessum Arosiensem* concessa; quae ad cives reliquorum ordinum parum pertigisse videtur. Ac Nobilitatis imprimis favorem atque opem, in consilio suo perfi-



jungerentur <sup>28)</sup>: quibus, quinquennio ante mortem Episcopi

ciendo, Rex sibi conciliare, hac illecebra proposita volebat, contra cleri pervicaciam et plebis praejudicia; nec spes eum fefellit; Ipseque reliquis exemplum dedit, familiae suae praedia haereditaria strenue sibi vindicando. Multi deinde Nobilium per vim fraudemque hoc jure abutebantur: quos imitabantur alii, praedia ecclesiastica, etiam quae Curatis habitanda erant concessa, quaeque Rex tranquille his permitti colenda voluit, passim involantes: quam ferociam edicto reprimere (dato d. 26 Maji 1538) necesse habuit. Cfr. Nob. BOTIN I. c. §. 29. Imo et *Decimas* solvere haud pauci recusabant; quare non sine sarcasmo scribit MESSENIUS (*Scand. T. X* p. 25, ad a. 1530): „Finnones *libertate „freti Evangelica*, se immunes quoque putant a decimis et aliis „Clero sportulis solvendis. Ideoque eas imposterum dare ab- „nuunt; sed 25 Julii mandato Regis minaci coguntur.“ Cfr. *Idem* ibid. ad a. 1534 et 1538. [De ipsa re cfr. etiam WILSKMAN *Svea Rikes Eccles. Wärk T. I*, Art. *Kyrkio-Gods*, ubi p. 356 sq. etiam Edicta Regia huc spectantia exhibentur.] Haud pauca vero praedia quae ad Ecclesiam Cathedralem et ejus Praebendas pertinuerant, a privatis fuisse vindicata vel redempta (varie etiam commutata) inde colligi posse videtur, quod *Index* eorum quae aerario a. 1559 vectigalia erant, multo pauciora exhibet quam *Index* anni 1542: quae differentia inprimis in nonnullis Praebendis magna obvénit. Mirum autem videtur, in posteriore *Indice Praebendam S. Johannis* esse omnino omissam; ut in priore illo *Praebenda Novi Chori* prorsus desideratur.

<sup>28)</sup> *Praebendam Novi Chori* jam ante conditum Indicem Capituli Aboënsis saepe laudatum, per mortem ultimi Praebendati vacasse, adeoque a Rege fuisse aerario vindicatam, vel sequentes docent literae, inter Coenobii *Nådendalensis* illas servatae, quae illustrando etiam modo talia negotia conficiendi inserviunt: „Jak *Erich Andersson* Konungzliga Majestets var käre „Nadughe Herres *Landzfougte uti Sudra Finne, och Fougte över „Hans Nadz arfova godz och Niekors godz her uti Finland*, be- „kennes medh detta mitt öppna bref, att för mik är komed thet „nogre änghe stycker skulle vara komne undan itt vor nadighe „Herres godz som tilförene hafver legat under Nye Khoren i „Abo, benemt Karkari uti Masko sochn, och under thessens 11 „Nadendals Klosters godz, som äre *Akerby och Kalela by, hvilka „änga stycker iak och utan laga doma, pa var nadighe Herres „vegna viderkent hafver*; doch epter same Nadendals Klostre sik „titt och ofta om same äng stycker beklagat hafve, ta hafver

*Martini*, bona quoque Episcopalia accesserunt (vide infra) <sup>29</sup>).

„Jag mik granneligen therom försport med gambla goda män,  
 „och i sanningen så befunnit, at same äng stycker aldrig hafva  
 „legat under fören. Karkari, utan af heden höös under fören.  
 „Klosterit och thera godz; så epter det iak inga skäl eller rätt  
 „till same ängz stycker hade eller befinna kunde, och ej heller  
 „hade iak någon besynnerlig befallning af K. M. vor nodige Herre  
 „at kennes vidh them eller egne dem under fören. Karkari; Ty  
 „hafver iak andtvardat them Klostridt igen, som äre IV tegar  
 „under Akerby och itt stycke uti Kalela äng, umbevarit af mik  
 „och epterkommande fougter och befallningzmän öfver samma  
 „Nya Chor godz epter thenna dagh. Thess till yttermehra visse  
 „och vitnesbyrdh, trycker jag mit signete å ryggen på detta  
 „bref, som gifvit är uti S. Catherinae Länsmans gard om Helge  
 „Kors dag exaltationis (d. 14 Sept.), anno MDXXXVII.“ Cae-  
 „terum a. adhuc 1559 pertinebant ad hanc Praebendam *praedia*  
 22, ex quibus redibant 93 marcae 5 orae 6 d. *pecuniae*, *Secalis*  
 tonnae circiter 68, *Malti* 12, *Hordei* 8, *Avenae* 4, *Butyri* librae  
 (lisp.) 55, *Velleris* 9 lispund, 7 skålpund, 3 *Vaccae*, item 3 ju-  
 vencae, 25 *Oves*, 4 *Caprae* etc.

<sup>29</sup>) Ex horum *Praediorum* (olim *Episcopalium*, sed tem-  
 pore *Martini* ad Regem devolutorum) 171, a. 1559 aerario redi-  
 bant *pecuniarum* marcae 404, orae 6 d. 2, *Secalis* tonnae 123  
 cum triente, *Hordei* 35 cum triente, *Malti* 12 cum besse, *Ave-  
 nae* 32 cum triente, *Pisorum* 1 cum dimidia, *Butyri* librae (*lis-  
 pund*) 436 cum quadrante, *Vaccae* 23, *Vituli* adultiores (*Ung-  
 nöt*) 22, *Oves* 82, *Agnus* 1, *Gallinae* 43, *Ranes* 176, tonnae *Ce-  
 revisiae* 4, *Carnis* (siccae) librae (*lisp.*) 20 cum dodrante, *Suil-  
 lae* 14 librae (*lisp.*), *Lavareti* (Sik) *fumo siccati* 782, *salsi* 176,  
*Krampsill* (an *Haleces* igne leviter tostae aut in aëre aut fumo  
 siccatae? vix enim idem significare posse putes ac *Kramsill*, ut  
 autumat Nob. IHRE *Glossar.* T. I p. 1154, quod genus singulos  
 numerando pisces exhibitum fuisse, aegre credas?) 200, *Ova* 240,  
*Velleris* librae (*lisp.*) 25 cum dodrante, *Cannabis* librae (*lisp.*)  
 12, *Candelae* 36, *Foeni* librae majores (*lispund*) aut 1140, aut  
 912 (19 *åmar*) ac porro 78½ *Kappartass* (quam mensuram rite  
 definire nequeo!), *lignorum* strues tricubitales (*fannar*) 26. U-  
 trum vero nonnisi tantundem ex his praediis Episcopus olim quo-  
 tannis perceperit, aut an quae ad mensam episcopalem pertinue-  
 rant aerario omnia accesserint; existimare haud possumus. Ex  
 indice eodem, saepius jam laudato, simul discimus, praedia *Coe-  
 nobii Nådendalensis*, quae sibi Rex vindicaverat 105, anno eodem



104. *Praelatorum* horum atque *Canonicorum* Ecclesiae Aboënsis (quibus mortuis Honores sui terminabantur, Praebendaeque *Regiae cedebant Camerae*) nomina pleraque exhibet etiam Index ille praediorum et reddituum hujus Ecclesiae R. *Gustavo* exhibitus, quem saepe laudavimus. Archidiaconus ultimus M. *Petrus Sillae*, in Codicibus quibusdam (male) audit *Bille*; ultimus ille Canonicus S. *Johannis* ibidem vocatur *Andreas Jacobi*. Canonicatui vero *Petri et Pauli* praefuit a. 1542 Dn. *Martinus Nicolai*, cui itaque sine dubio postea successerat (Rege annuente) Dn. *Jacobus Blumen?* Praebendam Corporis Christi eodem tempore habuit *Petrus Ragwaldi*, idem quem a. 1554 *Decanum* fuisse, Auctor noster infra testatur. Praebenda S. *Sigfridi* eodem anno fruebatur Magister *Martinus*, forte *Teittus?* de quo supra egimus, p. 627, quemque a. 1545 obiisse, Auctor no-

(1559) aerario contulisse *pecuniarum* marcas 183, 5 oras, *Tritici* tonnas 2 cum dimidia, *Secalis* 136 cum sextante, *Hordei* 47 cum dimidia, *Malti* 86 cum triente, *Avenae* 41 cum sextante, *Pisorum* 4 cum sextante, *Cerevisiae* tonnam cum dimidia, *Butyri* libras (lisp.) 19, *Velleris* 44 cum dodrante, *Succidias* 4, *Halecum* (*Ströming*) salsarum tonnas 5 cum dimidia, *Krampsill* (?) tonnas 5, *Lavaterorum* salsorum tonnae quadrantem, *Lini* libras (*skålpund*) 5, *Boves* majores (*oxar*) 5, *Juvenco* (*stutar*) 36, *Taurus* (*tjurar*) 2, *Vaccas* 32, *Juvenco* (*quigor*) 15, vitulos adultiores (*ungnöt*) 4, *Oves* 186, *Capras* 3, *Agnum* 1. Coenobia contra *Aboënsē* (Dominicanorum) et *Raumensē* (Franciscan.), utpote ad Ordines Monachorum Mendicantium pertinentia, praedia perpauca habuisse, reperimus: quodque scilicet nonnisi 3, quorum quae ad illud pertinerant, a. 1559 aerario pendebant *Secalis* tonnas 16, *Hordei* 4, *Malti* 2 cum besse, *Pisorum* trientem, *Butyri* libras (lisp.) 13, *Velleris* 3, marcas *pecuniae* 4, *Vaccas* 2, *Vitulos* adultiores (*ungnöt*) 2, *Oves* 3; hoc vero quae possederat, conferebant *Secalis* tonnas 13 cum triente, *Hordei* 4, *Butyri* libras (lisp.) 16, *Velleris* circiter dimidiam, *pecuniae* marcas 6. Ex Codice autem, aliquoties jam a nobis laudato, *Sundholmensi* (supra p. 599 not. 6 et p. 604 not. 19) didicimus, *Tonnam Secalis* his temporibus emi consuevisse 18 oris (s. 2 *marcis cum quadrante*), *Tonnam Malti* 15 oris, et *Tonnam Hordei* 10 ad 12 oris. Quod ad reddituum illorum valorem aestimandum, nosse prodest.



ster docet, cfr. not. 26 p. 640. Atque has quidem 4 *Praebendas* fuisse *Canonicales*, ipse significat; quod idem de *Praebendis Divae Mariae* (s. *Altaris Parochialis*) et *S. Laurentii* infra docet. Reliquas 4 hujus ordinis non nominat (cfr. supra p. 410 sq.); redituum quidem amplitudine illae *S. Catharinae*, *S. Sigfridi*, *Animarum*, et *Novi Chori* (s. *Sacelli Omnium Sanctorum?*) caeteras vincebant. Ac qui novissime tribus postremis, quarum hoc loco fecit mentionem, (*Trium Regum*, *Georgii*, *Annae*) fruebantur, eos *Praebendatos* tantum, non etiam *Canonicos*, appellat. *S. Georgii* autem illam, a. 1442 jam Curato Urbis Aboënsis, ad ordinariam suam *Praebendam* (*Altaris parochialis*) additam fuisse, supra vidimus (pag. 640, not. 26); *S. Erici*, Dn. *Sveno* Oeconomus a. 1541, post mortem Dn. *Hermanni*, ab Episcopo et Capitulo obtinuerat; *Trium Regum* illi praefuit tum Dn. *Benedictus Kurck*; *S. Annae* illam habuisse *Arvidum Nicolai*, ad a. usque 1554, quo obiit, Auctor tradit. Neque caeterum hos, neque *Canonicos* Ecclesiae Aboënsis ultimos, quos paullo ante nominaverat, cognoscimus: aliquos tamen ex praecipuis familiis Fenniae nobilibus ortum duxisse, dubio caret. Ex annotationibus autem supra (p. 624 not. 10) allatis addere licet, *Andream* Canonicum in Urbe Raumo natum fuisse, et a. jam 1542 obiisse; ac a. 1545 Magistrum *Svenonem* (an eundem qui a. 1542 fuit Oeconomus, nuper commemoratum?) etiam *Canonicum*, e vita discessisse <sup>30)</sup>.

---

<sup>30)</sup> Adjungere MESSENIUS (*Scand. T. X p. 24*) *Canonicis* videtur etiam *M. Petrum Serkilax* et *Laurentium Canuti*, cum horum pro religionis novatione conatibus perstrictis, addit: „*Canonicorum reliqui Abogensium* --- Lutheri constanter sententiae reluctantes, mandato Regis, in fidei negotio simulare compelluntur.“ Nisi *reliqui* ei dicantur, qui adhuc erant in vivis? Quem autem inter ultimos *Canonicos* idem in *Chron. Episcoporum* numerat, *Benedictus Johannis*, Auctori nostro ignotus, ex male lecto et explicato loco nostro provenisse videtur, ubi pro Dn. *Andrea*, *Canonico B.* (beati) *Johannis*, legerat, ille (Dn. *Andrea* omisso, cujus nec igitur ullam facit mentionem) *Canonico Bened-*

105. Hunc ad gentem *Flemingianam* pertinuisse alicubi (in Schem. Gen.) adnotatum vidi; nescio qua fide? Ad res autem et ejus et patriae (hujus temporis) illustrandas pertinent literae *Electi* atque Capituli Aboënsis, de ejusdem electione a. 1526 (d. 22 Julii) ad R. *Gustavum* datae, quarum exemplum in loculo quodam Templi Cathedralis nuper repertum fuit, quasque hic igitur subjungimus <sup>31)</sup>.

*dicto Johannis?* Dn. SPEGEL *Messenium*, pro more, temere secutus est.

<sup>31)</sup> „Humillima ac devota nostra recommendacione premissa, debitum reverentie et honoris. Höghboren försthe käre nadigeste herre. Verdughes edher nadh vile vethe, at noghen tiid forlidhen tecktes Gudi alzmechtigh kalle hedherligh herre mesther *Jacop* vor elskelighe *Domprowest* aff thenne snödhe werld! Toghe vij oss strax före epther the helighe Kirkene lagh, privilegier och gode gamble christelighe sedwänie endrechtelighe *utwalde hedertligh herre mester Hans aff Erkediakne sätedh* til Domproweste embete och säthe. Vij kundhet valedh icke lengher med fordraghe, for landzens beläghelighetz skuldh, for ty ath alle the ärende mene landeth opahengher i andelighe sacher och siäle gagn skal han höre, randzake och i svadane sacher epther the helghe Kirkenes lagh“ (deest verbum). „Ty är alles vare ödmiuke och kerlighe bön, at edher nad verdiges stadfeste the valet som vij for the helghe Kirkenes bätzte och for siäle gangn giort haffue. Oss hopes edher nadh skall befynne hanom eder nadhz troofast, och nyttoogh fattigh capetlom. Vii äre medh hanom väl belathne i alle motte som thet embethet tilkräffuer i the fattighe groffue landzende, ödmiukelighe och kerlighe bedhendes, at edher nadh verdiges giffue for: de godhe herre behagelighe svar och stadfastelse. I hvad motto vij kunne och forma vare edher nadh tiil tjänisth och ödmiwicht, göre vij altiid gerna, thet swa Gud känne, hvem wij edher nadh befale evinnerlighe. Ex Abo anno Domini MDXXVI die beate Marie Magdalene, nostris sub sigillis. Ejusdem regie Majestatis vestre humiles capitulares“ (vetus exemplar potius legi jubet *Capellani?*) „*Eriacus Svenonis Electus Aboënsis* etc. *Jasperus Archidiaconus* et *Capitulum ibidem*.“ Satis ex his apparet, Capitulares, timentes ne Rex Praepositum eligendi jus illis adimeret, electionem maturasse, et metu haud caruisse, ne Rex, a quo expetere libertatem cam faciendi debuerant, hanc praecipitantiam illis vitio



106. De hoc sociisque suis nuper egimus, p. 623 sqq.

107. Sensim in Finlandia, ut in reliquo regno Suecico, hujusmodi superstitiones et abusus fuisse abolitos, Auctor significatum voluit. *Mandato* autem *Regio Missam Latinam* in Ecclesia Cathedrali (nam nonnisi de hac loqui videtur) fuisse abrogatam, primo intuitu minus putes verisimile, cum Rex libertatem subditis suis hanc vel Latine vel Svetice, prout cuique arrideret, audiendi, permisisse reperitur <sup>32</sup>)? Sed quamvis ecclesiis ruralibus haec libertas partim concederetur, Urbicis tamen ac maxime Cathedralibus injunctum fuisse, credere licet, ut lingua vernacula Cultum Divinum celebrarent. Caeterum decreto Concilii Örebroënsis (et a. 1520 et a. 1537) conformiter haec fiebant <sup>33</sup>); atque cum *Agendis Ecclesiasticis*, tum *Missae* et

verteret. Confirmasse tamen Regem electionem ipsam, videmus. Caeterum videri mirum potest, idem Capitulum, quod sollicita adeo supplicatione apud Regem agit de electione *Praepositi* confirmanda, in *Archidiaconi* munere, per promotionem ejusdem *Johannis* vacante, nox sine ulla vel haesitatione, vel expetita venia, successorem ei dedisse? Atque huic Archidiacono etiam alium (*Petrum Sillä*) similiter suffectum fuisse, donec Rex totum ordinem Canonicorum abolendum statuisset, verisimile est.

<sup>32</sup>) Cfr. BÆLTER *Om Kyrko-Ceremonierna* C. III, §. 20, 21, p. 36 sqq., et Reverendiss. v. TROIL l. c. T. III Praef. p. XXXI sq. et p. 171 sq. (De *Magno Johannis, Herr Måns Johansson*, ad quem literae Regis missae sunt, strenuo Reformationis religiosae factore, vid. v. STIERNMAN *Höfd. Minne* P. I pag. 242). Adde CELSI *Monumenta Politico-Eccles. ex Archivo Palmsköld.* p. 14 sq. et 32 sq.

<sup>33</sup>) De *priore* illo Concilio vid. TEGEL l. c. P. I, p. 216 sqq. (cfr. v. STIERMAN *Riksd. och Möstens Bestut* T. I p. 92 sqq.) De *posteriore* (anni 1537) TEGELIO ignoto, minus certam notitiam habemus. CELSIUS (*K. Gustaf I:s Hist.* T. II p. 163, 2:dae Edit. p. 585) ejus non modo meminit, sed etiam dicit: „vid detta tilfället ble änteligen *Latinens bruk vid Guds-tjensten* „*aldeles aflyst.*“ (Venis proxime praecedentibus docuerat: „I synnerhet hade han (Rex) hittills ei vågat, at aldeles förbjuda „*Latinens bruk vid der allmänna Guds-tjensten.* Det första steget var någon tid tilfene tagit således, at Latinen och moders-målet om hvarandra sulle brukas.)“ Hoc, etiam quoad tem-



*Precum Formulis, nec non Hymnis publicis, et ipsis S. Bibliis, Svetice editis, adjuvabantur*<sup>34)</sup>: qua eadem methodo *Ecclesiae etiam Fennicae Reformatio peracta fuit*<sup>35)</sup>. *Chri-smatis* autem voce, cujus meminit Auctor, *Sacramentum* sic dictum *Confirmationis* respexit<sup>36)</sup>.

poris rationem, apprime quidem cum Auctoris nostri asserto convenit. Sed non affert CELSIUS alium testem quam MESSENIUM (*Scand. T. V p. 79*); qui de Synodo quidem Örebrogiae hoc anno habita, ejusque scitis, commemorat, sed de plena Latinae linguae in sacris celebrandis ibidem facta abolitione nihil habet, nisi ut *Baptismus Svetice, non amplius Latine, administraretur*: (quod ipsum in priore illa Synodo jam constitutum dicit l. c. BÆLTER C. II §. 21, pag. 39, ad Praefationem ipsorum *Agendorum Eccles.* hoc anno editorum provocans?) Auget hanc dubitationem, quod in ipsa *Missae formula* hoc anno, 1537, et (MESSENIUM l. c. perhibente) *Synodi hujus mandato, concinnata atque publicata*, usus Latinae linguae, in quibusdam partibus, expresse permittitur, quod in prioribus editionibus non fuit significatum (vid. Rev. v. TROIL l. c. praef. P. XLII): idemque in editionibus a. 1541 et 1557 adhuc cernitur (cfr. BÆLTER l. c. p. 40, et v. TROIL p. XLIII). Nob. v. DALIN (*Sv. R. Hist. 3 Del. 1 B. 6 Cap. §. pag. 316*) CELSII vestigia praemas, provocat etiam ad „*Mandatum R. Gustavi* in Collectione J. P. HÖPPENER p. 2.“ An intellexit *Indicem Regionum Edictorum &c. ab a. 1522 ad 1750 typis impressorum, (Förteckning uppå dla Kongl. Placater etc.)* quem Stockh. 1754, 4:o hic edidit? ubi p. 2, *Missae Svetica*, sine dato edita commemoratur, atque ad a. 1537 refertur: unde vero parum commodum vel pro Concilio illius anni, vel pro decreto de linguae Latinae in sacris usu abrgando ibidem facto, argumentum hauritur. Rem igitur diligentius examinandam iis quibus opportunum fuerit, commendamus; interim suspicantes, MESSENIUM et qui eum sequuntur, ex uno Concilio Örebroënsi duo fecisse?

<sup>34)</sup> Cfr. BÆLTER l. c. p. 39 sq. & C. 25 §. 6, p. 399 sqq. Nec non Collectio Rever. v. TROIL passim.

<sup>35)</sup> Vid. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 14—20. In *Missae Formula Fennica* a. 1549 edita, nihil Latine habetur, nisi Praeatio a Sacerdote ad Altare accedente decenda, et Absolutio ei a Ministris danda, p. 3 sq.

<sup>36)</sup> Cfr. BÆLTER l. c. C. 34, §. 4 p. 607, et NETTELBLADT l. c. p. 159 (cfr. p. 199 et v. TROIL l. c. T. II p. 327).

108. Quum Coenobium hoc esset Ordinis *Praedicatorum*, quod non multa possideret praedia, et cujus membra literis aliquam navassent operam (cfr. supra p. 644 not. 29 fine, et p. 620), permissum illis fuisse videtur in cellis suis manere, donec eos ignis (d. 3 Maji a. 1537) inde expelleret; quo facto, multis eorum ecclesias rurales curandas traditas credas, in illa praesertim sacerdotum idoneorum penuria?

Anno sequente (1538) *die Translationis S. Henrici* (18 Junii) Monachos *Raumoenses* (Ordinis *Franciscani*) e Claustro suo fuisse expulsos, quod inde a Rege in curiam sacerdotalem (*Kyrkoherde Boställe*) mutatum fuit, ex Annotationibus *Henrici Matthaei Raumensis* supra p. 624 not. 10 vidimus: cum quibus conferenda sunt quae in Descriptione Templi Raumoensis, *Fol. Hebd. Ab. a. 1778 N:o 23 pag. 177 sq.* (ubi exstructio hujus templi, nimis liberaliter atque valde infirmis argumentis, ad sec. usque 13 retrahitur) et Dissert. Cl. Sv. MELLENII, *om Sjöstaden Raumo* (Praes. Cel. BILMARK hic Aboae a. 1770 et 1772 edita), §. 6, 7, 9, docentur. De interitu utriusque Monasterii *Wiburgensis* (cum *Dominicanorum* illius, tum *Franciscanorum*) nihil scimus, praeter ea quae affert RHYZELIUS (*Monasteriol. L. VIII C. VI, pag. 310 et 312*), vi *Recessus Arosiensis* a. 1527, eodem quo reliqua Regni Monasteria, fuisse fato involuta, ac R. *Gustavum*, literis d. 13 Julii a. 1541 datis, urbis *Wiburgensis* civibus permisisse, ut lapides et lateres ex horum Coenobiorum ruinis effractus, ad turres murosque urbis reparandos adhiberent. Monasterii in *Kökar* (Alandiae) ut reliqua Historia, ita interitus quoque sui notitia, valde obscura est: de quo cfr. (praeter RHYZELIUM l. c. C. V p. 305 sqq.) editam ab Exper. D. FRID. WILH. RADLOFF egregiam Alandiae Descriptionem (*Beskrifning öfver Åland, Ab. 1795, 8:o, C. X p. 137 sqq.* De *Coenobüs Finlandiae* universis supra p. 531—538 disputavimus; quibus nunc addimus, postea nosmet ex monumentis *Nådendalensibus* plenissime didicisse, nullum hic Aboae fuisse Claustrum *Virginum*, ac S. *Annae* illud in *Reso* destinatum, nunquam fuisse perfectum,



sed ejus aedificandi consilia omnia tandem ad *Nådendalense* condendum atque stabiliendum fuisse traducta: quod in *Foliis Hebd. Aboënsibus* a. 1796, N:o 1, 2, 3, 5, 7 ex instituto demonstravimus, praecipuis etiam subjunctis rerum documentis; unde manca et confusa RHYZELII narratio (l. c. p. 291 sq., p. 302 sqq.) emendari debet. Caeterum cum idem (ibid. p. 288, 290, 300) non modo in genere asserat, Monasteria Fennica et a Regibus et a civibus locupletioribus laute fuisse dotata, (*rikeligen begåfvade, både af Konungar och förmögna män i landet*), sed etiam Aboënsē illud dives vocet (*thetta gamla, stora och rika Kloster*), et de *Raumoënsi* dicat illud ex *praediis*, testamentis et donis multorum hominum locupletium, insignes habuisse reditus (*haft vackra inkomster, icke allenast af thes fundations gods, utan och genom testamenten och andra gåfvor, hvarmed monge förmögne thy påtenckt hafva*); memoria tenendum est, eum liberaliter solere res augere, et monumentorum defectus ex ingenio interdum supplere. Ex utriusque autem hujus Coenobii (Ordinum Mendicantium) praediis Coronae vindicatis, nuper vidimus, (p. 644 sq. not. 29 fine) aerario non multum sane lucri accessisse.

*Nådendalense* igitur unicum fuit in Finlandia Coenobium quod locuples vocare liceat. Illis autem quae de ejus interitu' narrat RHYZELIUS l. c. pag. 296 sqq. addi debent, praeter MESSENII querelas (*Chron. Finl. Rhyth. p. 50*)<sup>37)</sup>,

<sup>37)</sup> „Än mera i Finland vändes, Vid alla Kloster gods kändes Kungen, därför var i nöd Nådendal til sågel och bröd. „Abdissan hos honom begick, Hon så många gods igenfick, Som „hon de gamle med föder, Och sjuke systrar och bröder. Så „länge hon den ränta har, Kungen af henne hvart år tar En „summa penningar; också Et dyrt credits manne han få. På „senaste togs allt igen, Klosterfolket til svåra men: De unga „för de gamlas föde Arbeta, til dess allt var öde.“ *Scandiae T. X* p. 25 scribit: (1530) „*Gustavus Rex*, accepto a Nådendalensi „Antistita, insigni Chrysendeto, tantum de sublatis resignat illi „proventibus coenobii, quantum sustentationi grandaeavorum in „utroque conventu sufficeret.“ Videtur Rex bona Coenobii mobilia, Vasa etc. sibi non vindicasse, aut ad ea proferenda Coe-



PETRI ELMGREN Diss. *Analecta quaedam Historiae Coenobii Nådendalensis in Finlandia continens* (Praes. Cel. BILMARK, Aboae a. 1774, 4:o edita) pag. 7 sqq.; cfr. *Appendix* ad Hist. Eccles. *Spegelianam*, p. 116. Post jus in bona Monasteriorum Regi per Recessum Arosiensem traditum, hic quidem mox illud exercere coepit, sed ita ut Sororibus (et fratribus?) aetate aut morbo invalidis (totque junioribus quot ad harum curam gerendam suoque labore illarum sustentationem adjuvandam remanere vellent?) domicilium in Claustro ac certorum praediorum proventus, (detracto tamen annuo tributo aerario pendendo) initio permitterentur. Nimis autem severe Officiales suos Regis jus interdum esse persecutos, credere licet; nec mirandum, si multis Coenobitis, (praejudiciis religiosis et vitae generi monastico ab adolescentia adsuetis) subita haec rerum conversio, atque adeo sors sua, aequo visa sit acerbior <sup>38</sup>).

*Incendiis* pluribus, hac etiam aetate, urbem Aboënsem (praeter clades ab hostibus illatas) infestatam fuisse, reperimus: inter quae illud anni 1546, ut funestissimum, ab Auctore (ac etiam a MESSENIO *Scand. T. X p. 25*) inprimis commemoratur: quod contigit nocte aut die proxime post Dominicam *Reminiscere*, quae hoc anno incidit in 21 diem Martii; cfr. supra pag. 624, not.; sed praeterea anno 1549,

---

nobitas non compulisse? Quod annotatio confirmat, in libro *Sundholmensi* (saepe nobis laudato) occurrens, unde discimus *Valburgim Torkilli*, Abbatissam Nådendalensem, quae a. 1528 a *Joa-chimo Fleming* frumentum, pecuniam etc. ad usum Coenobii mutuo sumserat, ad aes alienum sic contractum solvendum a. 1537 *Calices* etc. vendidisse.

<sup>38</sup>) Queruntur Moniales *Nådendalenses* in literis ad R. *Johannem III*, d. 4 Jan. 1569 datis (in Diss. Cl. ELMGREN nuper laudata, p. 8 sq. legendis), se ut senes et infirmas, non modo ipsas sese alere non valere, sed neque a cognatis suis opem sperare posse, utpote *quae bona atque praedia sua haereditaria, olim sibi legitime tradita, secum Coenobio addixissent*; quae jam aerario erant vindicata! Quarum igitur jus, ad tantum saltem stipendii ex bonis Monasterii obtinendum, quantum ex praediis olim suis redibat, precarium videri haud debuit!

d. 27 Maji, illam urbis partem quae *Mätäjärvi* dicitur, et 1552 in Aprili occidentalem ejusdem partem conflagrasse, Auctor Anonymus, cujus supra p. 626 not. 10 attulimus Annotationes, docet <sup>39)</sup>.

109. Cfr. quae monuimus supra p. 632. Sine dubio videri debuit Episcopo, sub quo tantae res contigerant, quae a primis Reformationis Ecclesiasticae initiis, ad eam plene perfectam, partim spectator partim etiam actor fuerat, haec scena memorabilis. Quam fuerint Cleri non modo auctoritas et externus religionis splendor imminuti, sed etiam redditus ecclesiastici recisi, vel exemplis ex sua Dioecesi exhibitis, vidimus. Cumque reipublicae conditionem, diuturnis calamitatibus exhaustae et oppressae, (quarum nova cohors, mortuo R. *Gustavo* erupit) simul cogitamus; mirari non debemus, homines ejus aetatis, ac maxime ecclesiasticos, ad querelas fuisse proniores <sup>40)</sup>.

---

<sup>39)</sup> Ad incendium anni etiam 1549 *MESSENIUS* respexisse videtur, cum de illo anni 1552 commemorans canit: „Åbo efter två år igen Af våldeld lider åter men.“ *Chron. Rhythm. Finl.* p. 51. — [Posterior hoc incendium die 29 Aprilis contigisse, testatur *TEGEL* l. c. P. II p. 287.]

<sup>40)</sup> Locus huc pertinens memorabilis in Auctoris nostri occurrit Oratione Synodali, a. 1573 Aboae habita (quae in Bibliotheca Academica Ms. habetur): „Octavo, de tolerantia in paupertate ferenda, cum redditus sacerdotales sint per Magistratum imminuti. Hic locus prolixè posset dilatari sententiis et exemplis Scripturae hinc inde collectis; sed cum non sit hujus instituti, adhortor vos, ne de vocatione vestra male sentiatis, neve damnetis eam, tamquam a Deo rejectam, nec deseratis professionem vestram, sed potius pergite in confessione nominis Dei et filii ipsius Domini nostri Jesu Christi, in propagatione Evangelii, ut Deus celebretur et Ecclesia aedificetur. Si quid in hac propagatione perferendum erit, id patienter sustineatis, committentes exitum Deo, qui faciat ne labor vester irritus sit in Domino. Memineritis quid passi fuerint sancti Prophetae, Apostoli et alii Martyres. Gaudete quod Deus vos dignos judicaverit, qui propter confessionem nominis Christi et verbi, aliquid odii diabolici sufferre debeatis. Deus olim et labores vestros et tolerantiam vestram aeterna gloria in mortuorum resurrectione



110. Miro errore MESSENIUS (quem Auctoris nostri hoc scripto usum fuisse, manifestum est), mortem Episcopi *Martini* ad a. usque 1555 <sup>41)</sup> rejicit; cum tamen observet, praecedenti jam anno (1554) „Finlandiam in binas divisam „fuisse Episcopas, Abogensem et Wiburgensem,“ quarum illi qui praefectus fuit, M. *Michaëlem Agricolam*, „primitias ce- „lebrasse Abogiae pompa ferme Catholica,“ addit, „ideoque „in Regis incidisse indignationem:“ quae omnia satis indicant, Cathedram Episcopalem, per *Martini* obitum antea vacuefactam jam fuisse. Unde ipse, non admodum con-

„exornabit. Tantum fideliter pergite in Euangelii praedicatione; „et Deus aderit vobis.“ Quae legens, tristem valde his temporibus fuisse credas Cleris Finlandici conditionem? Sed ex communi temporum calamitate, haec miseria, magnam partem, sine dubio proficiscebatur? Quod verba haec, in fine Orationis legenda confirmant: „Nec minus populus adhortandus est per Dominos „Ecclesiarum Pastores, ut *in his patriae publicis calamitatibus*, „*dum omnes diutino bello, peste et omnium rerum caritate horri- „biliter affligimur*, sine intermissione precibus insistant, ut Deus „miseri cordiarum Pater in Christo Jesu Domino nostro, nobis „nostra delicta condonare, poenas peccatorum nostrorum mitigare „ac tollere, et tranquillitatem ac pacem patriae restituere digne- „tur, *ut nos ex his aerumnis aliquomodo respirare possimus!*“ Qualem igitur putemus faciem fuisse Fenniae, post accedentes etiam civiles turbas, inter R. *Sigismundi* et *Caroli* factiones, crudeliter agitatae, et perpetua bella sequentibus temporibus, sine ulla fere intermissione, cum vicinis Russis ad pacem usque Stolbovensem, et praeterea cum Danis, Polonis, in Germania etc. continuata?

<sup>41)</sup> *Scand. T. X p. 26*; cfr. *Chron. Rhythm. Finl. pag. 52*, et *Chron. Episcoporum. p. 115* (Ed. Lips. p. 158) ubi similem anachronismum committit, a SPEGELIO (P. II p. 403) tanto turpius adoptatum, cum simul (ex Auctore nostro) addat, post Episc. *Martini* mortem (die 30 Dec. a. 1555) vacasse Dioecesim per annos tres; licet anno jam 1554 *Agricolam* et *Juustenum* ei praefectos fuisse, paullo pox narret! Neque auctor Annotationum supra p. 625 not. adductarum (*Henricus Matthaei*) ab errore immunis est, qui Ep. Martinum a. demum 1551 obiisse narrat (nisi vitium sit transcriptoris? quod esse tamen non videtur) pro a. 1550. RHYZELIUS, ad ductum Auctoris nostri, annos recte constituit.



stanter, ad a. 1555 scribit, M. Michaëlem *in vacuam* successisse Cathedram. Verum autem horum eventuum ordinem distincte et luculenter Auctor noster proponit.

111. Annum quo *Nicolaus Grabbe* obiit, Historicis nostris haud ignotum, 1549<sup>42)</sup>, hinc excidisse liquet. Praeter insignia autem de universa patria egregii hujus viri merita<sup>43)</sup>, memoria favoris et patrocinii sui Urbi regionique Wiburgensi, Auctoris nostri natali, olim praestiti, laudabilem sui hoc loco mentionem inprimis peperisse videtur<sup>44)</sup>. Ne-

<sup>42)</sup> Habet CELSIUS, *K. Gustaf I Hist.* T. I p. 128 (Ed. II, p. 139) not. (\*) et Nob. v. DALIN l. c. p. 52, not. (h); ubi addunt, eundem sepultum fuisse in templo ecclesiae, alter *Faris*, alter *Saris*, (lege *Karis*, Nylandiae).

<sup>43)</sup> Cfr. supra p. 603 not. 18. Facta ejus exhibent TEGEL l. c. P. I, p. 31, 36 et 76, P. II, p. 25; et ex eo CELSIUS et v. DALIN l. l. c. c. passim. Praefectum fuisse a Rege Arci et ditioni Wiburgensi, indidem discimus. In Autographis Literis (quas oculis usurpavi) Judicialibus *Henrici Skriffuare*, datis a. 1524, *Sundagen näst efter S. Erasmus* (d. 5 Junii), praesentes fuisse dicuntur „Ärlig och Velbördig *Nils Grabbe*, *Häradshöfding öfver Rasborgs Län*, och *Lasse Olofsson*, *Slottsfogde på Raseborg*. Aliis Literis Judicialibus (etiam illis autographis) datis a. 1535, vidimus *Ericum Olai* (*Erich Olofsson*, *Häradshöfd. i Borgo Län*) tanquam simul praesentes nominare *Ericum Flemingh*, *Equitem et Legiferum Fenniae Australis*, nec non „*Velbyrdig man Nils Grabbe*, *Kongl. Maj:ts Befallningsman på Wiburgh*.“ In veteri Schemate Genealogico familiarum Nobilium Fennicarum (aliquoties a nobis commemorato) dicitur Patrem ejus fuisse *Magnum Grabbe*, qui villam *Grabbacka* primus aedificavit; de filio autem hoc additur: „*Nils Grabbe höll sig* „mannligen mot *K. Christiern*, och är begrafven i *Karis Kyrka* „a. 1529. Uxores 1. *Elin Clas dotter*. 2. *Kirstin Knuts dotter Kurck*, *Arvid Erikssons til Sydämma* (*Stålarms*) änka“ (cum qua nuptias celebrasse a. 1530 dicit v. STERNMAN, vid. *App. ad Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, p. 204). „Och var bemälte *Nils Grabbe* den sidste af det namnet på Svärdsidan.“ Porro docetur, eum filiam reliquisse *Beatam*, ex priore uxore *Helena* (*Elin*) susceptam, quae nupserit *Erico Arvidi* til *Grabbacka* (*Stålarms*), cujusque nuptiae celebratae sint a. 1545. Aliter vero Nob. v. DALIN l. c. p. 52, ad *Palmsköldii* Annot. provocans.

<sup>44)</sup> In vita Auctoris nostri, infra adferenda, magnifico hoc

que qui de illa non minus provincia quam de tota Fennia, Patria hac sua ab hostium vi liberanda, optime illi etiam meriti sunt, illustres fratres *Flemingos*, (*Iwarum* et *Ericum*) sibi silentio praetereundos duxit<sup>45)</sup>. Merita *Biörnönis Clas-*

elogio ornatur: „In locum ejus D:ni Comititis (*Johannis de Hoya*), „cui Wiburgum cum sua ditione Rex commiserat administrandum, „successit nobilis et providus vir *Nicolaus Grabbe*, vir pietatis „et omnis honestatis amans, anno Domini 1536.“ Biennio tamen maturius urbem arcemque Wiburgensem a copiis Regiis, quibus praeerant *Ericus Fleming* et *Nicolaus Grabbe*, fuisse occupatas, docet TEGEL l. c. P. II p. 25; ac anno jam 1535 *Grabbi-um* praefecturam gessisse Wiburgensem, in Nota proxime praecedente vidimus: ita ut loco laudato pro a. D:ni 1536, a. D:ni 1534 legi debere, probabile sit?

<sup>45)</sup> Vitam *Iwari Fleming*, Domini de *Sundholm* et *Nynäs* etc. paucis exhibet Dn. RADLOFF, *Beskr. öfver Åland*, C. 3, p. 42 sq. Cfr. Nob. UGGLA l. c. IV Afdeln. N:o 5, p. 3. De captivitate sua Dantiscana commemorat *Johannes Magnus* in literis ad R. *Gustavum* (dat. d. 10 Dec. 1535). Vid. Append. ad Hist. Eccles. *Spegelianam* p. 79. Ex *Libro Sundholmensi* (saepius nobis commemorato), qui ab eo ejusve jussu conscriptus fuit, discimus eum cum fratribus suis natu majoribus, in adolescentia (ante a. 1512) extra patriam, artis bellicae discendae caussa, militasse; et *Alandiam* anno jam 1527 feudi jure tenuisse, quam a. 1537 perdidit. (In *Archivo Palmsköld*. N:o XIV *Topogr. T. 59, Abo och Åland*, p. 485 legitur: „*Castelholm* med hela *Åland* „samt *Nykyrcka* socken i Finland, och *Osmo* socken på *Tören*, „var förlänt af K. Gustaf I til Herr *Ifvar Fleming*.“) *Legifer* fuit *Fenniae Borealis* et *Judex Territorialis* Territoriorum *Masko* et *Vemo*, ut alius liber, qui nobis ad manus est, docet, in quo caussas consignat a se aut vicariis suis, in Territoriis *Maskoënsi* et *Vemoënsi* inter a. 1524 et 1531 cognitatas. (*Ifvar Flänings Lagmans och Häradz Dombok öfver Mascho och Vemo Häreder ifrå 1524 til 1531*). Habentur etiam sententiae Judiciales ab eo annis 1537, 1540 etc. latae. Diligentem et attentum fuisse patrem familias, qui opportunitates oblatas numerum praediorum suorum augendi haud neglexit, ex priore illo satis elucet libro. Pater suus fuit *Joachim Fleming*, *Judex Territorii Vemoënsi* 1488, et *Praefectus Aboëns.* (a. 1491) de quo cfr. UGGLA l. c. III Afdeln. N:o 651, p. 67; Mater vero *Helena*, teste *Libro Sundholmensi*, ubi tamen neque quo patrè nata neque ex qua familia orta esset, significatur. Uxor suae nomen *Märtha*, quae



ei supervixit, filii sui *Laurentii* hujusque uxoris *Birgittae Laurentii de Penningby*, 1549 nuptae, ibidem proditum habetur, quae filium *Iwarum* et filiam *Helenam* ei peperit, patri superstites.

*Ericus Fleming*, Dominus de *Svidia*, *Quidia* et *Ylenä*, frater *Iwari*, Praefectus Fenniae Borealis (*Lands-Fougte i Norr-Finland*) a. 1512-1518; postquam ex Arce Aboënsi manibusque *Thomae* Praefecti Danorum, (digni *Christierni* amici, crudelitatisque suae satellitis) a. 1521 callido consilio effugisset, a. 1522 factus Praefectus Classis Sveticae, non minus callide eum cepit; a. 1523 Senator Regni, 1528 Eques Auratus, 1530 Praefectus Arcis Raseburgensis: vid. TEGEL l. c. P. I, p. 35, 37 sq., 58, 186. Legatus bis in Russiam missus fuit, a. 1526 et 1556 (ib. p. 121 et P. II pag. 232). Wiburgum a Praefecto Comitibus Johannis ab Hoya, una cum *Nicolao Grabbe* recepit; copiis auxiliariis, quas R. *Gustavus* Christiano III contra Lubecenses etc. in Scania miserat, a. 1535 praefuit, ac Legatus eodem anno ad eundem Daniae Regem profectus fuit (ibid. P. II, p. 25, 64 sq., 68). Eodem tempore *Legiferum* fuisse *Fenniae Australis* nuper vidimus, pag. 654 not. 43. Cfr. UGGLA l. c. IV Afdeln. p. 3, N:o 4 cui mater sua vocatur *Märta Gren*, quod si verum est, frater uterinus *Iwari* non fuit? Sed idem hoc nomen (*Märta* l. *Mätta Gren*) uxorem *Iwari* habuisse narratur in *Foliis Hebdom. Aboëns.* a. 1773, p. 77; cfr. quae nuper ex Libro Sundholmensi attulimus. Ex uxore sua *Hebla Sparre* filium habuit famosum illum postea Regni Mareschallum et Gubernatore Finlandiae generalem *Claudium Fleming*: de quo cfr. UGGLA l. c. p. 13, N:o 2, ac scriptores ibi laudati; quibus addendum GEZELI *Lexicon Biographicum*, T. II p. 293.

Fratrum *Flemingiorum* operam in expugnandis Arcibus Finlandiae et satellitibus Tyranni hinc expellendis, patriaque sic in libertatem asserenda, eximiam fuisse, in confesso est. Vid. TEGEL l. c. P. I p. 76. Eodem anno (1548) utrumque mortuum esse, aperte Auctor prodit, ac eodem etiam die (19 Dec.) in templo Ecclesiae Pargas (ubi praedium *Erici*, *Quidia*, situm erat), fuisse sepultos: quod etiam Annotatio Anonymi (supra p. 626, not.) confirmat. Mortuos autem eodem ambo die (14 Dec.) fuisse, aegre credas; nisi aliquo infortunio periisse (ex. g. aquis) putes? quod tamen non indicatur; ita ut forte ad *Ericum* solum diei nota apposita trahi debeat?

Caeterum alios quoque duo fratres eosdem habuisse, *Jacobum* et *Joachimum*, liber saepe laudatus *Sundholmensis* docet; quorum hic tempore *Stenonis Sture* junioris (inter a. 1512 et 1520) militare servitium Wiburgi praestitit, sub Praefecto *Antonio Erici Tott*, (supra p. 601 sq., not. 13, 14), anno autem



son, huic trigae ab Auctore adjecti, minus vulgo nota et illustrata sunt <sup>46</sup>).

1526 Praefectus fuit Fenniae Borealis (Lands-fougde i Norr-Finland). *Ille contra (Jacobus Fleming)*, qui sese scripsit *de Lepistö*, quique ille etiam Wiburgi militaverat, a. 1530 tria accepit praedia, quae ad *Praebendam Corporis Christi* pertinerant, (Literae in Bibl. R. Stockh.), anno autem praecedente (1529) severas has a Rege *Gustavo* literas accepit: „Giffue wi digh tilkenne „*Jacob*, at store klagomål äre kompe för oss på tig, at du i „*din förläning* som wi tig unnte bruker mykket orätt och öff- „uervåld, tager bönderne ifrå åker, äng, sääd, höö och huad tu „kant öffuerkomma, utan lagh och rättgång; för huilke saak „bönderne bedie för Guds schuld at de måge komme under Åbo „Slott igen. Wilie wi och strängeligen biude, at huad du haf- „fuer tagit them ifrå [med] olagum, at tu fåår them igen, och „lät huar behålle och bliffue wid sitt, till dess tu haffuer them „någon deell afvunnit med Lagenn inför de Domere som owel- „duge kunne ware uti sachen, *efter du üst där sielfver Härads- „höfdinge*, och äst utan tueke weldug i din egen saak. Haffue „wi och förståt, at du äst sjelffuer Lenndsman i din förläning, „det ei heller mycket berömmer sigh. För denne din missbruchs „schuld haffue wi scriffuit Måns Svensson till, at han skall ken- „nes vid samme din förläningh åter under Åbo Slott igen, be- „synnerliga til thess tu haffuer giordt tin redeliga undskyllning. „Och wilie wi at tu låter the fattige män blifve ofägrade (så „framt wi skole förliche oss well.)“ Tales dedimus has literas, quales in *Foliis Hebdom.* a D: no E. EKHOLM anno 1767 editis (*Den Svenska Fatburen* 2 Öpn. N: o 5) p. 38 sq. exhibitas reperimus, ubi ex Archivo Regni depromptas fuisse, indicatur. Anno 1535 *Jacobum* hunc *Fleming* mortuum jam fuisse, in Literis fratris sui *Erici* Judicialibus nuper laudatis, docetur. Nullam autem prolem reliquit; quare inter fratres suos, ut in Libro Sundholmensi docetur, bona sua divisa sunt.

<sup>46</sup>) Vocatur in monumentis ejus aevi *Björn Classon til Lepas* (apud Nob. STIERNMAN et UGGLA *Leppis*) leg. *Leppas*, hodie *Stjernsund*, praedium paroeciae *Hattula*; *Köppas* apud TEGELIUM l. c. P. II p. 87, (male). Regni Senator a. 1523 factus, auctoritate et fama suo tempore clarus, Legatus in Rusiam a. 1536 et 1545 missus fuit; vid. TEGEL l. c. P. I pag. 58; P. II pag. 87, 232. A Nob. STIERNMAN (*Höfd. Minne* I D. p. 24), vocatur *Lejon*, ex armis suis gentilitiis, cfr. UGGLA l. c. p. 4 N: o 9, ac in matrimonio habuisse *Catharinam Stjern-*

*Praelatos et Canonicos* praecipuos, quorum quidem ad nos pervenerunt nomina, qui Ecclesiae Fennicae initio seculi XV, antequam per Reformationem Religionis nova rerum facies hic oriretur, praefuerunt, passim jam nominavimus. *Archipraepositi* nempe dignitatem, post *Laurentium Suuripää* sedi Episcopali admotum, tenuerunt (praeter M. *Johannem Olavi*, postea Episcopum, si is *Praepositi* administravit munus? <sup>47)</sup>), 1. Magister *Henricus Wenne* <sup>48)</sup>, qui a. 1509 inter

*sköld* dicitur, filiam *Georgii Hansson in Norrnäs*. In veteri autem Schemate Genealogico ad *Stiernkorssianam* ille familiam refertur, hoc modo: „Per Hansson til Lepas *Stiernkorss*. 2 Hans „Persson til Lepas (uxor Ragnil, Henric Sverds dotter). 3 Clas „Hansson til Lepas. 4 Björn Classon til Lepas, u. Karin, Jöran „Johanssons dotter til Werne.“ Cuinam potius sit assentiendum, haud dicam. Liberos porro ejus idem Schema recenset 1 Hans Björsson til Lepas (u. Kirstin, Hr. Henric Horns dotter til Kankas). 2 Clas. 3 Jöran. 4 Melker. 5 Ingeborg. 6 Anna (conjug Mars Larsson til Harfvila, filius Hr. Jesper Matsson). Judicent harum rerum periti.

<sup>47)</sup> Pendet hoc ex interpretatione et significatione vocabuli *Archipresbyteri*, quo Auctor utitur in dignitate designanda ex qua *Johannes Olavi* ad Episcopatum fuit sublatus, sive is videlicet *Archipraepositus*, sive *Archidiaconus* fuerit? Cfr. supra p. 590.

<sup>48)</sup> *Wenne* nomen suum in *Registro Eccles. Aboëns.* constanter (ut et ab Auctore nostro) scribitur (vid. Fol. 193 et 270); *Wenner* a Nob. v. DALIN vocatur (l. c. P. II, C. 20, §. 6 p. 865), ad imitationem literarum R. *Johannis* et Senatus Regni Danici de conditionibus Recessus Hafniensis, datarum a. 1509, d. 17 Aug. (apud HADORPHIUM *App. ad Chron. Rhythm.* p. 419 sq.): cfr. Nob. UGGLA l. c. III Afdeln. pag. 72, N:o 690. In Literis Episc. *Martini Skytte* ad R. *Gustavum* a. 1530 datis, quarum supra (p. 634, not. 21) mentionem fecimus, narratur M. *Jacobum Wenne, Seniore*, (*Magister Jacob gamble Wennen*; ubi haec vox *amicum* significare commode nequit!) fuisse nuper *Peste in his locis tum grassante* consumptum; quare Episcopus cum Capitulo Praebendam ejus M. *Jacobo Wenne juniore* (*Mag. Jacob unge Wennen*) ejus ex sorore nepoti, concesserant, suffecto huic quodam *Sigfrido*, homine aetate jam provecto, Regis confirmationem iis enixe jam efflagitantes; cujus consilio, Praebendarum reditus sibi vindicandi, hujusmodi conatus non facile convenire poterant: cfr. supra p. 622 sq., 633 sq., 640—645. [De



Legatos Svecicos ad Conventum Hafniensem destinatos, comparet<sup>49)</sup>, atque anno 1513 decessisse, Auctori nostro

hoc M. *Jacobo Wenne juniore*, in Actis Reg. Dicasterii Aboënsis a. 1624 (d. 12 Maji) Fol. 93 legitur: --- „Och inlade i „Rätten Abedissans i Nändals Closter *Birgitta Petri* och hennes „Conventz Systers bevis dat. den 17 Aprilis 1564, så lydandes: at Jöns Philpusson til Storgården hafver gifvit förenämde „Hulkis til Nändals Closter för sig“ (sin?) „och sin hustrus lägerstad, efter de voro barnlöst folk. Sedan många år derefter, „när Jöns Philpusson döder var, hafver hans Systerson unge „*Mester Jacob Wänne* tilägnat sig b:te Hulkis ifrån Clostrit, och „efter hans död hafver hans syster *Margëta*, länge Markuses i „Åbo, såldt samma Hulkis“ etc.] Eadem tandem hae ostendunt literae, jam ante a. 1530 *Praebendam Novi Chori* administrationi Regis subfuisse, quae M. *Jacobo* illi demandata fuerat, ac de qua porro Regis mandatum imperiumque Episcopus flagitat (*Om Nye Chors Landbönder, som M. Jacob gamle Wennen hade i befallning*, bediandes Eders Nad werdoges gifva tilkänne huruledes Eders Högmechtighet teckis therom skicka). Cfr. supra pag. 642 sq. not. 28. Quae simul demonstrant, minime licuisse Episcopo, Praebendarum omnium reditus pro arbitrio ad juvenes studiosos adjuvandos adhibere.

<sup>49)</sup> Docet Nob. v. DALIN l. c. Quamvis conditiones Recessus Hafniensis, ab his Legatis pacti, patriae minus essent vel honorificae vel proficuae; nescio tamen, annon dura nimis in illos sententia ab iis feratur Historicis nostris, qui perfidi in patriam animi illos arguunt, ac Hierarchas inprimis horum temporum omnes, ut ordinis sui vitio perpetuos patriae hostes exagitant. Negari quidem nequit, potentiam, opes et divitias eorum nimias, privilegia iniqua et reip. onerosa fuisse, (ut et dependentiam a Principe peregrino, Papa, absurdam atque noxiam); certum est, multos his rebus abusos turpiter esse, ac dominandi actos cupidine, turbas perniciosissimas et flagitiosissimas in civitate excitasse: sed plerumque potentium familiarum suarum odiis, cupiditatibus et factionibus magis quam ordinis sui stimulis, ac potius quatenus Optimates, quam quatenus Ecclesiae Antistites erant, in perniciose illa Reip. consilia abreptos fuisse constat, a quibus Optimates Laicos haud plus quam Clericos abstinuisse, reperimus. Ac nonne similia etiam post reformatam religionem consilia tentata sunt? Nonne multi contra Episcopi laudabilis in patriam fidei atque amoris specimina constanter ediderunt? Quod de Finlandiae inprimis Praesulibus merito praedicare licet. Unde



dicitur. Ei successit 2. *Magister Paulus* <sup>50)</sup> *Skeel* l. *Skääl* <sup>51)</sup>,

neque Praeposito nostro malam fidem temere imputandam esse putamus. Quae temporibus R. *Gustavi I* (cum de Optimatum numero sapienter eximendi essent) valde excusabilis fuit, (ac respectu adjuncti quod plurimi eorum *Christierno* Tyranno nuper enixe attulerant, digno mox ab eo affecti praemio! etiam justa), querela perpetua et criminatio de consiliis et moliminibus nefariis Hierarcharum, eam paullo jam sedatiore et aequiore expendere animo licet, et judicia in eos favorabiliora *Olai Petri*, in *Chronico* passim lata, (ex. g. de consilio pacis cum R. *Johanne* ineundae ad a. 1508) quibusque R. *Gustavus* vehementer adeo offensus fuit, si non usquequaque approbare, tamen neque acerrime omnia condemnare. Cfr. loca supra p. 632 sq. not. 20 excitata.

<sup>50)</sup> M. *Henrico Wenne*, a. 1513 mortuo, mox successisse, Auctor docet. In *Registro* tamen *Eccles. Aboënsis* (Fol. 270) anno demum 1515 successori suo penum ad mensam Archidiaconatus pertinentem tradidisse, dicitur. Verba ipsa, animi caussa, subjiciemus: „Inventarium, mense Archidiaconatus, relictum per Magistrum *Paulum Sthwl* (*Skeel*) anno Domini „MDXV:o circa nativitatem Mariae, ad manus venerabilis viri „D:ni Magistri *Jacobi Johannis*, in presentia Capituli, et per eum „aliquaqualiter emendatum et adauctum: Primo una stopa argentea „de XXVI lotis, ex donacione D:ni *Magni* de Serkilax, bone „memorie, Episcopi quondam Ecclesie Aboënsis, quam Magister „*Paulus* postea fecit renovari et deaurari, adaugendo et de novo „fabricando pedem de VIII lotis. Item adauxit idem Magister „*Paulus* unum tassum de VI lotis. Item unam caldariam magnam pro braxatura, de mensura unius lagene cum dimidia vel „quasi.“ Haec post mortem M. *Pauli* scripta esse, apparet. Cum Nob. v. DALIN l. c. II D. 20 C. 11 §. (ad Collectionem *Palmesköldianam* provocans) narret, Pro-Regem *Stenonem* per Legatos suos *Ericum Thuronis*, *Clementem Hågensköld* et M. *Paulum Archidiaconum Aboëensem*, feliciter bellum Russicum avertisse, quod R. *Christiernus* per transactionem Hafniensem a. 1515 cum *Basilio* Magno Principe Russorum factam ciere studuerat; inde colligas, M. *Paulum* non ante hunc annum ad Praepositi dignitatem pervenire potuisse? (Cfr. supra p. 600 not. 10). Num igitur vitium in anni nota ab Auctore expressa (1513) inest? Aut num toto fere biennio Archipraepositura, post mortem M. *Henrici*, vacavit?

<sup>51)</sup> Nomen suum, quod in *Registro Eccles. Ab.* Fol. 193 et 282 scribitur *Skeel* (vid. supra p. 425), Fol. autem 270 (loco

quem anno 1516 obiisse, idem testatur (supra p. 595); qui-

nuper not. 50 allato, *Sthwł*, si recte lectum est?), in Codice *Chronici* nostri Academico exaratur *Küüll* (forte pro *Skäüll*? quod alius Codex habet), in exemplo Nettelbladiano (et alio viso nobis Codice) *Skür*, ac in Codice qui nuper Bibliothecae Acad. accessit, *Skör*, *Skeel* aut *Skääl* (Phoca?) recte scribi putamus. A. 1513 d. 19 Julii (*Abo Tisdagen nesth före S. Marie Magdalene dagh*) adhuc Archidiaconus Aboënsis vocatur, in Literis Judicialibus *Stenonis Sture* Pro-Regis, et Senatorum Regni, eo die datis (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 282*). Si in literis, quibus praedium *Tursunperü* Coenobio Nädendalensi donatum fuit, datis *Valle gratiae a. 1448 ipso die S. Dionysii sociorumque ejus Martirum*, (9 Oct.), quibusque sigilla sua appendi fecerunt *Magnus* Episcopus, Dn. *Henricus Bidz* (*Ehrlig och stränge Riddare Herr Henric Bidz i Nynäs*) et *Magister Paulus Archipresbyter Aboënsis* (Mr. *Pawal Arkeprester i Abo*), atque *Consules et Senatus Urbis Nädendal*, anni nota, ut suspicamur, in vitio est, (ita ut legi debeat 1498 pro 1448, MCDXCVIII pro MCDXLVIII?); nostrum *M. Paullum* iis scribendis interfuisse sequitur, atque *Archidiaconum* (cui vocabulo *Archipresbyteri* illud tum aequipollere existimabitur) eo anno jam fuisse. Quo autem posito, *Johannes Olai* (qui a. demum 1506, cum antea fuisset Archipresbyter, Episcopus est factus) suus fuisse antecessor non potuit? (cfr. supra pag. 590 et p. 658 not. 47). Cur autem laudatas nuper literas non a. 1448 exaratas esse suspicemur, haec est caussa, quod *Archipraepositus* quidem tum fuit *M. Olavus Magni* (postea Episcopus, supra pag. 459), *Archidiaconus* autem *M. Sigurdus Johannis* (ad diem certe 1 Febr., *Reg. Eccles. Ab. Fol. 272*) vel *M. Johannes Magni* (d. 27 Apr. *Ib. Fol. 246*), vixque probabile videtur *M. Paullum* (eujus caeterum nulla in illius temporis monumentis alia occurrit mentio) tertium eodem adhuc anno fuisse hujus dignitatis possessorem? Utrovis autem anno (vel 1448 vel 1498) *Magnus* (vel II vel III) erat Episcopus, et *Henricus Bidz* (vel Avus vel Nepos) Eques et Legifer: cfr. supra p. 375; 556, 490—494. Quantum autem nos vetera monumenta cognoscimus, *major* ille (Legifer Suderfinniae) vocavit se *Militem in Vik*, *Minor* (Legifer Norrfinniae) *Militem in Nynäs*, neque exempla contrarii nobis ulla succurrunt: quod vero aliter Nob. STIERNMAN (vid. *App. ad Fol. H. Ab. a. 1785*, p. 197) et post eum Nob. UGGLA, id partim ex confusione viri utriusque (supra p. 492 not. 8), partim ex ipsa hac, quam dubiam esse docuimus, anni nota, pro certa ab eo assumpta, profectum esse videtur?



que successorem habuisse videtur 3. Magistrum *Jacobum* <sup>52)</sup>, eum quem a. 1526 de vita migrasse, supra (p. 646 not. 31) didicimus? Huic porro subrogatus eodem anno fuit 4. Mag. *Johannes* <sup>53)</sup>; post cujus mortem a. 1547, hoc munus abrogatum fuit (supra p. 616, et 646). *Archidiaconos* autem eodem tempore fuisse reperimus 1. *Magnum Laurentii Grisefoth* (l. *Griffoth*, ut alio loco nomen suum, vitiose puto? scribitur); qui a. 1502 obiit <sup>54)</sup>. Hic mensam Archidiaconi liberali donatione quinque Praediorum auxit, ea sub conditione, ut successores sui de praescriptis quatuor missis canendis curam diligentem atque perpetuam haberent, ut literae ipsae donationis atque foundationis subjunctae <sup>55)</sup> do-

---

<sup>52)</sup> Hunc in Archidiaconatu *M. Paulo* successisse, verba *Registri Ab.* supra p. 660 not. 50 allata, innuere videntur? Quem eundem fuisse, qui deinde Archipraepositus factus, a. 1529 decessit, credas? Cfr. supra p. 646, not. 31.

<sup>53)</sup> Hunc *M. Johannem (Mester Hans)*, e gente *Flemingiana* oriundum, filium fuisse *Johannis Fleming* (an illius de quo Nob. UGGLA l. c. p. 68, N:o 663?), fratrem *Petri Fleming de Friskala*, et Nepotem *Henrici Fleming in Sundholm*, (adeoque fratrem patruelem *Erici et Iwari*, vid. supra p. 655 sq. not. 45) vetus Genealogia gentis Flemingianae in Archivo Regni asservata, ostendit? Nescio vero an idem esse possit Dn. *Johannes Flämingh*, qui ordine primus inter Canonicos, socios *Fraternitatis Trium Regum*, enumeratur? Cfr. supra p. 425.

<sup>54)</sup> Inter *Litteras Coenobii Nädendalensis*, in Scheda chartacea situ jam atque senio fere oblitterata, haec leguntur: „Item „A:o D:ni 148 -- obiit Dn. Nicolaus de Thöwesala pie memorie.“

„Anno D:ni MDII obiit honorabilis vir Dn. *Magnus* Archidiaconus. Ipse vive vocis oraculo dixit Patri nostro carissimo, „cujus anima in pace perpetua requiescat, ceteris fratribus audientibus, vester sum, si non venero vivus, veniam utique mortuus, quoniam hic in monasterio elegeram sepulturam, et ante „X annos colligavi centum marcas pro sepultura et testamento „meo; non autem traditae, quod non facit cum 40 marcis --- et „nondum --- nec pro exequiis conventualiter celebratis, 5 marcas, 3 solid. minus.“ Lucrum sibi ereptum fuisse, boni fratres aegre tulisse videntur.

<sup>55)</sup> „Universis et singulis presentes literas inspecturis, visuris seu audituris *Magnus Laurentii*, Archidiaconus Ecclesie



cent. 2. Deinde a. 1512 invenimus Mag. *Paulum Skeel* huic

„Aboënsis, salutem in Domino sempiternam, et fidem indubiam  
 „presentibus adhibere. Quia ex testimonio veritatis unusquisque  
 „mortalium villicus Dei fore dinoscitur in hoc mundo, quoque  
 „tandem de villicatione sua coram supremo Judice necesse erit  
 „reddere rationem: idcirco ego prefatus Magnus iudicium illud  
 „districtum cupiens prevenire, in laudem omnipotentis Dei ac sue  
 „matris, intemerate virginis Marie, et omnium Sanctorum ejus,  
 „nec non ob salutem anime mee, parentum, propinquorum, bene-  
 „factorum ac amicorum meorum, et omnium Christi fidelium, vi-  
 „vorum ac defunctorum, preteritorum, presencium et futurorum,  
 „de consilio et consensu Reverendi in Christo patris et Domini  
 „mei, domini Laurentii, divina providencia Episcopi Aboënsis, et  
 „sui venerabilis Capituli, institui, fundavi et erexi, ac vigore pre-  
 „sentium instituo, fundo et erigo quandam prebendam cum cer-  
 „tis perpetuis Missis, in Ecclesia Aboënsi prefata, *ad altare san-  
 „cte Crucis in nova Capella ad latus aquilonare Ecclesie supra-  
 „dicte*, modo et ordine infra scriptis, in perpetuum dicendis: vi-  
 „delicet omnibus feriis 2:is pro fidelibus defunctis, feriis quartis  
 „de quinque vulneribus D:ni nostri Jesu Christi, feriis sextis de  
 „beata Katherina, et diebus sabbatinis de compassione beate Ma-  
 „rie virginis. Pro quarum Missarum continuacione seu susten-  
 „tacione, dono, lego et approprio *eidem Prebende quinque predia  
 „mea* infrascripta: primum in parochia *Janakala*, dictum *Melkela*,  
 „cum duobus Molendinis ibidem in torrente *Tervenkoski*“ (*Terwa-  
 koski*), „que emi a Dn. *Erico Jacobi*, quondam Canonico Abo-  
 „ënsi, pro CCC marcis denariorum monete Suevice. 2:um pre-  
 „dium in *parrochia Kalvola*, dictum *Kalvola*, quod emi ab *Anna  
 „Jacobi*, sorore D:ni *Erici* prefati, pro C marcis denariorum. 3:m  
 „predium in *Saw*, dictum *Mäkinpää*, quod emi a *Johanne van  
 „Eken* pro CC marcis; 4:m predium ibidem, dictum *Korwala*,  
 „quod emi ab *Acone Jacobi* pro CC marcis; 5:tum predium in  
 „*Resaa*, dictum *Soyniss*, quod emi a *Petro Hansson* pro C mar-  
 „cis. Quam quidem prebendam et omnia predia supradicta, cum  
 „omnibus suis juribus et pertinenciis quibuscunque, de simili con-  
 „silio et consensu dicti reverendi Patris et sui venerabilis Capi-  
 „tuli, annexui, univi et incorporavi Mense Archidiaconatus, pro  
 „sustentatione predictarum Missarum in perpetuum possidenda:  
 „ita quod Archidiaconus, quicumque pro tempore fuerit, de hu-  
 „jusmodi Missis continuandis et dicendis sollicitudinem habeat  
 „diligentem, prout in extremo iudicio coram districto iudice de  
 „hoc velit reddere rationem. Qua propter aufero a me et ab

muni praeuisse<sup>56</sup>), unde a. 1513 (?) ad Praeposituram promotus, successorem habuit 3. Magistrum *Jacobum Johannis*, eundem (ut putamus) qui postea in Praepositura quoque eidem successit<sup>57</sup>)? Post quem 4. *Jasperus* ille (si nomen suum recte legimus?) qui a. 1526 hac dignitate eminuit, (supra p. 646, not. 31) eadem ornatus fuisse videtur. Clausit tandem hanc seriem 5. Mag. *Petrus Sillä*, post cujus mortem (a. 1542 d. 20 Junii) haec dignitas fuit abolita. *Decanos* plures non reperimus commemorari, quam 1. M. *Arvidum Kurck*, qui ad Episcopale fastigium ex hoc gradu eVectus fuit (supra pag. 595), cui ille primus forte praefuerat? (cfr. supra pag. 561 sq. et 599). Successorem habuisse videtur 2. Mag. *Conradum*, quem inter *cognatos suos*<sup>58</sup>) Au-

---

„heredibus meis quibuscunque omne jus, si quid fortassis in predictis prediis seu ad predicta predia videatur habere, appropiando ea, sicut predictum, mense Archidiaconatus in perpetuum possidenda, eo presertim, quod intuitu ecclesie et cum ejus pecunia fore dinoscuntur acquisita. In quorum omnium et singulorum premissorum evidenciam firmiorem, sigillum meum personale, una cum sigillis prefati Domini mei Reverendi, sui venerabilis Capituli, ac Consulatus Aboënsis, presentibus inferius sunt appensa. Datum Abo anno D:ni MDI die Mercurii, prima mensis Decembris.“ (*Reg. Eccles. Ab. Fol. 275.*)

<sup>56</sup>) De eo supra jam egimus p. 660 sq. nott. 50, 51. Anno 1513 caussam pro praedio Ecclesiae *Heickilä* contra *Henricum Korpola* hic Aboae feliciter egit, coram Pro-Rege *Stenone Sture* et Regni Senatoribus, quorum Literae Judiciales in *Regist. Eccles. Ab.* (Fol. 282) exstant, tale initium habentes: „Wij epterschiffne *Steen Sture*, Sveriges Rikes Forstandere, *Hemming Gadt* Electus til Linköpingh, *Knwth Eskilsson*, *Sten Christierrsson*, *Ake Yriensson*, Ryddere, *Niles Eskilsson*, *Iwan Jonsson*, *Clawes Henricsson* och *Henrich Stensson*, Wepnare, Sveriges Rikes Radh och män, göre vitherligit met thette varth närvarendis wpne breff, ath aar epter Gwdz byrdh MDXIII, Tiisdagen nesth fore S:te Marie Magdalene dagh, sothe wij for rätthe pa Abo Radstwwu; Tha kom for oss hedherligh man, Mester *Pawel Skeel*, *Erchedegne j Abo*, ok kerde etc.

<sup>57</sup>) Vid. supra p. 660 sqq. nott. 50, 52.

<sup>58</sup>) Ex qua hic gente fuerit, ignoramus. Episcopum autem *Arvidum*, ex veteri fuisse gente *Kurckia*, supra docuimus (p. 597).



ctor noster referre videtur (supra pag. 596), quique socius

Nob. v. DALIN scribit, multiplici errore, *Arvidum* fratrem fuisse illius *Erici Canutii* qui cum aliis Regni Senatoribus in Laniena Stockh. a. 1520 periit; hujus autem filium fuisse *Canutum Erici in Näs*, cujus uxor *Helena Claudii (Elin Clasdotter)* nomen *Kurckianum* in mariti sui familiam intulit (*Hist. Sv. P. III Vol. I, C. 2, §. 3, not. (o) p. 56, 10 §. not. (t) pag. 78; cfr. P. II, C. 20, §. 27*). Sed 1:o *Ericus* ille *Canuti* scripsit se *in Hiulesta* (vid. TEGEL l. c. P. I pag. 14), quod prodit ex alia eum gente, non ex *Kurckia* (adeoque nec fratrem Episcopi *Arvidi*) fuisse? 2:o Pater *Canuti Erici* (qui sese scripsit *in Lauko*, non *in Näs*), in vetere Schemate Genealogico (de quo saepe commemoravimus) vocatur *Ericus Oxleson til Näs*, alius plane ab *Erico Canuti* Holmiae 1520 necato; atque *Canutus* ille *Erici* neque filium habuit *Ericum*, sed *Johannem Canuti (Jöns Knutsson til Lauko)*, R. Senatorem, ut ibidem docetur, qui in (secundo?) matrimonio habuit *Ingeburgim Tott*, (filiam *Antonii Erici, Tönne Ericssons*) per quem nova illa gens *Kurckia* fuit propagata. Qua vero cognatione *Benedictus Kurck (Kurcke, Korke)*, adeo enim varie hoc gentis nomen apud veteres scriptum reperitur) Canonicus Aboënsis (de quo nuper pag. 645) Episcopum attigerit, dicere nequimus: ex *veteri* tamen *Kurckia* gente illum etiam fuisse (nam *nova* illa nomen hocce serius usurpare coepit), adeoque Episcopum *Arvidum* ultimum non fuisse masculum illius gentis surculum, quod vulgo asseri solet, liquet. Cfr. v. STIERNMAN *Matricel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel P. I p. 72*: ubi simul asserit, gentem veterem *Swerd*, hic in Fennia olim celebrem, veteris *Kurckianae* stirpis fuisse propaginem; qua quidem de re certi nihil affirmare nos audemus, quamvis arma gentilitia eadem omnino (qualia describit Nob. UGGLA l. c. IV Afdeln. p. 3, not. (a)) utramque familiam gestasse, extra dubium sit. Inter viros autem ad illam gentem pertinentes, in monumentis nostris laudantur 1. *Henricus Swerdh*, qui a. 1423 literas *Waldemari Diekn* judiciales sigillo suo, in paroecia Tavastiae *Janackala* munivit (*Regist. Eccles. Aboëns. Fol. 233*), ac a Nob. LAGERBRING (*Hist. R. Sv. T. IV p. 104, cfr. HADORPHII Append. ad Chron. Rhythm. p. 90 sq.*) inter Regni Senatores a. 1435 fuisse docetur, (praeteritur tamen a Nob. UGGLA) ut et a. 1442 inter compurgatores Regni Mareschalli *Caroli Canutii* (ib. p. 364). 2. *Olavus Swerdh*, Armiger, qui a. 1443, 1445 et 1451 Judex Territorialis Ostrobotniae fuisse deprehenditur. Uxor ejus *Helena Johannis (Elin Jöns dotter)* a. 1451 jam decesserat; ipse autem a. 1458 adhuc



infelicis navigationis ab Episcopo in Sveciam susceptae, cum eo una periit (supra pag. 604 sq.) 3. *Petrus Ragvaldi*, post ejus mortem haec dignitas sublata fuit (cfr. supra pag. 644). Inter caeteros *Canonicos*, praeter eos qui ad superiores deinceps gradus ascenderunt, nec non ultimos illos, quorum nuper mentionem, Auctore nostro praeceunte fecimus, neminem hoc aevo florentem nominare possumus, qui quidem sit commemoratione dignus; nisi *Oeconomus* Ecclesiae excipiendos putemus, quorum ordine ultimos, *Hermannum*, *Svenonem* et *Nicolaum Thomae*, supra memorari vidimus? <sup>59</sup>). Numerum Ecclesiarum insigniter crevisse, nuper animadvertimus (p. 637 sq. not.). Literarum apud nos his temporibus statum, paullo ante attigimus (cfr. pag. 619-633), praecipuos illarum cultores atque doctores simul memorantes <sup>60</sup>).

---

vixisse videtur? (*Litt. Coenob. Nådend. et Reg. Eccles. Ab.* Fol. 152). Hic duos habuit filios: 3. *Petrum Swerdh*, Judicem Territorii *Kumoënsis* a. 1463 (*Reg. Eccles. Ab.* F. 141) et 4. *Olavum Swerdh*. Ab hoc autem *Petro* diversum fuisse alium oportet *Petrum Swerdh* (hujus fortassis patrum?), ejus vidua *Catharina Haquini* (*Kaderin Haquonsdotter*) a. 1458 *dilectos suos filios* (h. e. *generos*, ut ex literis discimus ipsius *Olavi Drake*, Armigeri a. 1481 datis, quae in *Biblioth. Reg. Stockholm.* servantur) *Olavum Drake* et *Gustavum Slatte* rogavit, ut literas quasdam, eo datas anno, sigillis suis appensis munirent (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 195); atque hunc quidem *Petrum Swerdh* (non juniorem illum) esse credas, qui, una cum *Henrico* nuper laudato, inter compurgatores *Caroli Canutii* a. 1440 occurrit (*HADORPH.* l. c. pag. 364)?

<sup>59</sup>) Cfr. supra p. 645. *Svenoni*, a. 1541 muneri nuper admoto, successisse credas *Nicolaum Thomae*, a. 1546, cum idem administraret, mortuum. Vid. supra p. 624 not.

<sup>60</sup>) Inter *Magistros* ex Svecia oriundos, Wittembergae ab anno 1517 ad a. 1561 hoc honore ornatos, quorum Catalogum olim concinnaverat M. *Erasmus Nicolai* (Episcopus tandem Arosiensis), exhibitum in *Novellis Literariis Bibliothecae Regiae* (*Kongl. Bibliothekets Tidningar om lärda saker*) a Cel. GJÖRWELL a. 1767 editis, P. I p. 56 sq. nostratium nonnisi IV, *Sigfridus Finno*, *Canutus* (Johannis), *Michaël Agricola* et *Simon* (Henrici) *Wiborgensis*, recensentur; quorum primus ille, a. 1534, d. 5 Cal. Sept. Magister renunciatus, *Rector* fuisse *Scholae Sca-*

Quibus rebus addimus, nostras quidem Scholas illud deliquum quod multae aliae Scholae patriae passae sunt <sup>61)</sup>,

*rensis* docetur, nobis caeterum ignotus: fortassis ille etiam addito stipendio, quali caeteri populares sui fruebantur, domo illuc missus? *Canutum* a. 1536, d. 29 Augusti, *Agricolam* a. 1539, *Simonem* a. 1541, d. 8 Cal. Mart. Magistros fuisse creatos, idem prodit: unde supra (p. 623 et 624) a nobis allata, suppleri possunt. Sed *Petrum Särkilax*, *Thomam Francisci*, utrumque *Teitum*, *Paulum Juusten*, *Ericum Härküpåum* etc. omnino praeterit, evidenti argumento, quam sit mancus indiculus ille habendus.

<sup>61)</sup> Florem literarum, regnante *Gustavo I*, adeo non apud nos crevisse, ut potius magis magisque decrevisse videatur, atque parum omnino vel incitamenti (praeter memorata supra p. 621 sq.) a Rege hoc, caeterum laudatissimo, accepisse, res est manifesta. Cfr. Diss. M. NATH. GESTRIN *de statu rei literariae in Suecia sub imperio R. Gustavi I* (Ups. a. 1785, Praes. Cel. FANT ed.) §. 1 et 4. Confirmant rem ipsae literae Regis, cum ad omnes Dioeceses a. 1533 missae (apud WILSKMAN *Eccles. Verk* T. I p. 245 sq.), ubi de Scholarum patriae ruina acerbè queritur, tum a. 1538 d. 1 Aug. ad *Nicolaum Magni* (ap. CELSIUM *Monum. Politico-Eccles. ex Archivo Palmköld.* p. 29 sqq.), et a. 1559 d. 15 Aug. ad *Nicolaum Örebroënsem* (ibid. p. 41 sq.) datis. Excusationem quidem et defensionem suam ipse Rex in laudatis ad *Nicolaum Magni* literis affert; quae de primis regni sui temporibus utique valet, (quibus penuria omnium rerum premebatur), sed ad ultimos non aequè quadrare, aerarium locuples testari videtur quod successori reliquit, non fortassis nihil ad vastiora atque ambitiosiora consilia suscipienda hunc exstimulans (ut solet fere dives haereditas, non Principum minus quam privatorum cupiditates excitare et alere), parum felici et suo et regni fato. Negari quidem nequit, Regem graviter hortatum fuisse rusticos, ut et filios suos in Scholas mitterent, et subsidia scholaribus, veteri more, liberaliter praebent (adde literas Ejus ad incolas Norrlandiae, ut denarium S. Olavi, Scholastico Upsaliensi stipendii loco concessum, accurate penderent, dat. d. 10 Junii a. 1548, apud CELSIUM l. c. p. 36 sqq.); sed parum ipsum his, aut literis, adjumenti dedisse, reperias; nisi quod in Actis Comitiorum Strengnaesensium a. 1529 (apud Nob. v. STIERNMAN, *Riksd. och Mötens Beslut* T. I p. 103) docet se partem Clenodiorum ex Monasteriis ablatorum ad juvenum quorundam literis deditorum sublevanda studia impendisse (*sompt till att upphålla dermedh nogra personer, til studium, på det att lärdomen mothe komma i landet, Christendomen til styrkelse*). De



Scholis quidem dotandis, superioribusque condendis, qua de re literis a *Luthero* et *Melanchtone* diligenter admonitus fuit (cfr. *App. ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 84, et *Diss. M. CPH. NIC. HUMBLE de Institutione publica juventutis patriae, ante tempora R. Gustavi Adolphi* Ups. a. 1782, Praeside Celeb. FANT ed. p. 18, not. l et m), adeo non fuisse sollicitum reperimus, ut Upsaliensem etiam Academiam prorsus interire passus sit, *reditibus annuis* (ut *MESSENIUS* queritur, *Sveopentaprotop. C. IX* p. 51) *subductis*, et ipsis aedificiis Arci Upsaliensi adjectis. Cfr. *Diss. D:ni GESTRIN* cit. pag. 1 et 2. Mirum itaque minus fuit, si adolescentes publicis muneribus administrandis parum idoneos Scholae (nempe inferiores tantum illae aderant) sibi tradebant, quod in literis suis ad *Nicolaum Örebroënsem* acerbe conqueritur: licet suspicemur, Rectores illarum (utpote sacerdotali ipsos ordini initiatos) non optimos suos alumnos (quos n. sacro ordini consecrare malebant), sed tardiores ac minus probatos, ad civilia negotia tractanda ablegasse; cujus rei vestigia infra notabimus. (Non erant sc. adhuc, de vero Scholarum publicarum vel consilio vel ratione, satis sanae hominum plerorumque animis familiares sententiae? ad studia inprimis Theologica fovenda totas fere debere comparari, plurimi putabant). Neque putamus defectum hominum idoneorum, ad munus docendi, etiam in Scholis superioribus utiliter adhibendorum, impedimentum satis grave his condendis objicere potuisse, si rem serio aggredi Rex voluisset, aut sumtus illis impendendos minus metuisset; nam praeterquam quod peregrinos non difficilius ad haec munera, quam ad civilia et militaria amplectenda, potuisset stipendiis lautioribus propositis allicere, aut civium filios, quot opus esset, in exteris Acaemiis solidae eruditionis atque dexteritatis facultate opibusque ornandos curare; neque tali defectu Fenniam certe nostram laborasse, ostendunt plures illi viri, haud contemnendae eruditionis, quos his temporibus apud nos floruisse, nuper vidimus. His tamen ita disputatis, summis et immortalibus maximi Regis in patriam reliquis quidquam detractum meritis haudquaquam volumus, quibus vix alium ei parem Historia exhibere poterit; quamvis ab hac quidem una parte minus splendeat, cujus rei multae dari possunt rationes. Adde quae supra observavimus p. 632 sqq. Neque reticendum est, eum nec hujus partis Reip. fuisse in testamento suo immemorem, in quo (apud *TEGELIUM* l. c. P. II p. 410) legitur: „Til thet yttersta, så giffue wij och til Gudz „ähra, Ungdomens uptachtan och Skolerne här i vårt Rijke, „ther lärde män skole upfödhes, uthi een Summa mark.“ Summa ipsa expressa non est; uti nec quomodo voluntatem defuncti Regis, filius suus exsecutus fuerit, satis scimus.



expertas fuisse non videri <sup>62</sup>); sed tamen et illas sensim elanguisse, et numerum eorum qui acriorem studiis operam impenderent, decrevisse <sup>63</sup>).

<sup>62</sup>) Floruisse Scholas *Aboëensem* et *Wiburgensem*, ex iis quae supra allatae sunt, colligas: cfr. p. 623, 629 sq. (et infra), nec non Diss. M. PET. JOH. ALOPAEI supra laudatae P. I, pag. 18 sqq. Scholae Raumoënsi a. 1541 et 1542 praefuit Pastor Urbis, cui eam ob causam decimae ejus parociae, alias Ecclesiae Cathedrali debitae, erant concessae (vid. Index praedior. Eccles. Ab. R. *Gustavo I* exhibitus). Ex Annot. *Henrici Matthaci* supra (p. 624) allatis patet, *Matthiam* Sacellanium Raum. qui a. 1549 obiit, simul fuisse institutorem juventutis.

<sup>63</sup>) Circumcisis redivisibus Cleri, et spe ad honores dignitatemque ampliorem hac via adscendendi praeclusa, homines, imprimis Nobiles, ad liberos suos literis consecrandos atque in publicas Scholas mittendos factos fuisse minus proclives, et monumenta horum temporum testantur, et res ipsa loquitur. (Inprimis rem confirmant verba *Mich. Agricolae* in literis a. 1543 ad *G. Normannum* datis, apud *CELSIUM Mon. Polit. Eccles. ex Arch. Palmsk.* p. 185 qui, „Huc, inquit, accedit, quod *bona juventutis pars*, quam in literis aliquo usque profecisse gaudebam, nunc „animus a Musis perverse abalienavit, propter incertum quemdam „rumorem, nescio quo sinistro genio et authore in vulgus sparsum, quasi ministrorum Ecclesiae redditus in ordinem prorsus „redigendi sint, nec a modo ullus honos bonis artibus virisque „piis sit relinquendus“). Unde illa necessitas parentes, etiam plebejos, ad hoc adjuvandum consilium enixe hortandi. Sufficit vel ex Oratione *JUUSTENI* nostri Synodali (vid. supra p. 652 not. 40) locum huc pertinentem attulisse: „Undecimo, de *vulgo* admonendo ad adjuvandos Scholasticos et transmittendos liberos „ad studia Scholastica. Nos enim qui jam docendi munere fungimur, sicut mortales sumus omnes, ita Ecclesiae Dei perpetuo „inservire non possumus; quare alii ad studia literarum a teneris „assumendi sunt, in iis instituendi, retinendi et adjuvandi; ne „Ecclesiae Dei et Reipublicae ministri desint idonei, quorum „opera et ad Christianae religionis doctrinam propagandam conservandamque, et ad munia civilia utatur respublica. Huic communi utilitati omnes intentos esse convenit. Parentes ideo sibi „liberos datos existiment, si ad Ecclesiae et Reip. ministerium „eos utiles et idoneos obtulerint. Vulgus promiscuum gloriosum „esse judicet, si sua ope ad id sedulo eos adjuverint promoverintque.“

*Praefectorum* qui Arcibus provinciisque Fenniae his temporibus praefuerunt (crebro mutatorum) seriem exhibere eo minus aggredimur, quod STIERNMANNIANUS eorundem index typis nondum est editus, quem ad imperii usque Gustaviani initia in *Appendice ad Folia Hebd. Aboënsia* anni 1785 continuatum, haecenus quasi obiter supplevimus<sup>64</sup>).

<sup>64</sup>) Simili consilio hic nonnullos, a STIERNMANNO l. c. p. 207 sq. praeteritos addemus viros, his terris olim *Praefectos*. Primo *Aboënses, Dietericum Johannis*, qui a. 1498 Judex Territorii Mascoënsis, anno vero 1504 (teste *Libro* quem saepe laudavimus, *Sundholmensi*) simul fuit, mira munerum conjunctione, *Praefectus Arcis* et *Senator Urbis Aboënsis*, nec non Curator pauperum (*Välboren man Dirich Hansson, Fougde på Åbo Slott, Hüradshöfdinge i Mascho Härede, Rådman i Åbo Stad, och the fattiges förmyndere i Helge`Ands Huset*); e qua gente fuerit oriundus, nos fugit: anno autem 1502 inter cives suos eminuisse, atque sub signis *Stenonis Sture* militasse, constat (vid. *Append. ad Fol. Hebdom. Aboënsia* a. 1785 p. 206). *Jacobus Petri* (*Jeppe l. Joppe Persson*) in eodem Libro anno 1507 et 1515 Praefectus Aboënsis salutatur; forte idem quem STIERNMANNUS l. c. p. 207 vocat *Josephum Petri in Diula? Johannem Westrogothum* (*Jöns Westgöthe*) a. 1524, 25 et 26 huic muneri praefuisse, ibidem et in *Registro Judiciali Iwari Fleming* (supra p. 655 laudato) docetur, de quo viro cfr. supra p. 607 not. 29. Excepit hunc *Magnus Svenonis* (*Välbördig Sven, Måns Svensson*), quem annis 1528 et 1530 idem munus gessisse reperimus (TEGEL l. c. P. I p. 198, et *Reg. Jud. Iwari Fleming*); post quem a. 1533 *Magnus Magni* (*Måns Månsson, Kongl. Maj:ts Befallningsman på Åbo Slott*), a. 1534 *Andreas Westrogothus* (*Anders Westgöthe, Slots-Fougte*), et a. 1537 atque 1539 *Thomas Johannis* (*Välboren man Thomas Jönsson, Fougde på Åbo*) in *Libro Sundholmensi* commemorantur. Praeter quos, *Fenniae Boreali*, strictius sic dictae, praefuisse (minori potestate) reperiuntur (*Landsfougdar i Norr-Finland*) a. 1514—1518 *Ericus Fleming*, cfr. supra pag. 656 (cujus nominis virum, alium ab Equite illo, *Iwari* fratre, cum *Consulem Urbis Aboënsis* sese, a. 1530, in *Registro Judiciali Flemingiano* Fol. 137 appellare reperiamus, dubii haeremus annon idem annis indicatis Fenniae Boreali praefuerit? Verba ipsa sunt: „Anno D:ni MDXXX:o Tjisdaghen nest „for S:te Henrics dagh, tho hult jae *Eric Flemingh, Borgmestare „y Åbo, Lagmans tingh med almogan ij Pöyttto, på Strengre Her-*



*Legiferos Fenniae, Flemingios fratres, alterum Borealis, post interfectum Aboae a. 1522, Tyranni jussu, Henricum Ste-*

„res vegnar Herr Iffwar Flemings, Riddares“ etc.); anno 1526 *Joachim Fleming*, et a. 1527 *Henricus Jonsson* (*Registr. Judic. laudatum*). De *Thoma* (*Juncker Thomas*), homine Germano (nobili, ut videtur, genere nato? sed dum Arci praeesset Aboënsi, perfida saevitia infami), quem cognomen gessisse *Wolff* docet Cel. MURBERG (*Kongl. Vitterhets-, Hist.- och Antiquitets-Acad. Handl. T. IV p. 106 et 116*), qui dignum vita sua exitum reperit, legi potest TEGEL l. c. P. I pag. 33, 37 sq. aliique R. *Gustavi I Historici*. -- Inter *Praefectos Tavastburgenses*, quorum seriem exhibet STIERNMAN, apud Cel. GJÖRWELL *Svenska Mercur. a. 1757, Sept. pag. 268 sqq.*, praeteriti sunt, non solum *Petrus Huid*, qui nomine *Christinae* Gyllenstierna, Viduae Proregis *Stenonis Sture Junioris*, anno 1520 Arcem Tavastensem tenuit, sed etiam *Johannes Matthiae* (*Jöns Matsson*) cui Tyrannus eam tradi jussit (HUITFELD p. 1162). Cfr. supra p. 603 not. 17. De hoc *Johanne* (quem HUITFELDIUS p. 1161 inter saevissimos refert *Christierni* consiliarios, *som haffde lyst att see det Svenske blod rand*, ut verba sonant) cfr. Cel. MURBERG l. c. pag. 68 et 72. Caeterum observamus, *Torstanum Salomonis* (*Ram*) anno etiam 1526 (*Reg. Judic. Fleming.*), *Isaacum Nicolai* (*Baner*) a. quoque 1544, et *Christophorum Blomen* a. 1559 eandem ornasse spartam, ut Amicus nos ex literis eorum superstitibus docuit. [Hunc *Chr. Blomen* a. 1575 fuisse *Advocatum Finlandiae* (*Fogde i Finland*) discimus ex literis R. *Johannis* in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1795 N:o 10 allatis. In laudato autem supra (p. 637 not. 25) Indice Praediorum Ecclesiasticorum Aerario vindicatorum, a. 1559 confecto, vocatur *Exactor Regius* (*Krono-Fogde*) in *Finlandia Boreali*. Ac in Literis etiam Judicialibus *Hermanni Fleming* (*Judicis Territorii Vemoënsis*) a. 1573 d. 7 Apr. scriptis, audit *Christopher Blome, Befallningsman uti Wemo och Masko Härader* (*Protoc. R. Dicasterii Aboens.* a. 1629 Fol. 243). Quae quomodo conciliabuntur? — Num Germanici hunc virum generis fuisse, atque ex eadem gente oriundum, credere licet, quae postea jure Nobilitatis Sveticae donata fuit? (Cfr. v. STIERNMAN *Matrikel* p. 349 N:o 303)]. -- E *Praefectis Ostrobotniae* obliti sumus supra (p. 578 not. 50) nominare *Johannem Andreae* (*Hans Andersson*), quem a. 1490 eo functum munere (saltim in *Ostrobotnia Septentrionali*) fuisse, (*Fogat*), discimus ex *Append. ad Chron. Rhythm.* apud HADORPHIUM, p. 343. -- Inter *Praefectos Raseburgenses* post *Thomam Erics*, (quem, sine



nonis <sup>65</sup>), qui ab a. 1507 ei praefuerat muneri, (vid. supra

ulla ratione, Nob. STIERNMAN, *App. ad Fol. Hebd. Ab.* a. 1785, p. 224, suspicatur eundem fuisse *Domicellum Thomam, Junker Thomas*, qui postea Arci Aboënsi R. *Christierni* nomine praefuit), et *Rolfonem Matthiae, Rolof Matsson*, de quo mox, (quem tamen, a. 1520 Arci Raseburgensi praefuisse, inde tuto non colligitur, quod Auctor *Hemmingum Gadd* per eundem fuisse ante hoc castrum decollatum, supra p. 595 tradit), innotuerunt nobis *Laurentius Olavi* a. 1524, (*Lasse Olofsson, Slotts-Fougde på Raseborg*), supra p. 654 not. 43, et *Ericus Fleming*, qui literis a. 1530 datis (in R. Biblioth. Stockh.) vocatur R. *Senator et Praefectus Raseburgensis*. -- Inter *Wiburgensis* tandem *Arcis Praefectos*, observamus *Ericum Thuronis* anno etiam 1504 idem munus obiisse (*Reg. Eccles. Ab. Fol.* 258); *Antonium Eri* (*Tönne Eriksson, Tott*) tempore Proregis *Stenonis Sture Junioris* (inter a. 1512 et 1520) illud administrasse (supra pag. 656 not.) docuimus. Anno autem jam 1520 *Rolfonem Matthiae* ibi adfuisse, Literae testantur Judiciales *Hemmingi Gadd*, ubi dicitur: „Then tidh vij lagha „tingh hulle och för rätte såtho på Rådhestugun i Wiborgh i „Ehrlig godh mans närvaro *Tönne Erichssons*, och vår käriste „nådighe Herres *Konungh Christierns Hofzind Ehrligh välbör- „digh sven Rolff Matzsons, Oluf Erichsson Lagmans, Lasse An- „dersson* och flere godhe mäns --- öfver Wiborgh lähn, etc. „Dat. i Wiborg S. Mårtens afton 1520.“ (Ex *Archivo Palmköld.* Vol. 61 Karelen, p. 367 sq.) cfr. TEGEL l. c. P. I p. 76. Ad- dimus tandem Comitem *Johannem ab Hoya*, de quo Historici nostri hujus temporis satis agunt, et *Nicolaum Grabbe*, de quo supra diximus (p. 654 sq. not. 43.)

<sup>65</sup>) De quo cfr. v. STIERNMAN apud Cel. GJÖRWELL *Sv. Mercur.*, a. 1757 Sept. p. 272 sq. Pater suus *Steno Henrici, Judex* fuit *Territorialis* Territorii *Pickisensis* a. 1467—1488, quo ultimo anno vocatur *Senator (Rådman) Urbis Aboënsis* (Litt. Judiciales Pro-Regis *Stenonis Sture*, eodem anno Aboae datae, inter *Nådendalenses*); cujus altera uxor fuit *Anna Jacobi (Jopsdotter*, qui *Jacobus* in matrimonio habuerat *Catharinam Nicolai, Claws dotter, in Nynäs*) antea nupta *Johänni Sachsen* (a quo filiam habuerat *Catharinam*): prima autem hujus *Stenonis* uxor neptis ex filia fuit *Catharinae (Tavast)* in *Wiljas*, sororis *Olavi Tavast*, Equitis. Haec omnia docent Literae *Stenonis* nostri (datae *Nådhendall* A:o D:ni 1480, *Sonnedaghen näst ephther S. Birgitte dagh*), quibus filiam suam *Elseby Stensdotter* et filiam uxoris suae *Catharinam Hansdotter* (ex priore matrimonio utriusque conjugis natas) Coenobio *Nådendalensi* cum dote debita consecravit.

p. 601 sq. not. 13, 14), alterum *Australis*, (post mortem *Claudii Horn*), ad mortem usque suam fuisse, supra vidimus (p. 655 sqq. not. 45). Qualis status fuerit regionis et incolarum, etiam significavimus (pag. 652 not. 40). Addemus tantum, cum Arx Episcopalis *Kustoöensis* (sive post fugam demum Episcopi *Arvidi*, sive jam maturius, a Danicae factionis asseclis occupata) fuisset a copiis R. *Gustavi*, ducibus *Flemingii* etc. a. 1523, eadem qua reliqua castella urbesque in his oris munitae, felicitate magnaue celeritate recepta <sup>66</sup>), consultum Regi fuisse visum, eandem, ut in

De filio autem *Henrico Stenonis* cfr. etiam supra p. 601 not. 13 sq. Eum a. 1506 reperimus appellari *Välbyrdig Dandeman*, atque *Härads höfding i Vemo Härad* (Litt. Nådend.), et Judicia Territorialia (*Härads ting*) in paroecia Lappo a. 1511—1521 habuisse (*Lib. Sundholm.*) Inter Senatores Regni a Nob. UGGLA non recensetur. Qui in *Reg. Judic. Fleming.* a. 1530 Judex Territorialis in Wirmo, Nousis et a. 1533 in Territorio Maskoënsi etc. fuisse deprehenditur, *Steno Henrici*, filius ejus fuisse videtur? Praeterea vocatur in monumentis hujus temporis *Canutus Erici* in *Lauko*, (*Kurek* Senator Regni, cfr. supra p. 665 not. 58 et Nob. UGGLA l. c. IV Afdeln. p. 3, N:o 1) *Legifer Satacundiae* a. 1520 (supra p. 601 not. 13), et a. 1531 (1532, 1534) *Legifer Ostrobotniae* et *Satacundiae* (ut post *Palmköldium* tradit l. c. Nob. UGGLA): unde eum STIERNMANNUS l. c. p. 274 appellat (minus accurate, neque satis constanter) *Legiferum Fenniae Borealis*, quod munus *Iwarum Fleming* ab a. 1524 gessisse, supra vidimus (p. 655 sq. not. 45). Idem STIERNMANNUS ibidem dicit filium hujus *Canuti*, *Johannem (Jöns Knutsson til Lauko)* sese appellasse materno nomine *Kurck*; quod alibi (*Matrickel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* T I p. 72) filium ejus *Axelium (Axel Jönsson Kurck til Annula)* primum fecisse tradit. Porro *Johannem* illum *Canuti* in primo matrimonio habuisse asserit *Helenam (Elin Nilsdotter) Grabbe*: quae itaque altera *Nicolai Grabbe* filia fuerit, necesse est? Cfr. supra p. 654 not. 43, et p. 665 not. 58. Quis vero *Olavus* ille *Erici, Legifer*, fuerit, qui in literis *Hemmingi Gadd* nuper laudatis commemoratur (p. 672 not. 54 fin.), penitus nos fugit: nisi per errorem exscriptoris (*Palmköldii*?) ibi *Oluf* pro *Knut* male legatur, ita ut idem hic *Canutus Erici* sit intelligendus?

<sup>66</sup>) Vid. TEGEL l. c. P. I pag. 76. Parum fortiter restitisse Danos eorumque amicos, apparet.



tanta vicinia Arcis Aboënsis (a qua nonnisi milliari intervallo distabat) minus necessariam, atque plebi (cui id incumbebat oneris, ut eam sartam tectamque conservaret) gravem atque molestam, demoliri; quod ejus jussu, a. 1528, per *Magnum Svenonis*, Praefectum Arcis Aboënsis, factum fuit <sup>67)</sup>; ut ita hoc quoque monumentum potentiae in Finlandia Episcopalis, deleteretur <sup>68)</sup>.

<sup>67)</sup> TEGEL ibid. pag. 198.

<sup>68)</sup> Addere debemus de genere *Episcopi Martini*, 1:o Quod de patre suo *Jacobo Petri* supra pag. 580, not. 51 (cfr. p. 618) suspicati sumus, eum nonnisi *Legiferum Suderfinniae Vicarium* fuisse, nunc monumentis pluribus collatis, ita emendandum censemus, ut munus ordinarium, inter *Christiernum Frille* et *Claudium (Nicolaum) Henrici Horn* (a. 1482, 1484 etc.) vere tenuisse, credamus. Literae autem illae anno 1514 scriptae, quae dubitationem nobis injecerunt, nonnisi de actis anni 1484 testantur. 2:o Cum a. 1628 eorum qui tum vivebant *Skyttiorum* nobilitas in controversiam vocata fuisset; *Axelius Kurck* (idem putamus *Axelius Johannis*, de quo nuper not. 65 commemoravimus) a *Supremo Dicasterio R. Aboënsi* ea super re consultus, Genealogiam eorum talem exhibuit, ex qua eluceret, Episcopo fratrem fuisse *Jacobum Skytte*, et sororem *Margaretam*: *Jacobo* filium *Matthiam* fuisse et ex hoc nepotem *Johannem (Jöns Skytte)*, qui tempore *R. Erici* Centurio Equitum (*Rytmästare*) atque postea Praefectus Tavastburgensis (*Ståthållare på Tavasthus*) fuisset, atque filium genuisset *Axelium*, de cujus nunc genere quaerebatur; *Margaretam* vero nuptam fuisse *Magno in Nokia (Måns på Nockia)*, cujus filius *Georgius Magni* a *R. Gustavo* jure nobilitatis, et insignibus gentilitiis, tres soleas ferreas quibus equorum ungulae armantur (3 *Hüsteskor*) exhibentibus, ornatus, filios 2 reliquisset, alterum *Ericum Georgii*, alterum *Claudium* qui tempore *R. Johannis* duce *Axelio Kurck* militans (*under Axel Kurcks Fana*) in Livonia occubisset. His *Kurckii* assertis fidens, *R. Dicasterium* prosapiam *Axellii Skytte* nobilem esse judicavit. (Ex *Actis R. Dicast. Aboënsis*, a. 1628 d. 22 Sept. etc.) -- Porro cum supra (p. 620), MESSENIUM (*Scond. T. X p. 23*) secuti, *Martinum* nostrum, *Priorem* jam tum *Sigtunensium*, a. 1522 *Visitatorem Ordinis sui Generalem* factum fuisse significarem, obliti sumus observare, eundem MESSENIUM *Scond. T. V* (pag. 18) hunc eventum ad a. demum 1523 (probabilius) referre videri; ubi etiam *Robertum* illum *Norvegum* ab *Officio Prioris Do-*



## VICESIMUS QUINTUS.

Magister MICHAEL AGRICOLA, natus in paroecia Perno Nylandiae inferioris, in villagio Torsby. Is prima

*minicanorum Arosiensium* eodem tempore remotum fuisse docet, in cujus itaque locum non *Martinus* sed *Nicolaus Andreae* fuit suffectus, idem qui postea a. 1522 *Decanus* Ecclesiae Arosiensis factus est (TEGEL l. c. P. I pag. 198, et MESSENIUS l. c. T. V p. 42); quem vero CELSIUS, *K. Gustaf I Hist.* pag. 405, Ed. II, dicit in munere *Archipraepositi* successorem decapitato M. *Canuto* fuisse datum? Nescio an alio fundamento nitantur, quae idem CELSIUS l. c. p. 215 habet de suscepta a *Martino* nostro, Regis jussu, a. 1523 generali *omnium per Sveciam Monasteriorum* reformatione? Cui *Abbat*es sese haud inimicos exhibuisse addit, praeter quosdam, qui se *Martini* monitis opponerent, imprimis e Monachis *Dominicanis* (quasi ad alios quoque Ordines *Visitationis* suae auctoritas atque officium pertinuisset?). Qua occasione *Robertum* quoque illum Norvegum, quem *Abbatem* Arosiensem appellat, munere hoc fuisse privatum, significare videtur. Tandem subjungit, Regem severo jussisse mandato, *omnes Dominicanos* ante diem XXIX Junii regno exire; quod consilium *valde audax* (*Et ganska vågsamt steg*) merito vocat (*temerarium*, et fere stultum vocare debuisset?), caussam addens: „vid „början af en så vacklande regering, besynnerligen då icke Riket til alla des delar ännu var lagt under hans magt.“ Nobis minus accurate haec omnia tradi videntur. Non enim nisi sui Ordinis *Visitator* noster fuit constitutus, nec de reformandae ab eo Religionis consilio, aut Monachis ei conciliandis, quaestio adhuc fuit; neque alios Monachos *Dominicanos* nisi *alienigenas* (*Danos Germanosque*), quorum fides visa fuit suspectior, Regem jussisse regno excedere, MESSENIUS l. c. (T. V pag. 18) expresse testatur: simul indicans, eum contra, consilio longe sapientiore, *suae addictos causae illis Priores deputasse*. Monachos vero hujus Ordinis indigenas, adeo non exilio damnavit, ut multos eorum (e quorum ipse *Martinus* fuit numero) ad ampliores promoveret dignitates ecclesiasticas, reliquis diu postea permetteret in *Claustris* suis manere, ac deinde muneri sacerdotali per rura passim admoventi: ut ipse CELSIUS alibi (pag. 405) observat. Unde male etiam p. 341 dicit: „De (Monachi *Dominicani*) hade „ofta undfåt Konungens tilsäjelse at gifva sig ur Riket, hvilken „de icke efterkommit.“ Ipse deinde addit, eos *Stockholmiae* a. 1527 ad egrediendum quidem e *Claustro* suo compulsos fuisse,

fundamenta rei literariae jecerat in Schola Wiburgensi, Rectore D. Johanne Erasmi, viro diligenti et fideli in instituendo coetu Scholastico: inde advenientem ad Abo, Reverendus Pater D. *Martinus* Episcopus adjunxit eum sibi in scribam; ac post D. Johannem Erasmi, beatae memoriae, factus est ejus Cancellarius. Et quia simul imbiberat vera seminaria doctrinae Apostolicae, docente et praedicante M. Petro Särkilax, assumptus est ad sacros ordines, exercens se sedulo in concionibus habendis, tam in Ecclesia Aboënsi, quam in visitatione Episcopi, adeo quod o) multis spem dederit,

sed licuisse illis in urbe manere! -- Tandem addimus, reperisse nos in Dissert. JOH. BERONII (Upsal. a. 1784, Praes. Cel. FANT ed.) *De Executione Recessus Arosiensis* a. 1527, (quae relatione ex actis hausta, de toto hoc negotio, Ms. Nob. *Örnhielmii*, imprimis duce utitur) p. 8 locum ad res nostras pertinentem hunc memorabilem: „A. 1545 d. 27 Apr. procuratori suo in praefectura Aboënsi *Thomae Johannis* atque *Olao Trottonis* in Alandia Rex mandavit, ut singulos fundos rurales, sedi Episcopali Aboënsi hactenus subjectos, Fiscii nomine occuparent, quoniam senio tum confectus Episcopus *Martinus Skytte* taxam illam, quam vocabant, seu pecuniae summam, Regi vi contractus solvendam, praestare non posset sibi que commissa praedia curare. Ei vero in sustentationem reliquae aetatis concedebatur Praebenda *S. Johannis* atque redditus *Procuracionis* nomine insignitus.“ Unde discimus, vivo adhuc Episcopo *Martino*, atque quinquennio ante ejus mortem, fundos Episcopales Regalibus illis adjunctos fuisse, idque tanta severitate, ut seni Episcopo ad vitam sustentandam nonnisi *Praebenda S. Johannis* (vid. p. 639 not.) relinqueretur, una cum redditibus *Procuracionis*, h. e. mercibus vel pecunia, ab Ecclesiarum Curatis Episcopo easdem visitantibus exhibita, Svet. *Gengård*; ex qua quidem Senex, qui per alios, ob ingravescentem aetatem, Visitationis officium peragendum curare cogebatur, haud multum lucrari potuit. Quomodo reliquis etiam Episcopis eodem tempore fundos fuisse ablatos, nonnisi exigua redituum parte iis relicta, ibidem docetur.

o) N. ut.

illum fore utile et necessarium organum in instituenda Ecclesia. Peractis igitur aliquot annis, uberioris doctrinae consequendae gratia, missus est Wittembergam, ubi haud poenitentiam in bonis literis navavit operam. Inde titulo Magisterii accepto rediens <sup>112</sup>, factus est Rector Scholae Aboensis; cui praefuit annos circiter 10, non tantum Scholasticae publi sua eruditione et diligentia vehementer consulens, verum etiam reliquae Ecclesiae, horis intermediis, utiliter inserviens. Edidit enim in suo Rectoratu Precationale Finnonicum, quod in omnium Finnonum manibus quotidie teritur. Transtulit etiam Novum Testamentum Finnonice, quod Ecclesiae Finlandensi magno est in usu *p*) <sup>113</sup>. Ab officio Rectoratus Scholae cum se anno 48, Feb. 22, (licet invite) resignasset, (intercessit enim auctoritas et mandatum regium, ut sic fieret), fuit postea, sicut et antea, D. Episcopo a consiliis, qui ejus opera usus est, etiam in visitatione Ecclesiarum; et cum Episcopus ipse imbecilliori esset valetudine, propter aggravascentem senectutem, commissum est aliquoties, (vivente adhuc Episcopo), visitationis officium ipsi Agricolae, una cum M. Canuto Johannis, Pastore Aboënsi. Hoc tempore procuravit ille ut Psalterium imprimeretur Finnonice, quod tamen integre Finnonice fuit translatum in Schola Aboënsi, Rectore Paulo Juusten, qui mandaverat, ut Scholastici pro exercendo stilo, interdum verterent

---

*p*) M. est usui.



Psalmos, prout Doctor Lutherus, beatissimae memoriae *q)*, eos transtulerat. Illorum Finnonicam versionem audivit *r)* et correxit ipse illis horis, quibus scripta Scholasticorum *s)* exhiberi *t)* solent et examinari, saepe etiam peracto prandio in hypocausto suo. Sed nihil refert, cujus nomine sit editum, ideo enim translatum est *u)*, ut in populo Finlandico magno esset usui *v)* <sup>114</sup>.

Hactenus audivistis, in qua conditione fuerit, et quid fecerit Agricola; nunc considerate, quomodo ad Episcopatum pervenerit *x)*. Anno D. 1554, illi qui adhuc reliqui erant de veteri forma Capituli, Decanus scilicet D. Petrus Ragvaldi, M. *Michael Agricola* Canonicus B. Laurentii, Magister Canutus Pastor Aboënsis, et M. Paulus Juusten, Rector Scholae Aboënsis *y)*, qui tunc praefuit praebendae Clericorum, mandato serenissimi et clementissimi D. Regis Gostavi, contulerunt se Holmiam initio mensis Maji, et negotiis omnibus aliis discussis, excepit eos sua Majestas loco quodam in planitie extra arcem Grypsholm, dicens: Non jam opus esse, ut Praelati Ecclesiarum Svecicarum invisant limina Curiae Romanae pro confirmatione Episcopali, cum illa jurisdictio jam sit domi in Svecia apud suam Majestatem. Complacuit igitur serenissimo D. Regi, ut Dioe-

---

*q)* A. recordationis. *r)* N. adjuvit. *s)* A. Scholasticorum *scriptiones*. *t)* M. excipi. *u)* A. translati sunt Psalmi. *v)* A. *magnae essent utilitati*. *x)* A. habet: *sequitur quomodo M. Michael ad Episcopatum pervenit, scriptum a Paulo Juusten*. *y)* A. et rector scholae Paulus Juusten.

cesis Finlandica in duos Episcopatus dirimeretur, in Aboënsem scilicet et Wiburgensem, sicut etiam cum aliis dioecesibus Regni Sveciae eodem tempore factum fuit. Sed M. Michaeli *z)* haec disjunctio non magno-pere placuit, cui tunc dioecesis Aboënsis committebatur. Ad alteram dioecsin spectabat tractus Wiburgensis, Novae Arcis in Savolax, paroeciae Borgensis, et superior pars Tavastiae, quam vocant Öffverhäredt. Praestito igitur juramento Episcopali, et literis comprehenso, admonuit D. Rex, ut memores nostri officii, nec more quorundam veterum Episcoporum, veluti D. Gostavi Trullen *a)* Archiepiscopi, et aliorum, velimus esse publicae pacis ac tranquillitatis seditiosi interturbatores, sed potius ut obedientiam, fidelitatem et reverentiam legitimo magistratui exhibeamus; alios quoque ad haec officia fideliter praestanda sedulo admoneamus; et in omnibus gloriam Dei quaerentes, multorum saluti invigilemus. Manuum vero impositionem et confirmationem accepimus ab Episcopo Botvido Strengnensi, (erat enim D. Archiepiscopus quodammodo in regia indignatione). Ad Abo vëro rediimus (Deo duce) vigilia S. Henrici. Ea aestate visitavit ille *b)* Ecclesias maritimas, et die natalis D. Virginis, Missam Episcopalem, ut vocant, mitra ornatus celebravit <sup>115</sup>; quod cum rescivisset Regia Majestas, non admodum aequo

---

*z)* A. sed *Agricolae*. *a)* M. et N. *Trullo*. *b)* A. addit: *M. Michael*.

ferebat animo, propter papismum, qui huic rei adhaesit. Sequenti aestate visitavit Ecclesias Boreales in Norbotnia, non sine magno emolumento <sup>116</sup>. Illo anno, videlicet 55, ortum est bellum inter Ruthenos et Svecos, quare et Dominus Rex, cum junioribus Principibus, et Senatoribus regni, ac validissimo exercitu, illo autumno Wiburgiam commigravit. (Dicam *c*) vera postea breviter de hoc bello <sup>117</sup>). Anno D. 1556, statim post ferias Henrici, missus est M. Canutus Pastor Ecclesiae Aboënsis cum literis regiis, ad magnum Principem Muscovitarum, pro salvo conductu, ut vocant, legatis impetrando; rediit vero ad Wiburgiam ex Muscovia die Bartholomaei. Eodem anno, peracto jam autumno, missi sunt legati Dn. Steno Erici Baro <sup>118</sup>, Dn. M. Laurentius Archiepiscopus, M. *Michaël*, una cum aliis compluribus <sup>119</sup> Wiburgiam, circiter Dominicam 2 Adventus, ut legatione fungerentur apud Muscovitam, et componerent turbas bello excitatas. Contulerunt igitur se in Rutheniam statim exactis feriis trium Regum, anno 57. Redeuntibus autem illis ex Ruthenia, pace confirmata, correptus est Magister *Michaël* morbo in itinere, neque enim antea satis firma fuit valetudine: subitanea igitur morte in itinere in pago Kyroniemi, parochiae *Stykyrdio*, in Domino obdormivit, qui tandem Wiburgiae *d*) sepultus est, die lunae post Dominicam Palmarum, praesente D. Archiepiscopo, et multis aliis.

---

*c*) A. *Dicetur*. *d*) M. et N. in *Wiburgia*.



## Notae Editoris.

Locum suum natalem, vir de Ecclesia patriae merittissimus, eundem quem Auctor noster, ipse prodidit, *Michaëlem Agricolam Torsbyum* sese appellare solitus <sup>1)</sup>.

112. De plerisque rebus hic commemoratis, supra satis pro consilio nostro jam disputavimus. — *Scriba* Auctori hoc loco significare *scriptorem librarium* videtur (*Skrifvare, Renskrifvare*)? *Cancellarius* autem <sup>2)</sup>, MESSENIO *Archigrammateus*, quem nos hodie dicere *Secretarium* solemus? Vid. GESNERI *Thesaur. L. Lat.* in illa voce.

*Magistri* honore *Agricolam* a. 1539 fuisse ornatum, supra (p. 666 not. 60) vidimus; quo eodem anno Wittembergae (ubi degens, *Praebendam S. Laurentii* ad Ecclesiam Aboëensem, in studiorum suorum subsidium, a Rege, literis supplicibus ad hunc die 20 Aug. a. 1537 datis, atque in *Archivo Palmköldiano* legendis, petiverat atque obtinuerat)

---

<sup>1)</sup> Patrem ejus *Olavum Simonis in Torsby*, fuisse Piscatorem Praedii *Serkilax* in Nylandia, scribit RHYZELIUS (*Episc.* p. 544 n. N), nescio cujus Genealogi nixus asserto. Praedium quidem *Särkilax* in eadem, in qua *Torsby*, paroecia Pernoënsi habetur: an vero illi praedio hic subjacuerit pagus, non multum inde remotus, nosmet latet.

<sup>2)</sup> [De hujus cum munere tum retribus, existimare licet ex *Statutor. Upsaliens.* Memb. III Punct. 119, apud III. NETTELBLADT *Schwed. Bibl.* P. II p. 174 sq. (cfr. p. 196) ubi statuitur: „*Cancellarii* Episcoporum pro literis ordinationis non recipient ultra unam oram: pro literis indulgentiarum non ultra dimidiam Marcam: et pro literis collationis beneficiorum pinguiorum non ultra XII oras, mediocrium vero non ultra unam marcā. Super aliis literis, secundum quod plus vel minus laboris impenderit, duximus eorum conscientias relinquendum“. Inter *Officiales Episcoporum* numerantur quidem in *Statutis Skenningsibus* (vid. NETTELBLADT l. c. p. 122, cfr. v. TROIL *Skrifter och Handl. til uplys. i Sv. Kyrko-Hist.* T. II p. 312) praeter *Marscalcum* etiam *Genescalcus* (*Senescalcus* vel *Senescallus*); sed utrum apud nostros adhibiti fuerint, nescimus. Praeter *Cancellarium* vero atque *Scribas, Praefectos Arcium, Exactores, Cappellanos, Eleemosynarios* (NETTELBLADT l. c. p. 157, punct. 20) etc. habuisse, constat.]

rediit, testimonio et *Lutheri* et *Melanchthonis* (ut ex literis eorum ad R. *Gustavum* datis intelligere licet) amplissimo munitus <sup>3)</sup>. Reduci facto, ad priorem suam Praebendam (S. *Laurentii*), aliam etiam Episcopus *Martinus* adiecit, nempe S. *Bartholomaei* illam <sup>4)</sup>; quam utramque, donec Episcopus (sive ut Antistites hos Ecclesiarum Euangelicos dici R. *Gustavus* maluit, *Ordinarius*) Aboënsis constitueretur, retinuisse videtur <sup>5)</sup>. Pro quo eodem stipendio munus etiam Rectoris Scholae Aboënsis administrasse, putamus; ut successori suo M. *Paulo Juusten*, *Praebenda Clericorum*, stipendii loco item fuit concessa.

**113.** De Scriptis *Fennice* (qua lingua antea vix quidquam literis <sup>6)</sup> fuit exaratum) ab *Agricola*, ad Reformatio-

<sup>3)</sup> Literae *Lutheri*, datae Witteb. die 17 Aprilis a. 1539, legi possunt in *Appendice ad Hist. Eccles. Spegelianam* p. 84 sq. ubi de nostro scribit: *Comitem itineris adducit (Georgius Normannus, institutioni Regii Principis praeficiendus) Michaëlem Agricolam, Svctiae Tuae filium et indigenam, juvenem sane, sed eruditione, ingenio et moribus excellentem, qui poterit in Regno Majestati tuae plurimo esse usui; deinde addens: hunc Majestati tuae commendo ut probatum hominem, et precor Christum, ut per hos multum fructum faciat Christus ipse, qui eos per Majestatem tuam vocat et ordinat.* Literas *Melanchthonis*, dat. ibid. d. 12 Maji 1539, ex *Archivo Palmisk.* exhibet Diss. M. HUMBLE cit. p. 18 sq. not. m). *Agricolam* a. jam 1529 Wittembergam ab Episcopo *Martino* fuisse *missum*, unde RHYZELIUS (l. c.) didicerit, nescimus. Parum autem probabile videtur, eum per *decem annos* fuisse ibi commoratum?

<sup>4)</sup> In Libro Rationum Capituli Aboënsis R. *Gustavo* reddituarum, (de quo saepe commemoravimus) legitur: „S. *Bartholomaei Altaris Prebenda* huilka Biskop *Martin* confererade *Magistro Michaeli* till en lithen vndtsetningh, sidhan han aff „Tydzskland kommin var.“

<sup>5)</sup> Certe in laudato nuper Indice Capituli Aboënsis, reditus anno etiam 1552 ex hac utraque Praebenda ab *Agricola* percepti, exhibentur.

<sup>6)</sup> Ipse scribit *Agricola* in Praefatione Versioni N. Testamenti Fennicae praemissa (orthographiam ejus molestam et vitiosam, non autem ipsam orationem, emendamus): „Että tämän „maan kieli oli, ennen neitä aikoja, juuri vähä, ja lähes ei mi-



nem Religionis per Finlandiam promovendam editis, agitur ex instituto in *Foliis Hebdom. Aboënsibus* a. 1796, N:o 15, 16, 19, 21, duce inprimis *Oratione Synodali* (adhuc Ms.) quam a. 1775 coram congregato hic Clero Dioecesis Aboënsis habuit B. Archiep. et Acad. Pro-Cancellarius D. CAROLUS FRID. MENNANDER, cujusque nobis copiam benigne fecit Filius suus, Musis nostris faventissimus, Generosiss. Dn. CAROLUS FRID. FREDENHEIM. Talium scriptorum tria tantum Auctor noster tangit; sed ipse AGRICOLA, in Praefatione metrica ad versionem Psalmorum Davidicorum Fennicam, recenset *Libellum Alphabeticum, Catechismum* <sup>7)</sup>, *Librum Precum*, (anno 1544, 8:o), *Novum Testamentum* (a. 1548, 4:o) <sup>8)</sup>, *Rituale* s. *Agenda Ecclesiastica* (*Handboken*),

„täkän kirjoisa eli pockstavisa pruukattu taikka harjoitettu; niin „ota nyt tämä, ehkä kuinga kaltainen hen olis, otollisesta, Her„ran puolesta.“ (h. e. Quum lingua hujus terrae sit ante haec tempora valde parum, imo prope nihil omnino, in libris aut literis adhibita atque usitata; accipe igitur haec, qualiacunque sint, benigne ex parte, s. nomine, Domini). In praefatione quidem ad versionem Psalmorum metrica scribit: „Se vanha julki Psaltarin „texti, Josta Nocturnit, Prim' ja Sexti Aina luettin ja veisattin, „Rukoiltin ja myös saarnattin, On syngy ja pimiä mones pai„kas, Kuins kyllä huomaat luku-aikas. Waan tai on (paitz' „pramin) selkä ja puhdas.“ (h. e. Vetus ille solennis Psalterii textus, unde Nocturnae, Primae et Sextae semper legebantur, unde orabatur atque etiam praedicabatur, est difficilis et obscurus multis locis, id quod satis reperis lectionis tempore. Sed hic, absque gloriatione, perspicuus et purus). Sed non alium nisi veterem textum *Latinum* in Ecclesiis usitatum, indigitasse putamus.

<sup>7)</sup> Hujus utriusque libelli exempla hactenus investigare nulla potuimus; quin neque B. *Mennandri* diligentia indagare ulla valuit. Addunt SCHEFFERUS (*Svec. Literatae* p. 316) et post eum RHYZELIUS l. c. edidisse *Agricolam* etiam *Hymnos Ecclesiasticos*, in linguam Fennicam translatos; quorum tamen nulla alia exstat memoria: unde valde dubium habemus, an ullus ab eo talis profectus liber fuerit? Cfr. *Fol. Hebdom. Ab.* l. c. N:o 17.

<sup>8)</sup> Hoc *Agricolam* anno jam 1542 transtulisse, ait MESSENIUS *Scand. T. X* pag. 25. Ipse quidem in literis ad *Georgium Normannum* Aboae a. 1542, d. 11 Dec. datis (apud CELSIUM *Monum. Palmsköld.* pag. 183 sqq.) opus se jam tum perfectum



*Missam et Historiam Passionis Christi* (hos tres libros a. 1549, 4:o) cum adjuncta *Historia Resurrectionis et Ascensionis in coelum Dominicae* <sup>9)</sup>; quibus deinde accedebant versi Fennice *Psalmi Davidici* (*Davidin Psaltari*, a. 1551, 4:o), *Cantica Mosis* etc. cum *selectis quibusdam capitibus IV Majorum Prophetarum*, et *priores IX Prophetæ Minores* (*Weisut ja Ennustoxet Mosesen Laista ja Prophetista uloshaetut*) anno 1551, 4:o, atque tandem *horum III reliqui* a. 1552, 4:o (cum locis ex *Levitico* et *Deuteronomio* excerptis, quae agunt de *Gradibus Consanguinitatis* intra quos matrimonium prohibitum est, nec non formulis *Benedicendi*, et diris devovendi) <sup>10)</sup>. Omnes hi libri Stockholmiae prodierunt, ex officina typographica *Amundi Larsson* <sup>11)</sup>. Quantum opis ex

---

habuisse, significat; de cujus editione promovenda vehementer laborabat.

<sup>9)</sup> Verba ipsius (quibus se quidem horum operum auctorem expresse haud nominat, sed ita tamen ea commemorat, ut a se fuisse profecta, intelligi possit) haec sunt: „Kuin *Abc-Kirja* „ensin on, Siittä *Alku opista uskoon*, Ja *Rukous-Kirjas* sangen „hyvän, Monist' asioist' täynnäns ja syvän. Senjälken sen *Uuden Testamentin* Herran armosta läpitzte prenttin, *Käsikirjan*, *Messun ja Passion*“ etc. Cfr. *MESSENIUS Scand. T. X p. 25 et Chron. Rhythm. Finl. p. 51.*

<sup>10)</sup> De Versione hae Librorum Biblicorum Fennica ex instituto egimus in *Foliis Hebd. Aboëns.* a. 1778 pag. 92—98; cfr. Maxime Rev. D. CHRISTOPH. WILH. LÜDEKE *Allgem. Schwed. Gelehrs. Archiv*, 1 Th. p. 269 sq. et *Fol. Hebd. Ab.* a. 1796 N:o 15.

<sup>11)</sup> Exstant in *Archivo Palmköldiano* ad hunc literae *Agricolae*, datae *Aboae d. 1 Aprilis* a. 1551, quas exhibet Cel. FANT *Observation. Select. Histor. Svecanam illustrant.* pag. 103 sq. Quae adeo sunt memorabiles, et tantam nostris rebus affundunt lucem, ut inserendas easdem hoc loco existimemus: „Eviggha sa „lightet met helse, lycke och wällfärdh i Gudi vårom Herra al „tjild tilförene etc. Före thet omak och arbet, som I hafve (käre „*Amunde*, gode besynnerlig ven) haftt för the Finska böckers „prentan och tryckerii här till dags, vard (varder) altsmeetig „Gud utan twifvel Ider evinnerliga belönandes, hvad som på våra „syda brustit är. *Så hafver man nu allt sedan i höstas och her „til, och än framåt, hållit ock med Guds hjelp anhållandes varda*

Regia beneficentia ad eos edendos accesserit, definire haud

„(varder) uppå Davidz Psaltare, til at transfererat på Finska, och är nu icke långt ifrån endan. Så bidher jag ännu ganska kerliga, at I vele med then Ehrevördige fadren *Magistro Olao Petri Holmensi* visseliga förhöras om Kongl. Maj:t vår allernådigste Herre må verdigas gunstelige tilstädia, at samma Davids Psaltare book och andra slyka af then Heliga skrift, som oftaste och mest i Tydhegärderne och församlingen brukas pläga, och här i landet väl behöfves, kunde tryckte och prenthade varda; sedan arbetade man teste tryggeligare in transferendo och uthtolkande, när thet finge en viss och oförtvifladt framgång. Ty fåfängt värck kommer allena arbetaren til skam och skada, men ingom til nytto och gagn. Therfore görer väll, min gode ven i Herranom och skrifver mig her uppå et vist behageligt svar, ther man sig kan enteliga efterrätta. Käre *Amunde* bevisar ider her uti såsom Guds ähro thet kräffer, och thenna arma grofva Finska almogens kennedom, tuchtan och läran eskisar. Förty af thenna medhföllande utskrift“ (has desiderari literas, dolendum est) „må I forstå, huru här i landit med then meniga arma stackars almogens hoop vydha vegna nu tilstår, så at *hungren är hvars mans gest hos bönderna, jämväl Praesterskapit*. Och finnes här i Köpstäderne intit spanmål falt. Och ändock samma utskrift är hastigt af en glunt plumpligha skrifvin och exciperat, så må I likvähl låta *Erevördige förde Magistro Olavo* thet jemmerliga armod [låta] förstå. Kan hända at hans faderligh miskundsamhet varder i Gudi någon godh råd her til finnandes, antinge förkunnandes sådant thenna usla landsens Guds hempd, nepst och plåga af Predikastolen, at Ridderskapet, borgare och andra Guds venner gjorde sit“ (hit?) „med första öpna vattnit io någon undsättning med spannmåål; eller ock om någon Guds ven och menniska kunde ellies med goda lämpa och fögio, sådana landsens brister Kongl. M:st vår nådigste Herre tilkenne gifva. Item her ligger isen och sniön ännu i dag så stark och fast, såsom om midvinters tid; och platt intet boskaps foder finnes för handene, hvarken hoos enom eller androm. Fordom var Finland vißt et fynt land; men her epter, rådhe Gud hvad her af blifver. *Wi arma förachtade ordsens tienare* hafvom oss befliat efter machten; men *surdis fabula* (uti judicant) narrata est. Gud betrit, som alt förmår. Then och ider här med evigt befallandes. Af Abo med hast. Anno Domini 1551, Aprilis prima.“ Multa ex his discimus literis. Quaedam infra notabimus. Observatu praeter ea dignum est, *M. Olavum Petri*, licet pristina apud Regem gra-



valemus: non autem nihil accessisse, putamus <sup>12)</sup>? Caete-

tia excidisset, non contemnenda tamen adhuc Stockholmiae auctoritate apud omnes ordines floruisse, nec apud Regem ipsum nihil posse efficere, (in rebus quidem ad religionem spectantibus) fuisse existimatum. Quae de misera Finlandiae his temporibus conditione, atque sacerdotum quoque inopia et contemtu, supra pag. 652 sq. not. 40) monuimus, novo hinc argumento confirmantur. Mirum autem putes, Regem de hac subditorum suorum miseria vel parum rescivisse, vel quasi timide hanc rem ei significandam commendari? atque ex civium misericordia plus fere auxilii, quam a Principis benignitate sperari?

<sup>12)</sup> Hinc ex Fennia, mercedem aliquam operae suae Typographum accepisse, literis nuper allatis *Agricola* significat. Ob *incolarum hujus terrae paupertatem*, tota Biblia Veteris Testamenti typis publicari non potuisse, in Praefatiuncula metrica ad selecta Capita Prophetarum a se Fennice edita, idem queritur: („Ettei me Suomalaiset saa Prentettu koko Biblia; että me olemma „köyhät sangen En senvuoxi epäuskoon langen“ (h. e. Licet nos Fenni non adipiscamur tota Biblia typis edita, quod valde sumus pauperes; tamen in desperationem non pervenio). Non parum ex suo in *editionem librorum Fennicorum sese impendisse*, in Indice Praediorum Ecclesiae Aboënsis Regi exhibito (de quo saepe), idem asserit. Quae non magnam saltem a Rege opem huic consilio praebitam fuisse, ostendere videntur? Sed cum in literis ad *Normannum* submissee adeo ac timide, imo adulatorie, veniam roget Novi Testamenti Fennice publicandi, atque ut ea res a Rege sibi permittatur supplicet, atque praeterea petat ut mediocres alicujus Praebendae hic vacantis reditus pro hujus operis consummatione benigne annuendo conferatur, non videntur de simplici permissione rem suis impensis suscipiendi, intelligi haec posse? Deinde narrat, pollicitum sibi fuisse virum illustrem (haud mediocri apud Regem gratia florentem) *Ericum Fleming*, de quo supra (pag. 656) diximus, se de eodem negotio Regi Regni-que Senatui suam mentem, (*Agricolae* favorabilem consilio) expositurum. Quomodo putes, tanta molimina nihil ultra spectasse, nisi ut tam laudabilis operis perficiendi potestas sibi concederetur? non enim Regem Fennis magis quam Svecis lucem invidisse Euangelii, credi potest; nec de subsidiis quibusdam sibi privatim impetrandis interpretem, qui opus jam absolverat, Typographi operam flagitasse verisimile est. Accedit, quod legatum aliquod aut *Testamentum*, privati ut videtur hominis, piis illud in genere usibus devotum, (de quo nihil praeterea scimus) *apud se depositum conservari*, dicat, quod ut in hanc rem impendatur, vehe-



rum *Agricolam* nostrum magnam curam atque diligentiam

menter rogat. Verba ipsa digna sunt quae adferantur: „Immortales T. Rev. gratias ago, quae tanta fide tantaque diligentia, coram Regia Celsitudine, Domino nostro Clementissimo, dignata est pro negotii mei, tam videlicet illius legati Testamenti apud me depositi ac conservati, quam pro interpretati Novi Testamenti Finnonici, *commoda executione*, omnem movere lapidem (ut ajunt) et viriliter desudare.“ (Res itaque erat difficilis, gravibusque obstaculis obstructa!) --- „Hoc tamen unum abs te, Ornatissime Vir, per omnia sacra efflagitando peto, ut videlicet T. Rev. suasu, consilio et auctoritate, Regia pietas, spiritu Christi cooperante, eo impellatur, *quatenus non solum permittat sua Clementia illud profecto divinum ac longe saluberrimum Nov. Test. opus*, pro multarum myriadum animarum salute, gloriaeque Dei propagatione, *in lucem prodere; verum etiam, ut alicujus mediocris Praebendae redditus hic Aboae vacans, pro tam pii tamque necessarii operis faciliori consummatione, aut hoc testamento jam pridem sacris usibus condito, quod in custodia reservo, benigne annuendo, conferatur*: quid enim aequum Christianumque Magistratum ornat, atque gloriae Dei et cognitionis Christi propagatio, subditorumque tam divinus quam humanus singularis profectus? Omnem igitur (adhuc oro et per quemquam usquam Tuae Rever. cordi fuerit, obtestor) operam, industriam ac studium eo intendas amantissime fautor, praesertim in Comitibus proxime futuris Arosiae, quatenus nulla occasione praetermissa, licet hac in re compotem fieri. *Pollicitus est etiam et magni judicii et auctoritatis vir, Dominus Ericus Fleming, Eques auratus, se de eodem N. Testamenti negotio, Regiae Clementiae Regnique Consiliariis, inter alia negotia, suam mentem per scripta expositurum.* --- Ego autem, *tametsi multo jam tempore hoc saxum volverim*, videor ad fabulam Sisyphi non parum accessisse, nisi Christus tandem ex alto opem ferre praesentaneam dignetur; ea tamen fretus, *expecto hujus perdifficillimae rei aliquem finaliter optatum eventum.*“ Quae omnia aliter explicari commode non posse putamus, quam ut putes hoc egisse *Agricolam*, ut publica impensa, elaborata a sese interpretatio N. Testamenti Fennica imprimeretur: cujus voti compotem factum, exitus rei, de quo fere desperaverat, felix demonstrat. Non habebatur autem in toto Regno alia officina Typographica, quam illa Stockholmensis, sub oculis quasi Regis exercita, cujus in talibus suspiciosam severitatem satis testantur literae suae ad Archiep. *Laurentium Petri*, supra commemoratae; vid. *Append. ad Hist. Eccles. Spegelianam*, p. 101, ubi scribit;

non modo ad scripta haecce concinnanda, sed etiam ad editionem eorum promovendam adhibuisse, apparet <sup>13)</sup>.

Invitum eum initio anni 1548, interveniente mandato Regio, Rectoris munus in Schola Aboënsi, cui per decem fere (ultra novem) annos praefuerat, resignasse <sup>14)</sup>, Auctor

„Ty i wette väl, att inge böcker skole blifve med rätte publi-  
„ceret, eller komma uti allmänneligit bruk, med mindre thet  
„skeer cum Regis gratia et privilegio.“ Cfr. Regis ejusd. literae  
ad Episc. Lincop. *Johannem Brask*, a. 1526 datae, apud *CEL-  
SIUM Monum. Palmsk.* pag. 8, ubi dicit: „Är icke heller wor  
„willie, at noget prenteri skal uprettes i Södereöping, thez pren-  
„terij til förfonng som nu i Stocholm med stoor kost uprettet  
„är, förtij thet ena kommer thet annet till förderf.“ Cfr. ib. pag.  
12. Ex quibus verbis fere colligas, Regis ipsius sumtu hanc ty-  
pographiam fuisse institutam? Nec aliud significare videntur li-  
terae Regis ad Consules Senatunque Stockholmenses dat. a. 1537,  
d. 10 Julii, (apud *JONAM BÅNG*, Diss. *de Monte Brunconis*, P. II  
pag. 67, not.), ubi seiscit: „Theslikes är och vor vilie, at  
„thet prenterijdt som för det menige bästa här i Riket upptagit  
„är, skal blifva stöndendes i siälagardhen, efter ther är bequäm-  
„lich rum ther till, som fåfång stonda.“ (Typographiae autem  
huic, vere Regiae, jam ante a. 1549 praefuisse *Amundum Lau-  
rentii*, satis ostendit haec ipsa versio N. Testamenti Fennica, a.  
1548 ab eo prelo emissa: cfr. *JOH. ALNANDRI Hist. Artis Typo-  
graphicae in Suecia*, C. II, §. 1, pag. 30). Quis correctorem  
egerit plagularum typis impressarum, cum Fennici libri inde ede-  
rentur, existimare non possumus. *Psalterii Davidici* (ut et pri-  
oris partis *Prophetarum*) folio primo adverso, insignia Regis *Gu-  
stavi*, tabulae lignae incisa atque inde impressa, conspiciuntur;  
in quorum epigraphe significatur, esse Ejusdem *Suosion, tahdon  
ja käskyn merkki, tämän kirjan wahvistuaxxi* (consensus, volun-  
tatis et mandati signum, in hujus libri praesidium): unde tutius  
etiam colligitur, ejus munitum auctoritate et consilio, sumtuque  
suo editum, prodiisse? Contra minores illos libellos sumtu *Agri-  
colae* privato impressos fuisse, atque eo spectasse verba sua de  
impensis in libros edendos Fennicos factis, supra allata, credas?

<sup>13)</sup> Adducta nuper monumenta, satis hoc superque confir-  
mant, immortalique popularium suorum esse gratia atque veneratione dignum, testantur; utpote qui solus plus ad ecclesiam  
collustrandam effecit, quam multi post eum alii praestiterunt.

<sup>14)</sup> Ex literis tamen *Agricolae* ipsius ad *Normannum* (de quibus supra), quadriennio quidem prius datis, colligas eum per-



tradit, (tanto scil. majori cura studioque partes officii Epi-

taesum molesti laboris in pueris informandis exhauriendi, commodiorem atque honoratiorem stationem recusaturum haud fuisse. Scribit videlicet: „Nam in eam spem adduxerunt me T. Rev. „literae, summa in me benevolentia et spontaneo favore refertis- „sima, quod non tantum hac in re“ (N. Test:ti Fennici editione promovenda), „mihi, imo Christo Domino nostro, fidelis admini- „strator esse velis, sed etiam, quod omnium maxime in T. Rev. „observantiae dignatione, admirans amplector et laudo, ut tum „salutis tum dignitatis meae rationem ultro se habituram polli- „ceatur. Quamquam vero neque hujus vitae admodum sim cu- „pidus, neque majorum in Ecclesia Christi functionum appetens, „nisi forte in aliis officiis major opportunitas de ea bene me- „rendi contigerit; non tamen ignorat T. veneranda humanitas, „ut quae olim ejus ludi pertaesa est, *cujus in luto equidem ad- „huc, velim nolim haere, quam permolesta sit provincia* pueros, „indomita ista animalia, ad aliquam bonam solidamque eruditio- „nis frugem perducere. --- Si quid igitur lucis meae obscuri- „tati Tua colenda dignitas adjecerit, id totum quidquid fuerit, „primum Deo opt. Max. deinde T. praestantiae, Vir Celeberrime, „debita cum gratitudine acceptum me promitto relaturum quam „lubentissime.“ Quae, ut etiam reliquis literarum tenor, satis ostendunt, eum blanditiis aucupari gratiam viri hujus, auctoritate tum atque potentia florentis neque nesciisse neque neglexisse, et ab amplioribus ambiendis honoribus alienum non fuisse. Ac verisimile est, *Normanni* commendationem non omnino nihil postea quoque ad Episcopalem ei dignitatem comparandam, contulisse? Neque vero suspicari licet, reditus alicujus momenti (praeter Praebendas, quas porro retinere licuit) fuisse cum munere Rectoris Scholae conjunctos, quos amittere *Agricola* noluerit; parva enim illa Didactra quae Magistro suo discipuli pendebant, et eleemosynae scholaribus tributae (*Diekne-penningar*) unius aut alterius paroeciae ruralis, in censum venire vix poterant? Cfr. supra pag. 629 not. 13. *Certum* nempe aliquod *stipendium* Rectori Scholae (praeter illud, sic dictum *salarium*, *victum liberum* sumtu Ecclesiae Cathedralis praebendum, et si *beneficio* nullo alio gauderet, eleemosynas scholasticas, *Diekne-penningar*, paroeciae *Hauho* Tavastiae, tempore hyemali, paroeciae vero *Lundo* Fenniae Australis, tempore autumnali) neque olim tributum fuisse, ex literis Episcopi *Conradi* supra didicimus (pag. 507 not. 35); neque postea, praeter idem illud *salarium*, et tenues sibi speciatim (ut videtur), a Duce *Johanne* assignatos reditus, (quos etiam munere exutus retinuit), alio *Herkepäum*, dum Rectoris officio praeesset



scopalis, senis loco *Martini* sibi praecipue demandatas, per-

(Praebendis omnibus aerario jam vindicatis) fruitum fuisse stipendio, supra (p. 629 not. 13) vidimus. Ex illis autem quas retinuit *Agricola* Praebendis (S. *Laurentii* et S. *Bartholomaei*), quos reditus habuerit, mediocres sane, supra indicavimus (pag. 639 not.); quos quidem a. 1552 (Ecclesia licet *Rusko*, quae ad Praepositum olim pertinuerat, addita, sed ita ut decimarum maxima pars ad emendum vinum, ceram, aliosque Ecclesiae in usus, nec non Capellani etc. stipendium, insumeretur) decrevisse reperimus, (ob annonam duriolem, de qua supra querentem audivimus): accessisse tamen sibi eo adhuc anno ex decimis Canonicalibus (s. pauperum) ipse notat 18 tonnas et 15 modiolos (*kappar*) Secalis, atque 2 tonnas et 16 modiolos Hordei. Praeterea in Indice bonorum Ecclesiae Ab. (saepius laudato) ipse addit: „Item för mit „besynnerlijgh schriffuerij medh breff och annat sodanth omaack „som jagh haffuer haftt synnerliga framföre andre Canichar bådhe „i saligh Biscop Mortens tijdh, och jemväl härtil dagx på Kir- „kiones och Bispens ärendes vägna, så hafuer jagh *stundom foot*“ (fått) „af Callila Socken 1 tunna Smör, helst sedan M. *Hans* „Domproesten dödde, och aff Jeskis socken 20 marck penningar, „hulke icke under prebendan lydt haffuer, uthan äre migh ellies „här i Capittleth tilsagde.“ Quibus omnibus in summam collectis, ipse docet se a. 1552 percepisse *Secalis* 4 *lestat*, 1 libram (*pund*, h. e. 6 modios, *spann*, qui 20 modiolos, *kappar*, singuli continebant, sive 4 *tonnas*), 2 modios (*spann*) cum dimidio, et 9 modiolos (*kappar*), h. e. circ. tonnas 150; *Hordei* 9 libras (54-tonnas) 4 modios (*spann*) cum dimidio, et 5 modiolos (*kappar*), h. e. 57 tonnas; *Avenae* 3 libras (18 tonnas) 1 modium cum dimidio, et 4 modiolos, h. e. 19 tonnas; *Tritici* 5 modios (3 tonnas cum triente) et 3 modiolos; *Pisorum* 6 modios (4 tonnas) et 2 modiolos; *Butyri* 7 tonnas (84 lispund). Post quas rationes ita redditas addit: „Humanissimi viri Domini Camerarii „atque amici observandi. Om uthgifften weeth man intet annat „skrifva, uthan (oberömpth för Gudh och alla menniskior) sosom „i Psalmen stoor“ (står), „Ps. III: Dispersit, dedit pauperibus (scil. „Scholasticis, mendicis etc.). Hebr. 13: Hospitalitatis ne sitis „immemores. Så äre och många stycken medh sädh och pen- „ningar inköpandes, som en fattigh mandz nödhfortfthigh hus- „holdningh tilhörer, *föruthan then deell som the Finska Euan- „geliska bökers omkostninghar bekräffuer.*“ Adducere haec ple- ni us volumus, ut ex his omnibus ingenii animique sui indoles et clarius eluceret.

acturum; successorem autem in Rectoratu Scholae habuisse M. *Paulum Juusten*, paullo post docemur.

114. Quae hic ab Auctore nostro de ortu et elaboratione Versionis Fennicae *Psalterii* traduntur, difficilium cum iis conciliari posse videantur, quae prodidit eadem de re *Agricola* <sup>15</sup>)? Sed tamen ita licere putamus in concordiam reducere, ut primos illos *Juusteni* (et discipulorum suorum) conatus, ille diligentius postea examinaverit, emendaverit et limaverit <sup>16</sup>)?

*Agricolae*, qui integram Dioecesin sibi collatum iri spe-

<sup>15</sup>) Non modo in literis ad *Amundum Laurentii* supra (p. 684 sq. not. 11) allatis dicit: „så hafver man nu alt sedan i „höstas och her til, och än framåt, hållit och med Guds hielp „anhållandes warder uppå *Davidis Psaltare* til at transfererat på „Finska, och är nu icke långt ifrån endan,“ sed etiam in Praef. metrica ad hanc *Psalmorum* versionem scribit: „Muistas siis ru- „koillesas *heitä* Joka tulkitzit Suomexi neitä. Turun Kaupungis „tapahtui se, Pyhän Lauritzan huonesa. Siellä poikan Christiani „ilmei, Kuin Herra neitä meidän kautta tei.“ (H. e. Memento igitur in precibus tuis *illorum*, qui haec Fennice transtulerunt. Aboënsi in urbe illud contigit, *in domo S. Laurentii*. *Eodem tempore filius meus Christianus apparuit (natus fuit)*, Cum Dominus haec per me faceret). *Agricolam* sc. nostrum Canonicum fuisse *S. Laurentii*, (adeoque in aedibus ad illam Praebendam pertinentibus habitasse), in memoriam revocandum est. Tota Biblia Fennice reddere, in animo habuisse, si partes jam editae emtores cupidos invenissent, et labor suus debito exceptus favore fuisset, in Praef. metrica ad ultimos tres Prophetas (quos ob intervenientem hyemem, statim cum reliquis edi non potuisse dicit: *Joista* (Prophetaista) *silloin ne kolmet jüit Prentümät; talven esteet sen teit*) satis ostendit, scribens: „Wielä Bibliast munt tulisit; Jos „nämät otolliset olisit, Ostettaisin ja prunkattaisin, kuin olis kyllä „kohtullinen.“

<sup>16</sup>) Ipsa narratio Auctoris de ortu profectae a discipulis suis ac se Versionis *Psalterii*, necessitatem ulterioris, diligentioris et accuratioris elaborationis indicare videtur; vel quoad sensum textus originalis commode reddendum, vel quoad linguae Fennicae genium studiose observandum. Quae forte emendatio atque opera *Agricolae*, Auctori nostro minus probabatur? Non vacavit autem nobis, hanc Versionem vel cum *Lutheri* Germanica, vel cum *Svecica*, quae non multo ante prodierat, conferre.

raverat (cui sc. per multos annos laudabiliter praefuerat), divisionem ejus, licet sane consultissimam, et jam olim destinatam (supra pag. 238) parum placuisse; post immixtos ita redditus Episcopales, ut *Procuraciones* insignem eorum constituere partem censerentur<sup>17)</sup>, etiam minus obvenire mirum debet. *Paroecia Borgensis* quae Dioecesi addebatur Wiburgensi, Auctori nostro totum significasse hodiernum *territorium Borgoënsē (Borgo Härad)* videtur; *Paroeciae* autem *Pyttis* et *Perno* (haec *Agricolae* natalis) ad *tractum Wiburgensem* referebantur. *Territorium Tavastiae superius (Öfre Häradet)* *Paroecias* comprehendebat *Hauho, Lampis, Hollola, Itis, Padasjoki* et *Sysmä*; quae eadem hodieque (cum novis postea ex iis enatis) ad Dioecesin *Borgoënsē* pertinent.

115. Ex *Svecia* redux<sup>18)</sup>, muneris sibi commissi ad-

---

<sup>17)</sup> Cfr. supra p. 676 not. 68. Docetur in *Glossario Cangiano*, in hac voce, *Procuraciones Episcoporum* esse, quae debentur a sacerdotibus, cum Ecclesias sibi subditas illi visitant (quas aliis etiam, illorum jussu Ecclesias visitantibus, debitas fuisse, observatur); easque interdum in summam pecuniarum fuisse conversas, quae ipsis, etiam non visitantibus erat persolvenda. Quomodo autem et quam largiter, apud nos fuerint olim exhibitae, definire non valemus. Cfr. *Legg. Westrog. Kyrkiu Bolkür, IV Flukker*. Tardiores initio fuisse ad eas praestandas, quarundam Dioecesium Clericos, ex Bulla patet Papae *Honorii III, Universis Ecclesiarum Praelatis per Scårensem Dioecesin constitutis*, a. 1220, 3 Non. Novemb. data, qua severe hoc illis officium inculcatur. Vid. *App. ad Recensionem Bullarii Celsianam*, a nobis ed. p. 12, not. 18. Quale aut quantum de caetero stipendium Rex *Agricolae* ad Episcopatum promotus, assignaverit, nosmet latet. — [De *Procuracionibus* cfr. etiam *Statuta Skenn. et Upsal.* apud Ill. NETTELBLADT l. c. p. 122, 127, 155, 174.]

<sup>18)</sup> Quo, ut Auctor docet, cum reliquis Ecclesiae Ab. Capitularibus, initio mensis Maji, jussu Regis profectus, atque Episcopus a Rege ibi constitutus fuit Aboënsis; nova Dioecesi Wiburgensi M. *Paulo Juusten* simul demandata. Cumque fuisset uterque, jubente Rege, a *Botvido Sunonis*, Episcopo Strengnesensi, consecratus, (quod Archiepiscopus, eo tempore, Regis favore excidisset), redditum ita maturabant, ut vigilia S. *Henrici* (die proximo ante festum translationis suae) h. e. d. 17 Junii, Aboam



ministrationem statim fuit aggressus; nec nonnisi post partem Dioeceseos visitatam, solenniter illud auspicari placuit (d. 8 Sept.): pompa autem majori atque inprimis *Mitra*, in ea solennitate usum, ea re Regem offendisse, Auctor significans, quam ille fuerit in talibus suspiciosus, vel umbram Papismi exosus, simul docet. Hodie apud nos aliter judicari, nemo nescit.

116. - Nescio cur hanc observationem addendam Auctor judicaverit; cum hoc *emolumentum* neque illicitum, neque insolitum videri deberet? Cfr. nuper disputata, not. 17. Fere credas, cum quae de minus probata *Agricolae*

---

venirent. Cur autem Archiepiscopo Rex eo esset tempore iratior, Auctor non explicat; ob improbatum forte Regis cum tertia Coniuge, nepte secundae, matrimonium? Quamvis etiam haec culpa ei erat communis cum *Botvido*; qui ob hanc pervicaciam suam, non minus quam ob praestitam *Olavo Petri* in *Chronico* concinnando operam, admodum (si non nimis) severe, brevi post fuit a Rege punitus: ita ut veram causam ejus hac occasione Archiepiscopo praelati, nisi forte quod *Strengnesia Gripsholmiae* vicinior esset? indicare haud valeamus. Cfr. MESSENIUS *Scand.* T. V p. 108, HALLMAN M. *Oluff Petri Phase*, och M. *Lars Petri, til lefverne--beskrifne*, C. 15, CELSIUS l. c. p. 827 sq. et DALIN l. c. C. 8, §. 2 et 5, p. 438 et 443. Ridicule autem MESSENIUS l. c. p. 107, cum docuisset famosum illum M. *Thororum Magni*, Canonicum olim Lincopiensem „cum aliquot detentus fuisset annis in carcere Gripsholmensi, XVII Junii cum M. „*Michaële Agricola* et *Paulo Juusten* luculenter et ferventer de „religione disputasse, et demum ut inde liberaretur, se victum „*fortassis* fassum fuisse“, addit: illos *ex Finlandia ideo a Rege accitos*. Cfr. praeterea de hoc *Thorero* MESSENIUS l. c. pag. 99, 103: et CELSIUS l. c. p. 729, ubi *Agricolam* nostrum, in quem atque collegam suum *Juustenum*, *Thororum* illum *fecisse impetum* (*han angrep*) narrat, male appellat *Pastorem Aboëensem* (*Kyrkoherden i Åbo*); quod etiam munus, aequè male, ei tribuit TEGEL l. c. P. II p. 290 ubi scribit (multiplici errore); „Samma år „(1553) uthgick aff Trycket Davids Psaltare på Finske Tunge- „mål, som then Höglärde Man, M. Michael Agricola, *Kyrkeherde* „*uti Åboo* transfereret och uthsatt hade, hvilken ock *sedhan* Ca- „techismum och fleere härlige Böker, på samma Tungemål lät „uthgå aff prentet.“

nostro Dioeceseos divisione, fastuosiore ejus inauguratione, et lucro ex visitatione hac Ecclesiarum Ostrobotnicarum percepto commemorat, expendas, aut Auctorem nostrum minus amico in illum animo fuisse, aut ingenium illius minus visum ei fuisse probabile? Definire nihil valeo.

117. Satis ex hoc loco patet, Auctorem in animo habuisse plenius hanc scriptionem suam persequi, quam factum esse jam videmus: nihil enim de hoc bello, in iis quae supersunt commemorat; de quo caeterum consulantur scriptores horum temporum alii, TEGEL l. c. P. II p. 306—341, MESSENIUS *Scand.* T. V p. 108—111, CELSIUS *K. Gustaf I Hist.* p. 734—743, VON DALIN l. c. C. 8, §. 3, 4, 6—13. Cfr. etiam MÜLLER *Samml. Russischer Gesch.* T. V p. 505—508; cujus contra nostrates objectiones, narrationibus nixae Chronicorum Russicorum ineptis (quae inter alia urbem Caroliae Svecicae *Kinowet*, in rerum natura non existentem, a suis fortiter expugnatam docent!) facillime dilui possunt; nec melioris commatis sunt quae affert LEVESQUE *Hist. de Russie* T. II pag. 454 sqq. Qui ingenium moresque R. *Gustavi I* et *Johannis Basilidis II*, non omnino ignorat, facile v. g. judicare valebit, a quo bellum temere fuisse illatum induciasque fractas, verisimilius sit, si vel nulla rerum monumenta veram horum eventuum rationem illustrarent. Admirabile autem putes, quod l. c. disputat MÜLLERUS: „Nun wollen zwar die Schwedischen Geschichtschreiber --- „den Russen aufbürden, als ob sie diesen Frieden zu erst „gebrochen: unsere Russische Geschichtbücher aber, die als „gleichzeitige Urkunden anzusehen sind, behaupten das Gegentheil, und schreiben den ersten feindlichen Einfall, der „im Jahre 1555 geschehen, den Schweden zu.“ Quasi coeva monumenta omnino nulla (majore etiam fide digna, quam Chronica Russica, a Monachis ignorantibus et coeco suarum rerum studio captis, profecta) Svecis adessent, narrationem suam confirmantia! Quomodo autem res acta sit, et plene et vere, indubia proferentes testimonia atque argumenta, demonstrant TEGEL et v. DALIN l. l. c. c. Regem vero senem, ut haud libenter illud bellum suscepisse, ita

neque solito olim animi vigore administrasse, haud obscure animadvertas. Itaque etiam ad pacem, s. inducias renovandas, fuit pronissimus. De misso (a. 1556) in Russiam, hoc consilio, *M. Canuto Johannis*, supra paucis commemoravimus (p. 623); cujus totius rei veram rationem luculenter explicat idem TEGEL l. c. p. 336 sq. et 341 sq. (ubi recte quidem *Canonicum*, sed male *Archipraepositum* Aboënses eum vocans, CELSIUM et DALINUM in eundem induxit errorem). Statim post ferias *Henrici* (Translationis suae) ablegatum fuisse, Auctor scribit: die 4 Julii permissum ei fuisse, ut Russiae fines intraret, TEGELIUS docet; qui porro eundem reducem, die 24 Septembris Regem *Eskilstunae* adisse narrat, cum noster die *Bartholomaei* (24 Aug.) Wiburgium rediisse dicat. Quae optime consentiunt.

118. Hic *Steno Erics* (*Lejonhufvud*) postea scilicet fuit *Baro* a R. *Erico* creatus.

119. Quos recensent TEGEL l. c. p. 342 et v. DALIN l. c. §. 15, p. 462; qui historiam quoque itineris, et conciliatae ab iisdem pacis, exhibent. Unde autem HALLMAN, quam l. c. C. XXIV, pag. 119 sq. affert narrationem lepida, de colloquio inter Archiepiscopum Sveciae et Russorum Patriarcham de Religione, jussu Magni Principis habito, (cfr. etiam CELSIUS l. c. p. 746 sq. et v. DALIN l. c. p. 463; TEGELIO et MESSENIO res ignota fuit) hauserit, (quum fontes suos non nisi valde generaliter indicet), investigare non vacavit, ut qua nitatur fide, existimare liceat: quae si vera est, non modo *Graece* doctum *Agricolam* nostrum fuisse, sed *Russice* etiam, raro sane exemplo, apparet scisse. Initio porro Mensis (die 10) Aprilis a. 1557 Legatos Wiburgum rediisse, TEGELIUS docet (l. c. pag. 352); cum pridie *Agricola*, morbo in itinere correptus, subitanea fuisset morte extinctus. Auctoris autem nostri de loco mortis suae testimonio (utpote in vicinia versantis et regionis periti) fidentum est. TEGELIUS (cfr. DALIN p. 464 not.) paullo aliter: „Dagen näst tilförende bleff *M. Michaël Agricola* dödh på „wäghen, i een By *uthi Eurepe*, benembd *Sewaste*, när man „skulle hielpa honom, effter hans egen begeren up aff Sle-



„dan.“ *Abogiam perlatum, sepulchro fuisse commendatum, male MESSENIUS (Scand. T. V p. 112 et Chron. Episc. p. 116), ac post eum SPEGELIUS Chron. Episc. p. 404 contra Auctoris nostri fidem asserunt, qui Wiburgo sepultum fuisse testatur* <sup>19)</sup>.

<sup>19)</sup> Epitaphium ejus vetus cum in *Collectione Palmsköldiana* T. 61 (Karelen) p. 417 sqq. servetur, (idem, ut videtur, quod Cel. *Scarin* in Sacratio Ecclesiae Cathedralis Aboënsis, reperisse narrat RHYZELIUS l. c. p. 345, not. O), illud hic apponere (ut monumentuum simul literarium ejus aetatis) placet:

„Epitaphium Reverendi viri M. Michaëlis Agricolae, Aboënsis Episcopi, qui obiit die IX Aprilis, hora duodecima pomeridiana (!), anno Domini 1557.

Ecce diem tristem lacrymisque rigantibus ora

Dignum, cantari moesta Thalia jubet.

Sustulit Agricolam quum mors violenta Magistrum,

Aeterni solitum pandere verba Dei.

Hic puer a primis didicit feliciter annis

Artes Wiburgi, Pallados arma sequens,

*Joannisque* usus studio cognovit *Erasmi*

Dogmata cum summa dexteritate sacra.

Hinc is discedens Aboënsē venit ad urbem,

Artibus imbueret pectus ut ipse magis.

En tunc *Martinus* delegit Episcopus illum

Ut Cancellarii grande subiret onus.

*Hoc is sustinuit septenis* sedulus annis,

Fecit et officium non sine laude suum.

*Post venit Albiacas Aboënsis* sumtibus oras,

Templi ad Leucoreae docta Lycea Scholae.

Hic artes didicit recte studiosus honestas

Excoluitque animum religione sacra.

Sic ut sit merito donatus honore Magistri,

Et tulerit nomen jure gradumque bono.

In patriam rediens Aboënsi praefuit, omnes

Erudiens summa sedulitate, Scholae.

Tradidit et vitam pueris praecepta regendi,

Ut studiis esset consona vita piis.

Tandem Divino (dubitat quis?) Episcopus actus

Numine, praeclarum munus in urbe gerit.

Quam bene tractarit coelestia dogmata, norunt

Vivere quos testes fata benigna sinunt.

Saepe Papistarum spectacula ludicra taxans,

Caeteris addit *Agricolae* nostri meritis RHYZELIUS, eum

Detexit niveo tecta venena cado.

Nil docuit falsi, nil est meditatus amandum

Vertere quo posset relligionis opus;

Sed semper tenuit constanti mente professus

Prolata ex Patris dogmata vera sinu.

Nec cuiquam motus coeco est blanditus amore,

Sed retulit firmo corde nefanda mala.

Hujus ruperunt cito stamina ducta sorores

Qui longo vitae tempore dignus erat.

Hic etenim valido Ruthenica corpore tendens

Littora, cum reliquis Rege iubente viris,

Ut sanent mediis corda inflammata regentum,

Et sic tollantur bella cruenta, piis;

In reditu moritur peragens sua secula vitae,

*Cujus Wiburgum triste cadaver habet.*

Nil testamenti solito pro more reliquit;

Sed testamenti sit labor iste loco:

Finnonico vertit libros idiomate sacros,

Quod multis dignum laudibus exstat opus.“

Habetur ibidem aliud etiam ejusdem Epitaphium, *tumulo*

(ut verba sonant) *intitulatum*, hujusmodi:

Hic jacet *Agricolae* corpus mortale Magistri,

Qui docuit verbi dogmata pura Dei.

Nunc licet in cineres redigantur membra sepulta,

Attamen aetherea spiritus arce sedet.

Accuratissime apographon horum versuum (quorum ignoramus Auctorum) scriptum esse, non affirmaverim; ex quibus patet, primo, cum *Agricola* antequam Wittembergam proficisceretur, per *septem annos* Cancellarius fuisse (cum *Scriba* antea fuisset ejusdem) doceatur Episcopi *Martini*, qui a. 1528 ad Episcopalem evectus fuit dignitatem; quam absurde anno jam 1529 illuc missus perhibeatur, quo ante annum certe 1535 aut 1536 proficisci non potuit. Deinde, initio ope etiam ipsius Episcopi privata (antequam Praebendam *S. Laurentii* ex Regia gratia adeptus esset?) sublevatum fuisse, ex verbis colligere queas Carminis: Post venit Albiacas *Aboënsis sumtibus* oras? Nisi ita generatim Auctor voluit intelligi, ut sumtu *Ecclesiae Aboënsis*, cujus bona administrabat Episcopus, *Agricola* studiorum maturandorum gratia peregre missus fuerit? Tandem, verbis quoque Epitaphii, recte observante RHYZELIO (l. c.) confirmatur, quod expresse JUUSTENUS testatur, *Agricolam* Wiburgi (non die 9, quo obiit, sed 11 Apr.) sepultum fuisse.

a Rege missum in Lapponiam, ad populum hunc idololatri-  
cum Christi fide saniorique doctrina imbuendum, fuisse <sup>20</sup>);  
valde autem vereor, ne turpi nominum confusione, temere  
facta, tota haec narratio nitatur <sup>21</sup>), cujus ne minimum qui-  
dem vestigium nostra monumenta exhibent. Certius est,  
virum hunc diligentissimum atque in plurium literarum ge-  
nere versatum, interpretationem quandam *Juris Maritimi  
Wisbyensis* Svetice concinnasse, (e Germanico exemplo con-  
tracti) <sup>22</sup>); cujus nunquam typis editae (sed quam magno  
sibi usui fuisse HADORPHIUS fatetur) exemplum Bibliotheca  
etiam nostra Academica servat.

De filio suo *M. Christiano Agricola*, atque reliquo ge-  
nere, (cui *Nobilitatem*, adsciscenti nomen *Lejonmarck*, me-  
rita sua pepererunt), cfr. RHYZELIUS l. c. (ubi recte obser-  
vat, primum fuisse Episcopum Aboënsem qui uxorem du-  
xisset) et v. STIERNMAN *Matr. öfver Svea Rikes Ridd. och  
Adel* p. 796 sq. Eundem *M. Christianum* (cujus etiam nati  
annum a Patre proditum fuisse, supra p. 691 not. sq. 15  
vidimus) Rectorem fuisse, paterno exemplo, Scholae Abo-

<sup>20</sup>) „Han berettas ock (men året nämnes icke) hafva blef-  
„vit af Konungen send til Lapland, at arbeta på thet hedniska  
„folkets undervisning och omvendelse.“

<sup>21</sup>) Ex SPEGELII *Hist. Eccles.* P. I p. 43 sq. eam hau-  
sisse videtur RHYZELIUS (cui solenne est, fontes suos celare);  
ille nempe cum legisset, a. 1559 ad Lappos, Regis jussu mis-  
sum fuisse Sacerdotem quendam, Dn. *Michaëlem* (vid. SCHEFFERI  
*Lappon.* C. VIII, p. 68), statim videtur de nostro *M. Michaële*  
cogitasse, et nomini ejus cognomen nostri (*Agricolam*) temere  
addidisse, in memoriam haud revocans, hunc anno jam 1557  
diem obiisse supremum?

<sup>22</sup>) Vid. HADORPHII Praef. ad editum a se *Jus Vet. Mari-  
timum Wisbyense (Wijsby Sjö-Rätt)*, et *Hist.* nostram *Biblio-  
thecae R. Acad. Ab.* §. 31, LXXXIII, ubi nostro exemplo hujusmodi  
praemissam esse inscriptionem docuimus: *Siöökort, thet är then  
högsta och elsta Siöörett och skipmåla Lagh, som the almeneligh  
köpmän och skipare haffua skipatt och ordineratt fordom i Wijsby  
på Gottlandh, --- uthdragin aff Tydskon på Svensko per M.  
Michaëlem Agricolam, 12 Dec. anno 1549.*



ënsis, antequam Sedi admoveretur Revaliensi, discere licet ex *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1773 p. 89 sq. Cfr. Diss. M. PET. JOH. ALOPÆI supra laudat. P. II p. 28.

## VICESIMUS SEXTUS.

M. PETRUS FOLLINGIUS, Svecus, quondam Rector Scholae Lincopensis, et Canonicus, vir jam pro-  
 vectae aetatis. Studuerat ille olim Haffniae in Dania, ubi etiam Depositor fuerat Beanorum <sup>120</sup>: erat is in arte Musica exercitatus, et alioqui solide doctus. Hic eligitur in Episcopum Aboënsē anno D. 1558, et mense Majo venit ad Abo; qui paulo post redierat in Sveciam, pro adferenda familia et suo supellectili. Assumptus est autem ad hanc dignitatem consilio Doctoris Andreae Jurisperiti, Johannis Thomae Quaestoris, et aliorum, quibus lingua Fennonica invisā erat <sup>121</sup>. Mansit vero in Episcopatu homo ille, ingenio vafro et subdolo, usque ad annum D. 1563; tunc submotus est ab officio mense Majo, propter suspiciones, quas de eo conceperat Rex Ericus. Multae erant quoque Sacerdotum querelae de ejus avaritia et rapacitate, quae bonis rationibus demonstrari possunt <sup>122</sup>. Sed quia Christus Dominus noster mandavit, ut alter alterius lavemus pedes; ideo isti naevi in membris Ecclesiae melius teguntur, quam deteguntur. Huic opus erat interprete, tam in privatis, quam in publicis Finnonum negotiis. Anno D:ni 1565 a Rege Erico in Episcopum

Revaliae erat constitutus. A Revalia rediens ad Abo pro suis rebus, ibique *e*) obiit ipso anno *f*).

Anno D:ni 1560, die Sanctorum Angelorum, obiit serenissimus et clementissimus D. Gostavus, Rex Svecorum, Gothorum, Vandalorum, pater regni Sveciae. Cecidit corona capitis nostri; vae nobis, quia peccavimus!

Anno D:ni 1563 peractis Comitibus Holmiae mense Junii, erant M. Paulus Jwsten in Episcopum Aboensem et M. Canutus Joannis in Episcopum Wiburgensem constituti *g*).

### Notae Editoris.

120. *Beanos* esse Studiosos novos, qui ad Academiam nuper accesserunt, (a voce Gallica *Bec jaune*, ut sunt aviculae quae nondum e nido evolarunt) docetur in *Glossario Cangiano*, sub hac voce. Hos, antequam plenum jus civitatis Academicae adipiscerentur, modis variis vexatos olim fuisse atque exercitos, eique praefectum negotio hominem inter *Magistros* delectum, *Depositoris* nomen gessisse, (ut omnem hunc morem insulsum atque inconditum, *ritum Depositionis*, s. *Depositionem* audivisse), notum est: a quali stultitia nec Patriae Academiae superiori saeculo immunes fuisse, constat. Hujusmodi igitur officio Hafniae functus fuerat *Follingius*; quem male *Fullingum* vocat MESSENIUS (cum in *Chronico Episcoporum*, tum *Scandiae* T. X p. 27), *Follingum* RHYZELIUS l. c. p. 346, qui eum (pro more) eximie laudat, nulla vitiorum, quae in illo reprehendit Auctor noster, (eruditionem ei caeterum haud denegans) turpissimorum mentione facta.

*e*) *ibi*? *f*) Tota haec sententia addita est e Codice A.  
*g*) Etiam haec additio est e Cod. A.

121. *Doctorem hunc Andream, Jurisperitum, parum nobis caetera notum, (qui neque quo officio, hic in Finlandia, functus, neque quibus meritis gratiam Regis aucupatus sit, haecenus rescivimus), et Johannem Thomae Quaestorem (Regis Camerarium, ut alibi vocatur: cfr. Diss. D:ni BERONII, supra laud. p. 8) Fennis vehementer fuisse invisos, ex Epigrammatis (ineptissimis) in eos fuis, quae conservavit in Collectione sua PALMSKÖLDIUS (N:o XIV *Topogr.* T. 59, *Åbo, Åland*, p. 375) colligere licet<sup>1</sup>). Caussam, cur Regi *Petrum hunc Follingium* duumviri illi inprimis commendarent, Auctor *odium* fuisse prodit *linguae Fennicae*; quam cum alter *Svecus*, alter *Danus*, ipsi scil. ignorarent, aequius utique atque sapientius censebant, ut quinquaginta myriades Fennorum ad patriam linguam abjiciendam adigerentur, quam ut ipsi suique amici, (viginti fortassis numero?) molestiam subirent linguam discendi gentis, cui praeesse cupiebant! Cujusmodi consilia, nostris quoque temporibus, unum aut alterum hominem ingenii scil. subtilis, et aequi justique amantem, nonnunquam agitasse, novimus! Nihil sane est quod hi Italorum damnent rationem, qui ut homines suae gentis molestia liberarentur linguas peregrinas discendi, calide olim sciscebant, ut cultus Divinus per totam Europam Latine celebraretur: patuit enim sic ubique sibi aditus facilis ad praecipuas dignitates Ecclesiasticas suis vindicandas; parvique caeterum referebat, quem usum ex tali cultu religioso tot populi habituri, aut quae incommoda inde experturi essent? — Cfr. quae contra stulta non minus quam*

1) *Epitaphium* nempe *Johannis Thomae*, tale est:

*Johannes Thome, Danice gentis,  
Vix habet micam humane mentis.*

(De *Johanne Thomae, Hans Thomasson*, a. 1556 *Praefecto Arcis Aboënsis*, alio ab hoc? cfr. v. DALIN l. c. pag. 458).

*Epitaphium* vero *Doctoris Andreae* hujusmodi est:

*Doctör Andreas Neritianus,  
Semper insanit, quasi insanus.*

Patriam tamen utriusque ex insulsis non minus quam infestis his versibus cognoscere licet.



iniqua hujusmodi consilia disputavimus in *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1793 N:o 13.

122. Non itaque satis fuit, quod bonus hic Doctor Ecclesiae loqui cum auditoribus sine interprete non posset; sed turpi etiam avaritia odiosum se reddidit! Cujus pravitate eum graviter accusans, religioni sibi tamen Auctor duxit (!), exemplis afferendis rem plenius demonstrare. Non autem ob justas has causas munere exutum fuisse docet; sed *propter quasdam suspiciones quas de eo conceperat Rex Ericus*. Sine dubio fratri suo Duci *Johanni* nimis deditum Rex existimavit, (*MESSEN. Chr. Rh. Finl.* p. 55, *Scand. T. X* p. 29); de ejus fide dubitandi, haud leves habuisse causas videtur. Cfr. v. DALIN l. c. C. IX, §. 21, p. 560 sqq. et CELSIUS *K. Eric XIV:s Hist.* (Ed. II, Lund 1795) pag. 135 sqq. Deinde eundem post biennium (a. 1565) ab eodem Rege Episcopum *Revaliae* fuisse constitutum, additur in Codice Chronici nostri vetustissimo, quem *Academicum* vocare soliti sumus (in Bibliotheca nostra Acad. servato), et *Mennandriano* (quo illo etiam postea, beneficentia Generosissimi D:ni FREDENHEIM, Bibliotheca Academica aucta fuit)<sup>2</sup>). *Revalia* autem *Aboam* (ubi igitur interim, dum munere caruerat, mansisse putes?) pro rebus suis inde trans-

<sup>2</sup>) Scriptus hic est manu *Gabrielis Peldan*, Pastoris olim Ecclesiae *Ilmola* in Ostrobotnia meritissimi, (cujus vitam breviter descriptam dedimus in *Fol. Hebd. Ab.* a. 1792 N:o 45 et 46), qui eundem contulisse reperitur et cum Codice *Brenneriano* (nostro Academico) et cum alio quem fratris sui, *Israëlis Peldan* (Rectoris olim Eccles. Cathed. Ab.) fuisse notat, adscriptis margini lectionibus utriusque variantibus. Praeterea accessit nuper, dono D:ni *Gustavi Rancken*, Choralis ad Ecclesiam Cathedralem Aboënsensem meritissimi, Bibliothecae Academicæ Codex Chronici nostri tertius, Soceri olim sui (quem *Rothovianum*, nomine pristinorum possessorum, vocabimus), lectiones ille etiam quasdam bonas habens: quas inter fortasse referas, quod de *Flemingiis* (supra pag. 617) habet: „D:nus Iwarus, et D:nus *Ericus Fläming* (*Fleming*), Decemb. 19, qui postea *sepelitur*“ (ita ut ad *Ericum* tantum referri velit?) „in Pargas Dec. 19.“ Cfr. supra p. 656).

ferendis, *rediens*, ibi eodem anno mortuum fuisse, porro docetur. Unde emendandus est RHYZELIUS, qui l. e. eundem, post amissum munus Episcopale, in Ostrogothiam (natalem suam regionem; nam in praedio *Follenge*, prope *Skeningiam*, lucem adspexisse idem tradit) se recepisse, ibique non multo post, annis gravem obiisse, narrat.

### M. PAULUS JUUSTEN <sup>1)</sup>.

Quae pro vita illustranda viri meritissimi, cujus diligentiae *Chronicon* debemus (unicum in suo genere rerum veterum Fennicarum monumentum) quod hactenus explicare, confirmare atque supplere conati sumus, colligere potuimus; ea hoc loco, coronidis instar adjiciemus. Primum igitur adjungere placet fragmentum, vitae suae primam atque maxime ignotam partem complectens, ab ipso ut videtur, (aut ab amico aliquo coaevo atque rerum suarum peritissimo?) profectum. Exemplo illud Chronici nostri, quod olim possederat magnus monumentorum Patriae conquisitor, nobiliss. *Abrah. Ericus Gyllengrip* (quoque uti nobis amice permisit b. *Sigfr. Laur. Gahm*, ille etiam, dum viveret, talium rerum collector diligentissimus; post cujus mortem quo pervenerit, nescio) adjectum reperimus, vitiosius a librario rudi descriptum: quare loca corruptiora, critica ope adhibita, sanare simul conabimur. Tale autem illud habetur:

### VICESIMUS SEPTIMUS.

M. PAVLUS JUSTEN <sup>a)</sup>, natione Wiburgensis. Hic successit *Petro Follingio* in Episcopatu Aboënsi. In ejus

---

<sup>1)</sup> Ita ipse semper nomen suum scripsit (duplici *u*, vel *w*, h. e. prima syllaba producta, altera correpta); quem morem etiam aequales sui sequuntur. De origine nominis infra loquemur.

<sup>a)</sup> Rectius Juusten.

vero locum *b)* Wiburgi substitutus fuit M. *Canutus*, beatae recordationis, qui ibi obiit anno *c)* Domini 1564 *d)*. Ad studia literarum *e)* adhibitus est *Paulus* in tenera sua aetate, Rectore adhuc *Johanne Erasmi*, felicitis recordationis, antequam ille in Cancellarium D:ni Episcopi *Martini* vocaretur. Sed qui Dn. *Johanni f)* in officio Rectoratus successerant, non erant aequae fideles, diligentes aut felices in juventute instituenda; donec quidam Dn. *Clemens*, natione Danus, labores (laborem?) docendi pueros in se suscepit. Erat is Concionator D:ni Comitis *Johannis von Hoyen in Brockenhausen g)*, qui fuit gener *h)* Serenissimi et Clementissimi D:ni Regis *Gustavi*. Ille D:nus *Clemens* primus in Schola *Wiburgensi* inchoavit lectionem *Terentii* et *Virgilii*; sed et ille secutus est D:nam *Margaretam*, relicto *Wiburgo*, anno D:ni 1534, dum Comes *i)* ipse a Regno *Sveciae* ad perfidos *Lubecenses* defecit: quasi ditiones *Wiburgum*, *Savolax*, *Satacundia* et tractus *Borgoënsis k)* non suffecissent ejus dominationi. Recte igitur Poëta: Non facile est aequa mente secunda *l)* pati. In locum ejus D:ni Comitis *m)* successit nobilis et providus vir *Nico-*

*b)* In Apographo nostro absurde legitur *domo*. *c)* Habet idem absurde *primo*. *d)* Cfr. supra pag. 623 et 627 not. 11. *e)* Absurde legit *horum*. *f)* Male habet *Johannem*. *g)* Habet *Bråkenhusen*. Comes scil. fuit *de Hoya* et *Brockhausen*. Cfr. v. DALIN l. c. C. 2, §. 24 pag. 113. *h)* H. e. *Affinis*, qui Sororem ejus in matrimonio habuit. Qui enim hodie nobis *Svåger*, olim *mag*, *måg*, vulgo appellabatur. *i)* Legitur absurde *Canutus*. *k)* Ergo plus etiam habuit, quam tradit Nob. v. DALIN l. c. C. 5 §. 2 pag. 254 not. (a). *l)* Legitur absurde *omnia*. *m)* Rursum *Canuti*, absurde.



*laus Grabbe n)*, vir pietatis et omnis honestatis amans, anno D:ni 1536 o), cum jam *Paulus* utroque parente orbis esset. Pater enim ejus ante sex annos, mater vero ante tres annos (tunc enim *Wiburgi* pestis gravissima saeviit) in D:no obdormiverant. Profectus est ille in Scholam Aboënsem, et praecedente autumnno ex *Witenberga* redierat *M. Thomas Francisci*, qui factus Rector Scholae reduxit scholasticos ad prima artis Grammatices initia recte percipienda, ne *p)* in aliis artium discendis elementis a principiis et fontibus aberrarent, sed ordine perciperent quidquid addiscendum erat. Simili diligentia et fidelitate tradidit etiam suis auditoribus rudimenta Christianae Religionis; sicut haec omnia in Schola *Witenbergensi*, magna dexteritate studiosis proponi audiverat. Dum in hoc stadio *q)* biennio versatur *Paulus*, revocat eum ad se Reverendus Pater D:nus Episcopus *Martinus*, ut apud se lectorem mensae ageret; idque maxime consilio Magistri *Simonis Wiburgii*, qui prima vice nunc ex Germania redierat; et simul factus est *Hypodidascalus* Scholae Aboënsis. Erat tunc in Aula non admodum peroptanda consuetudo, quod adolescentes bona aliqua indole praediti, ex medio cursu studiorum suorum etiam inviti raperentur, nulla habita ratione utrum ad aulica officia, vel ad alias humaniores artes discendas, essent idonei *r)*. Ne

*n)* *Grobben*, male. *o)* Forte 1534? Cfr. supra p. 655 not. 44. *p)* Habet *neque*, male. *q)* In Ms. legitur *studio*. *r)* Penuria nempe hominum, quibus in negotiis quibuscunque civi-

autem id fieret, procuravit Dn. Episcopus, ut *Paulus* ille, quem in familiarem suum suscepit, Sacris Ordinibus initiaretur; quod factum est anno D:ni 1540. Quia vero Schola *Wiburgensis*, post spontaneam resignationem *Simeonis Leth* (?), Rectore caruit, injunctum fuit illi a Venerabili Capitulo, ut eo se conferret, donec de commodiore Rectore substituendo deliberari et prospici potuit. Obedivit ipse illorum authoritati, non libens; intellexit enim se imparem esse tunc illi vocationi, quae multarum bonarum rerum cognitione opus habet. Fecit autem in re, velut adhuc adolescentior, quantum potuit, non quantum debuit. Inde vocatus ante completum biennium, missus est in Germaniam, ut et ipse solidiorem bonarum artium et doctrinae Theologicae cognitionem consequeretur, atque (et?) aliis eam deinceps majori fructu et dexteritate communicaret. Aggressus est iter illud, rebus antea dispositis, die Sanctorum Angelorum, quos sibi a Deo, maximo gemitu petierat comites suscepti itineris. *Witebergam* pervenit circiter ferias *Martini*, et post octiduum a beanismo depositus, praesentibus eruditis et egregiis viris, *M. Simone Wiburgio* et *M. Magno Botvidi s)*, cum reliqua turba popularium suorum, qui eo ex *Svecia* studendi

---

libus uti Rex posset, tanta fuit, ut adolescentes ex Scholis requirere, et etiam invitos saepe cogere, ad munia varia obeunda adhibendos, necesse haberet. In qua re non semper Rectores Scholarum sibi habuit sincere faventes. Cfr. supra p. 668 not. 61. s) Cfr. Indicem *Erasmii Nicolai* (supra laudatum pag. 666 sq., not. 60) apud Cel. GJÖRWELL l. c.

gratia confluerant: factum est id fine anni 1543. Praecedenti anno erat in Svecia seditio Rusticorum Smolandensium, quam in Svecia vocamus *Dackefejd*. Eam t) Serenissimus et Clementissimus Rex, Dei suffultus auxilio et sua regia industria, magna potentia compescuit et devicit. Habuit u) Witenberga tunc viros in omni genere Facultatum eruditissimos, Dominum Doctorem *Lutherum*, *Pomeranum* v), *Philippum* x), *Crucigerum* y), *Majorem* z), *Paulum Eberum*, *Erasmum Flacium* a) et *Reinholdum* b) etc. Hos audivit ipse de gravissimis rebus disserentes. Quibus et suum iudicium de multis controversiis Christianae Religionis confirmavit, ac (et?) meliorem cognitionem et usum bonarum artium sibi comparavit. Mansit Witenbergae tantum triennio; quod ab eo tempore non erat ibi locus musis, propter bellum exortum inter Caesarem Carolum et Ducem Saxoniae cum aliis Euangelicis confederatis. Dissipato igitur toto coetu Universitatis, manserat ille hyeme partim ----- c), partim Magdeburgi, et vere proximo sequenti contulerat se *Rostochum*, inde ad *Regium Montem*; ibi tota aestate com-

---

t) Ms. absurde *Erat*. u) Ms. *Habet*, male. v) H. e. *Johannem Bugenhagen*. x) *Phil. Melanchthonem*. y) *Casparum Crucigerum*. z) *Georgium Majorem*. a) Hic quis significetur, nescio; cumque ordinem totum Professorum, illo tempore, Wittenbergensium haud cognoscam, locum mutare non audeo, quamvis suspicer *Matthiam* fortassis *Flacium* legendum esse? b) *Erasmum Reinholdum*. c) Hoc legere nomen non poteram. Ductus quasi literas *quevest* offerre videbantur: an *Servestae* Auctor scripserat?



moratus est, audiens Doctoris *Sabini d)* lectiones, *Staphyli e)* et aliorum qui in Academia erant *f)* Professores. Illo vere, anni 1547, captus est *Johannes g)* Dux Saxoniae a Caesarea Majestate, die Marci Evangelistae *h)*.

### Notae Editoris.

Post reditum ex Germania (a. 1547 autumno?) a R. *Gustavo* obtinuisse *Praebendam Clericorum* narrat RHYZELIUS l. c. Anno vero sequente Rectorem Scholae Aboënsis ab eodem Rege constitutum fuisse, PALMSKÖLDII etiam testimonio confirmatur (*Collect. N:o XV, Bibliogr. Sviogoth. T. X p. 249*), qui ad Acta Archivi Reg. (*Registr. R. Gustavi I, a. 1548 lit. R. pag. 14, 15*) provocat. Huic officio praefuit, inter Capitulares simul Aboënses totius Dioecesis curam agens, donec illa in duas partes divisa, Wiburgensem Episcopatum, a. 1554, nostro committere, Regi placeret. Cfr. supra pag. 678 et p. 692 sq. not. 18. Novam hanc spartam cum per novem annos ornasset, ad Sedem Aboënsem fuit a R. *Erico* translatus (vid. supra p. 700), qui in locum exuti munere *Follingii* nostrum suffecit. Hic literas illas commitorias anno sequente (1564 d. 14 Decemb.) ad Pastores Ecclesiarum in Norfinlandia dedit, quas exhibet RHYZELIUS l. c. *Append. pag. 151 sq.* Quod autem ille narrat (ib. p. 347), nostrum simul Wiburgensem Dioecsin, ad mortem usque suam retinuisse, falsum omnino est; nam supra vidimus (p. 700), et statim sibi in Sede Wiburgensi (a. 1563) successisse M. *Canutum Johannis*, et eo (sequente mox anno) vita defuncto, (cfr. p. 627 not. 11) M. *Ericum Her-*

---

*d) Georgii Sabini. e) Ms. Habet Stephani. Sed jam MESSENIUS (in Chronico Episcopor.), quem idem hoc fragmentum oculis usurpasse apparet, habet Staphylum. f) Ms. fuerant. g) Johannes Fridericus. h) D. 25 Aprilis.*

*kepaem* anno 1568 eidem fuisse Dioecesi praefectum, qui nostro supervixit. Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* a. 1793, N:o 1. De infelici legatione sua Russica (quam jussu suscepit R. *Johannis*, non, ut male habet RHYZELIUS l. c., *Erici*, qui Regio diademate jam fuerat exutus) narrationem, ab ipso literis consignatam, olim edidimus<sup>2)</sup>: de qua igitur nihil hic addere opus est. Rediit autem inde, non anno demum 1575, ut ibidem habet RHYZELIUS, sed initio jam anni 1572, ut ipsa eadem laudata nostri docet Narratio s. Itineris *Ephemerides*<sup>3)</sup>. Dum vero captivus in Russia ultra biennium detineretur (ubi crudelissime et indignissime a feroci barbaro tractabatur), ut triste otium falleret animique moerorem levaret, Ecclesiaeque suae simul aliquid tamen utilitatis pareret, non modo *Explicationem* (s. ut ipse vocat, *Fragmenta in explicationem*) *Evangeliorum Dominicalium et praecipuarum feriarum totius anni*, Latine elaboravit, (quam Ecclesiarum Pastoribus, Sacellanis et aliis quibuscunque Verbi Dei Ministris Finlandensibus, Epistola praemissa dedicatoria consecravit), Ms. adhuc in Bibliotheca R. Acad. Aboënsis servatam<sup>4)</sup>; sed etiam *Catechismum* Fennice versum (quem videre nobis haud licuit) atque anno 1574 Stockholmiaey typis editum<sup>5)</sup>. Servatur etiam in Bibliotheca Aca-

<sup>2)</sup> Dissertt. Acadd. III, *Narrationem R. V. Pauli Juusten, Episcopi Aboënsis, de Legatione sua Russica* exhibentes, Aboae 1775, 4:o.

<sup>3)</sup> Discere hoc potuisset cum a PET. PETREJO (*Regni Muschovitici Sciagraph.*) L. II p. 42 sqq. tum ab AEGID. GIRS (*K. Johan III:s Chrönicka*) p. 6 et 31 sqq.

<sup>4)</sup> Codicem hunc (de quo etiam RHYZELIUS l. c. not. R. commemorat) breviter descriptum dedimus in *Hist. Bibl. R. Ac. Ab.*

<sup>5)</sup> Hic neque Reverendiss. MENNANDRO innotuerat; ita ut vereamur, ne jam prorsus perierit. Notitiam autem ejus exhibet PALMSKÖLDIUS (*Collect. N:o 15, Bibliogr. SvioGoth. T. X pag. 255*, ubi hoc modo describit: „*Catechismus, Suomenkielen*“ (*Suomenkielin, l. Suomenkielinen?*) „*tulkittus*“ (*tulkittu; l. tulkitus?*) „*udistettu ja Jumalisten ja caunisten Rukousten ja kijtos-sanain* „*canssa enätty, ja surella wisudella koottu Suomalaisten hywäxi* „*ja jocapäiwäsexi tarpexi, sekä cotona että matkas. Paulus Juusten Aboen. Anno 1574, 8:o. In fine: Tulkittu sures fangiuxes*

demica Ms. Oratio ejusdem Synodalis (saepius jam nobis laudata) post reditum hic Aboae habita, s. ut ipse vocavit, *Capita rerum Synodicarum recitata in Synodo Aboënsi anno 1573* <sup>6</sup>). Editionem etiam *Libri Missalis* Fennici, plenioris quam quo hactenus Ecclesia Fennica usa fuerat (ab *Agricola* edito), anno 1575 Stockholmiae typis imprimi curavit <sup>7</sup>); ut de *Chronico suo Episcoporum Finlandensium* (quod quo anno concinnaverit, nescimus) nihil addamus. Ex quibus omnibus patet, eum laudatissimum *Agricolae* de Ecclesia Patria bene merendi studium, fuisse praeclare aemulatum. Adeo sese prudenter in rebus civilibus gessisse reperimus, ut neque R. *Erici* suspicionem in se excitaverit, neque R. *Johannis* gratiam perdidit <sup>8</sup>). Praeter caeteram Dioecesis suae curam, etiam de Schola quadam in Ostrobotnia condenda, voto incolarum satisfacturum, apud Regem (*Johannem*) egisse, ex *Collectione Palmsköldiana* discimus <sup>9</sup>).

„olles, mutta painettu Stocholmisa Amund Lauritzan pojalta „anno 1574.“ Lutheri fuisse Catechismum credas, Fennice a nostro versum, atque Precum formulis variis auctum? Sub captivitate sua fuisse elaboratum, ipse in fine significavit.

<sup>6</sup>) Etiam haec Oratio (de qua cfr. *Historia nostra Bibliothecae R. Acad. Aboënsis* § 31, LXXVIII) haud inutilis est, ad statum Ecclesiae nostrae, qualis iis temporibus et proxime praecedentibus esset, cognoscendum.

<sup>7</sup>) Cfr. *Fol. Hebd. Aboëns.* a. 1796, N:o 21.

<sup>8</sup>) Nulla quidem ostendunt vestigia, eum ut Regi placeret, Liturgicis hujus conatibus justo amiciorem se praebuisse. Nam quod initio, cum nondum sese verum Regis consilium prodidisset, facilius, ut plerique alii Episcopi et totus fere Clerus, ei obsequeretur; excusari haud aegre potest. Singulare tamen est, pompa adhuc majore atque ad morem Pontificiorum propius accedente, quam qua *Agricola* Regem *Gustavum* olim offenderat, nostrum cum Episcopo Wexionensi (*Nicolao Canuti*), novum Archiepiscopum *Laurentium Petri Gothum*, a. 1574 Upsaliae consecrasset. Vid. Diss. CAROLI PET. RYDBERG *de motibus Liturgicis in Svecia* (Ups. a. 1788, Praes. Cel. FANT ed.) P. I §. III p. 6 sq., et MESSENIUS *Scand. T. VII* passim ad a. 1574 sq. Cfr. supra p. 680 et p. 693.

<sup>9</sup>) „M. *Paulus Justen* Ordinarius Aboensis, omnium Ostrobotniae incolarum precibus motus, S. Regiae Majestati scripsit



— Anno tandem 1576, die 22 Augusti, e vita discessit <sup>10)</sup>.

De genere quoque suo et posteris, quaedam addenda videntur. Ex Actis igitur quae ad res pertinent *Benedicti*, filii *Severini* (*Bengt Söftringsson Juusthen in Olsböle* <sup>11)</sup>), auctoris Familiae Nobilis *Gyllenlood* (de quo cfr. v. STIERNMAN *Matrikel öfver Svea Rikes Ridd. och Adel* p. 309 sq.) aperte constat, gentem (plebejam) Wiburgi floruisse, nomine *Juusten*. Sic *Benedictum* illum ab haeredibus defuncti *Johannis Juusten* fundum in urbe Wiburgensi (*en Stadsgård*) emisse, ibidem docetur, nomine *Juustila* (a quo verisimile est gentem illam nomen suum habuisse, aut contra illi dedisse?), prope Claustrium Dominicanorum situm <sup>12)</sup>. Mentio etiam fit alterius fundi (Domusque in eo exstructae lapideae) eidem Claustro vicini, quem haereditario jure olim possederat b. *Petrus Juusten senior* <sup>13)</sup>. Minus igitur nobis probatur, quod in *Collect. Palmsköldiana*, N:o XIII *Geneal.*

„et petiit, ut in Ostrobotnia Schola quaedam Regio privilegio fundetur, ad quam incolae illius terrae suos filios mittere possint, ad discendam doctrinam Ecclesiae et Reip. necessariam, (quod) cum ob itineris distantiam tum ob caritatem victus suos filios ad Scholam Aboensem mittere non valeant. Id ipsum ab illustrissimis viris ac Dominis Domino *Hogenschildo Nicolai* et D:no *Canuto Canuti* anno ---- cum Regiae Majestatis mandato Finlandiam simulque orientalem Botniam visitarent et peragrarent, indigenae illius tractus omni submissione flagitarunt, quod R. Majestati illorum desiderium supplicemque orationem de Schola in eorum filiorum usum fundanda notificarent.“ Vol. *Österbotten* p. 82. Quae unde ille exscripserit, rescire hactenus non licuit.

<sup>10)</sup> Cfr. MESSENIUS *Scand. T. X* p. 31.

<sup>11)</sup> Quorum exemplum favori debemus Cel. NORDIN, ex cujus Thesauro monumentorum ad res Patriae illustrandas pertinentium locupletissimo, describere illa licuit. De hoc *Benedicto Severini* scribit v. STIERNMAN loco mox indicando, eum natum fuisse in Westrogothia; quod falsum esse, ex his iisdem Actis discimus, ubi Patrem suum *Severinum* (Juusten) Pastorem fuisse Ecclesiae *Hauho* Tavastiae, atque medio seculi XVI vixisse, aperte docetur.

<sup>12)</sup> „Liggiandes när Svartebröder Closter-gården.“ Cfr. caeterum *Fol. Hebd. Aboëns. a. 1793* N:o 11.

<sup>13)</sup> Non putes improbabile, hunc b. *Petrum Juusten Senio-*

*SveoGoth.* T. 26, Litt. I, P. II, p. 491 traditur, Episcopum nostrum natum fuisse in *ditione Wiburgensi* atque *Jussila* (forte *Juustila?*) *Jokiby*; quibus porro additur, duos eum filios, *Paulum* et *Ericum*, filiamque *Annam* reliquisse: *Paulum*, qui *Centurio* (*Capitaine*) factus sit, filiam habuisse, nuptam cuidam *Starckhufvud*, cui filium *Johannem Starckhufvud* pepererit <sup>14</sup>); *Annam*, Episcopi filiam, nupsisse *Johanni* (*Hans*) *Kröell*, Consuli urbis *Wiburgensis* (qui a. 1622 d. 30 Aprilis, literas confirmatorias obtinuerit *R. Gustavi Adolphi* de possidendis praediis, in *ditione Wiburgensi*, *socero suo a R. Johanne* concessis); quorum filius *Johannes Rosencroel* in *Justila*, *Tervas* et *Järvenpä*, Consul fuerit urbis ejusdem a. 1644 et 1647, *Capitaneus* urbis *Wiburgensis* a. 1646, *jure Nobilitatis* auctus a. 1653 d. 16 Aug. <sup>15</sup>), et *potestatem* simul nactus sit *insignia avi materni* (cujus *mascula progenies* extincta interim fuerat) *gestandi* <sup>16</sup>), et postea a. 1661 et 1664 *Pro-Chiliarcha* fuerit *Dimacharum* (*Öfverste-Lieutenant öfver en Esquadron Dragoner*). Quem etiam a. 1647, d. 17 Novembris, *confirmationem* (a *Regina Christina*) accepisse *donationis praediorum* *avo suo materno* (Episcopo nostro) olim factae, *ibidem* docetur. Ex his omnibus satis apparet, *liberis Episcopi nostri nobilitatem* (nomine tamen *patrio non mutato*) a *R. Johanne*, mox post illius a *tristi sua Legatione Russica* *reditum*, fuisse concessam <sup>17</sup>). Aliis

---

*rem* (*salige gamle Pedher Juusten*) *Patrem* nostri fuisse, *Johannem* autem illum, *filium fortassis Episcopi?*

<sup>14</sup>) *SPEGEL Hist. Eccles.* P. II p. 406 tradit, filium Episcopi *Paulum* factum fuisse *Centurionem Peditum* (*Capitaine*), hujus autem filium *Equitum Centurionem* (*Ryttmästare*), qui cum *Nobilitatis jure* augetur, *vocatus sit Starkhaupt*. Merito haec improbat v. *STIERNMAN Matrik.* p. 1011; licet *Martinum* illum *Starckhufvud*, qui a. 1699 *nobilitatis jus* accepit, eundem esse quem *SPEGELIUS* spectarat, pro certo affirmari nequeat. Probabilior est *PALMSKÖLDII Genealogia*.

<sup>15</sup>) Concinit v. *STIERNMAN l. c.* p. 498.

<sup>16</sup>) De *levi inter insignia utriusque differentia* cfr. *Fol. Hebdom. Aboëns.* a. 1782 p. 189.

<sup>17</sup>) Confirmatur hoc *Fol. Hebdom. Ab.* loco nuper allato,

autem monumentis edocemur, filium (eumque non unicum) illum reliquisse, *Johannem*; cujus filius (nostri nepos) *Paulus Johannis Justen* (primum Signifer, deinde Sub-Centurio, *Lieutenant*) a R. Dicasterio supremo Aboënsi ad nobilitatem suam probandam a. 1630 (urgente Advocato Fisci) citatus, Diploma quidem ipsum, avo suo datum, exhibere non potuit, sed rem tamen, ut notam, confidenter asseruit<sup>18)</sup>. Hic filium reliquisse nullum videtur; *Catharinam* vero *Justen*,

p. 190; insignia autem Episcopi, tabellae aeneae incisa, adjunximus *Ephemeridibus* infelicis suae *Legationis Russicae*, supra commemoratis. PALMSKÖLDIUS, Episcopum nostrum a R. *Johanne* Nobilitatis jure auctum fuisse testatus, addit: *Fick 12 Skatte-gods i Finland* l. c. p. 489.

<sup>18)</sup> Scripto R. Dicasterio exhibito, unde haec excerpsimus: „Först anbelangande, så ähr min Fader Fadher, den Biskop „öffuer Åbo och Wiborgz Stift var, Saligh *Mester Påffvel Justen* „tilsagt worden och förwerffuet, ---- aff S. Konungh Johan „Sköldh och Hielm, för Rickzens omwårdnadh, sin store mödho, „swedhe, wärck och plågor han S. uthi fengselset i tre åhrs tidh „j Muskow wtåstodh, herdhede och ledh, då han dijt gesante- „wiss deputerat och förskickett wart, deropå wthen twiffuel skrif- „ter och bewiss uthi Rickzens Liberi-Cammar finnes kan. Men „godzen anbelangende, som honom dåå bleffue nådigest done- „rade och skänkt, äger iagh aldrig en stacke aff, uthan *mine* „*Farbroder-barn* och *Farsyster-barn* någon dell af dem possi- „dera. De godssen belangende iagh haffuer haft, *ähr migh* „*ifrån hendt och tillegnet Nådige Herren Cantzleren*, benämndh „*Warthe* gordh i Kimittå, dett endagh skeet ähr j min frånvaru „tå iagh stadder war emooth Rickzens fiender i Cronones tienist, „och min fatige hustru och barn måste sedhan inhysses sittia, „uthi en bondes huss“ etc. Hoc igitur praedium, ob servitium militare a R. *Gustavo Adolpho* a. 1627 sibi donatum, ut sibi reddi R. Dicasterium procuraret, supplex oravit. Sententia de caussa sua lata, non superest. In Protocollo tantum legitur (d. 14 Julii a. 1630): „Sammaleedes bleef och Paulus Justen til- „taledh om sin Adelskap, deropå han och svarede skrifteligen, „som der af nochsamt ähr till att see sub lit. B“ (illud ipsum, quod nuper attulimus, ejus scriptum, indicatur), „och inhtet breeff „hade han på sin Adelständh: och der medh trädde dhe ifrån „Rätthen.“ Ipsam citationem a R. Dicasterio ad ipsum missam, ut nobilitatem suam Diplomate Regio aliisque documentis proferendis probaret, in *Foliis Hebd. Ab.* a. 1782 N:o 25, p. 193



quae nupta *Georgio Thawonio* Pastori Ecclesiae *Haliko*, mater facta est *Abrahami Thawonii*, Episcopi tandem *Wiburgensis*, illius fuisse filiam (aut sororem?) putamus <sup>19)</sup>.

sq. attulimus. Ubi etiam significavimus, in Actis iisdem a. 1634 d. 4 Febr. literas haberi commendatitias R. hujusce Dicasterii ad *Achatium* (Åke) *Oxenstierna*, Praefectum Ditionis *Wiburgensis* datas, quibus hic rogatur, ut *Paulo* eidem (cujus igitur iustam fuisse causam, putasse videntur?) ad bonorum partem, quae ad se non minus quam ad cohaereditarios suos pertinere deberent, obtinendam, auxilio esset. Ubi inter alia legitur: „Och „låte Eder förnimme, att Breffvijsere och Fendrich under Ryttemester Ernest Lindelöf, *Paulus Justen*, hafwer här uti denne „Konungsliga Rätt supplicando begäret assistance och förfordring „til det godz som honom medh sambt flere hans *medarffvingar* „efter *S. Biskop*, och man doch icke egenteligen veet, huru denne „saak sig hafwer, Påfvel *Justen* kan tilfalle; så etc.“ In *Catalogo Fundorum Regiorum* (Jordebok) *Territorii Halikoënsis*, a. 1640 d. 31 Jan. idem hic *Paulus Justen* vocatur sub-Centurio (*Lieutenant*). In Actis R. Dicasterii *Aboënsis* anni 1649 d. 26 Nov. commemoratur *Christina* (*Fru Kirstin i Mainiemi i Kimito*), ubi *Pauli* matrem habitasse ipse in scripto supra laudato prodit *vidua b. Pauli Justen*; unde jam tum fuisse mortuum, apparet. Apud *PALMSKÖLDIUM* l. c. mentio fit hujus ejusdem *Pauli* (*Påvel Hansson Justen*), qui autumno a. 1621 captus fuerit apud *Kokenhusen*, sed postea redemptus, quique uxorem habuerit *Christinam Johannis* (*Hans Dotter*): quae Actis laudatis apprime consentiunt. Deinde idem meminit ibidem, *Margaretæ Pauli F. Justen*, nuptae *Arvido Möller*, quam ille *Pauli* nostri filiam facit, citans *Regist. (Act. Reg.)* a. 1641 p. 685; in laudato autem nuper a nobis *Catalogo Fundor. Reg. Territorii Halikoënsis* pro a. 1638 sq. occurrit *Margareta Johannis*, (*Hans Dotter*) *Justen* (adeoque soror, uti videtur, *Pauli*) *vidua Andreae Möller*, cui quamdiu viveret ac *vidua* maneret, concessi erant tres fundi integri (3 *mantal*) in *Paroecia Haliko*, feudi nomine (i *listids för-låning*), vi *litarar. Regiar. datar. d. 17 Junii 1629*, quia *maritum* illa suum in bello contra hostes regni amiserat. Unde *PALMSKÖLDII* locus corrigi debere videtur. Quam autem idem eodem loco commemorat, *Acta R. Cancellariae (Registrat.)* a. 1644 d. 22 Maji citans, *Annam Petri Justen* a. 1644 adhuc viventem, uxorem *Olai Philippi* (qui in bello contra hostes patriae occubuerat), illa ex alia forte *Juustenorum* linea ortum habuit?

<sup>19)</sup> Cfr. *Fol. Hebd. Ab.* 1782 p. 188 sq. et p. 193 sqq., ac *STIERNMANNI Aboa Lit.* p. 81.

## Ad Lectores.

Excrevit opus quod ad finem jam perduximus, ad majorem multo molem, quam ei dare primum constitueramus. Quamobrem diutius quoque, quam consilium initio fuit, editio ejus retardata est; quippe particulatim, speciminum Academicorum loco, a Juvenibus literarum Studiosis, typis commisi publiceque defensi. Nempe in animo primum habebamus, *Chronicon Episcoporum Finlandensium Juustenianum* (ut monumentorum nostrorum Historicorum praestantissimum) curatius descriptum, apparatuque modico (ex Registro Ecclesiae Aboënsis maxime petito) confirmatum atque illustratum, edere. Postea autem, animo ad has res diligentius converso, majorique monumentorum copia, sub ipsa operis editione, hinc illinc adfluente, latius sensim limites primi consilii extendere placuit (quamvis nec sine hoc turbando, nec sine diligentioris ordinis debitaque partium inter se convenientiae atque proportionis fieri posse jactura, appareret); quod tamen hoc opere suscipiendo non justam gentis nostrae Historiam exhibere, sed quasi Horreum tantum quoddam condere institueramus, in quod, quicquid ad eam illustrandam pertinens (in illa qua laborabamus scriptorum eam persequentium paupertate) conquirere nobis contigerat, conjiceremus: verentes, ne nostram idem fatum maneret monumentorum Fennicorum collectionem, quod multae ante nos expertae fuerant, ut casu aliquo prorsus interirent. Quumque et serius in nonnulla monumenta incidere, quam ut, operis editionem maturantes, justo eadem loco afferre possemus, et ipsi majorem cum his rebus familiaritatem sensim contraheremus; postea addere quaedam, corrigere, et rectius explicare, passim necesse habuimus. Quae omnia, ut facilius inveniri, ac ad res factaque suis quaeque locis illustranda adhibere tamen liceret, *Indicem* adjicere rerum praecipuarum simul constituebamus, ad documenta annotationesque passim allatas, lectores remittentem, unde ad quamque illarum lux aliqua comparari pos-

set, eique etiam praemittere alium, *erratorum* cum ab operis tum a nobis profectorum, quae ut corrigere Lectores benevole velint, molestiamque hinc sibi creatam benigne nobis condonare, rogamus. Quos, inter alia subsidia, post textum Juustenianum typis jam expressum, inspiciendos nacti sumus *Tres Chronici nostri Codices* \*), ex iis parum quidem opis ad loca ejus affecta sananda accepimus; quare nondum plene eundem restituere valuimus: sed nulli tamen nobis usui (inprimis *Gahmianus* ille, ob supplementa ei adscripta egregia,) haud fuerunt. Ex *Archivo* autem *Coenobii Nådendalensis*, in R. Bibliotheca Stockholmensi jam servato, praeclara nacti sumus subsidia: unde nonnulla exempla Syllogae inseremus, quam Appendicis loco operi adjicere animus est, praecipua quaedam monumenta, ordine chronologico exhibiturae ad res Fennicas veteres illustrandas pertinentia, in ipso opere nostro aut praeterita, aut non plene allata, partim haecenus inedita, partim manu adhuc medica uberioreque luce indigentia. Ita materiam nos pro virili collegisse atque suppeditasse patriae Historiae studiosis existimamus, qua porro tractanda et ornanda, alii utilem gratamque civibus suis operam praestare, beneque sic de literis mereri, laudemque sibi parere justam, poterunt.

---

\*) Unum qui in R. Bibliotheca Stockholmensi asservatur, alterum quem possedit haud ita pridem Dn. Secret. *Sigfridus L. Gahm*, tertium qui ad b. Past. in Ikalis *Rothovium* pertinuerat (quique in Bibliothecam nostram Academicam jam transiit). Cfr. supra p. 212 not. 12; p. 703; p. 661 not. (51); et p. 702.



# INDEX

## rerum Praecipuarum.

(Numerus paginam significat).

*Abborfors.* Piscatura ibidem ad Episcopum Aboënssem pertinuit 417. Cfr. *Kymmene*.

*Aboa.* Ejus initia 63. 120. 126. 161. 163. Illuc Cathedram transferendi veniam Episc. Thomas a. jam 1229 petierat a Papa, qui locum explorari jussit 62 sq. 136 sq. 157. 158. Seculo jam XV inter urbes fuit Regni praecipuas 474. Mercatura ejus maxime a Germanis exercebatur 474. 541 sq. A Russis (a. 1198) incensa et devastata 120. 123. Item (a. 1318) 170. 174 sqq. 195 sqq. Incendio affligitur (a. 1429) una cum Templo Cathedrali et Claustro 372. 415 sq. (cfr. 584). Fulmine combusta (a. 1458) 475. 483. An et a. 1464? 483. 530 sq. Incendio vexatur (a. 1473) 531. A Danis spoliatur et incenditur (a. 1509) 589 sq. 593 sq. It. (a. 1522) duce Severino Norby (et culpa Nicolai Arvidsson) 603 sq. Conflagravit (a. 1546) 617. 624. 651. Item (a. 1549) 651 sq. Item rursus (a. 1552) 626. 652.

*Aboënsis Arx:* ejus initia ignorantur 18. 90. 167.

*Aboënsis Coenobium.* Vid. *Coenobium et Dominicanorum Ordo*.

*Aboënsis Ecclesia* a Piratis et Russis damna patitur 334. (Cfr. etiam *Capitulum, Ecclesia, Episcopi, Finlandia* etc.)

*Aboënsis Episcopi* nomen ante a. 1258 non occurrit 145. Cfr. 118.

*Aboënsis Pons, Praefectus, Schola.* Vid. *Pons, Praefecti, Schola*.

*Aboënsis Senatus* mulctatur, quod possessiones Fratibus Praedicatoribus et aliis piis usibus subtrahere conaretur 193. Condit altare S. Trinitatis in Templo Cathedrali; quod tamen institutum stabilitate caruit 411 sq. Testimonium exhibet de limitibus inter Dioeces. Upsaliensem et Aboënssem 320.

*Aboënsis Templum Cathedrale:* prima ejus initia incerta 136. Mentio ejus prima (circa a. 1258) 142. 145. 158. 161. Dicitur b. Virgini Mariae et S. Henrico 114. 145. 158. 183 sq. 218. Cathedra illuc ex Rändämäki transfertur 62 sq. 157 sq. Indulgentiae illud visitantibus concessae. Vid. *Indulgentiae*.

- Abraham Broderson*, Miles, Praefectus Aboënsis 348. 356. 359.
- Academiae Aboënsis* aedes veteres quo tempore et quem in usum primo fuerint constructae, non constat 500 sq.
- Ackas* (Akas) Paroecia Tavastiae 502 sq.
- Adrianus IV* Papa 109.
- Advocatus*. Vid. *Praefectus*. *Advocacia* h. e. *Praefectura* 185.
- Aegraepae*, Ecclesia 299. Vid. *Euröpää*.
- Aerengisle* vid. *Ärengisle*.
- Aestyj* 48. 50.
- Agricola* (*M. Christianus*) Episcopus Revaliensis (filius M. Michaelis Episc. Aboënsis) 691. 698.
- Agricola* (*M. Michaël*) Episcopus Aboënsis 675—698. In Perno Nylandiae tenuibus parentibus natus 675. 681. Litteras didicit Wiburgi et Aboae 676. Fit Episc. Martini primum Scriba, deinde Cancellarius 676. 681. Sacro ordini initiatus mittitur Wittembergam, ubi Magistri nomine augetur 677. 681. 696. Praebendam S. Laurentii a R. Gustavo petiit et obtinuit 681. Literis commendatitiis Lutheri munitus rediit 682. Fit Rector Scholae Aboënsis, cui diligenter praefuit 677. 682. Transtulit Fennice et edidit varia scripta in usum Ecclesiae Fennicae, cujus reformationem praecipue promovit 677 sq. 683 sqq. 686—688. 691 sqq. Fit Vicarius Episc. Martini 677. 689. Geo. Normanni gratiam aucupatur 689. Rationes redituum ecclesiae et Capituli Aboënsis Regi jussus reddi curavit 635 sqq. Constituitur a Rege Episcopus Aboënsis 678. Consecratus a Botvido Episc. Strengnesensi 679. Divisio Finlandiae in duas dioeceses minus ei placuit 679. 692. Pompa qua missam suam Episcopalem celebravit, Regem offendit 679. Legatus in Russiam mittitur 680. 695 sq. Ejus cum Patriarcha Russorum disputatio dubia 695 sq. Rediens in Carelia obit (a. 1557), et Viburgi sepelitur 680. 695. 697. Epitaphia ejus 696 sq. Jus Maritimum Visbyense Svetice vertit 698. An missus fuerit in Lapponiam 698. Nunquam fuit Pastor Aboënsis 693. Minus placuisse Juusteno videtur 678—680. (cfr. 693 sq.).
- Agriculturae* ratio in Finlandia antiquissima 25 sq. Consilia publica de ea promovenda 169. 202 sq.
- Airisto* vocabulum Fennicum retis genus significans (Svet. *Wintertnet*) et partem quandam aequoris (*Ëjård*) insulas Fennicas interluentis (*Ërstan*) 18.
- Ajosinpää*, praedium 407.
- Aksborg* 164.
- Alandi* jubentur Decimas Phocarum solis Curatis suis pendere 190. Decimarum accurata solutio iis inculcatur 222 sq.
- Alandia* Svecis diu subjecta 50. Mature addita Episcopatu A-

- boënsi 191. Reditus Curatorum ejus terrae 462 sq. Praefecti ejus 181 sq. 205. 356 sq. 470 sq. 577? Judices ejus 357. 361. 474. 578.
- Alasjoki*, praedium 376. 384.
- Albertus* Rex: Aboae praesens fuit (a. 1364 sq.) 229 sqq. 238. 257. Bellum gessit in Finlandia 257 sq. Ejus favor in Ecclesiam et Episc. Finlandiae 229—233. Confirmat utriusque privilegia 303 sq. Permisit Episcopo suum tributum, pellibus ferarum constans, simul cum tributo Regio colligere 229. Concessit ei omnes emendas pecuniarias (böter, praeter illas violati juramenti Regii *Edsöre*), de 40 armigeris et servitoribus suis pendendas 230. Quatuor ejus Piscatores et unum fabrum ab omnibus solutionibus Regiis immunes declaravit 230. Collectoribus decimarum Episcopaliū expensas necessarias exhiberi jussit 231. Bonis ecclesiae Aboënsis post coronationem R. Birgeri acquisitis immunitatem a tributo Regio largitus fuit 231. Confirmat incolis Ostrobotniae meridionalis veniam commercia per totam Ostrobotniam faciendi 268. Ostrobotniam borealem, ad fluvium usque Uloënsem, Dioecesi Upsaliensi adjudicavit 318. Officiales sui revocabant Colonias in Tessiö a R. Magno ecclesiae Aboënsi donatas 264. Castrum in Kumo demoliri jussit 258. Urbi Ulfbyensi privilegia concessit 272. 273.
- Alemannica* natio 296.
- Alenninge* (*Petrus*) vid. *Älänning*.
- Alexander* Jaroslavi 74.
- Alexander VI* Papa 282.
- Alexandri* Cardinalis literae Indulgentiarum altari Corporis Christi concessae 387. Item Ecclesiae Aboënsi datae 414.
- Alexandri Newskii* expeditio an fuerit in Finlandiam suscepta? 75. 145.
- Alexandri* Papae *III* Bullae 19. 24. 61. 120 sq. 124 sq. *Alexandri* Papae *IV* Bullae 123. 145. 148. 152.
- Algotus Jonsson* Praefectus Finlandiae 169. 193. 205. Ejus literae 193.
- Allmänningar* (Sylvae ac agri communes et publicae): quomodo eas dividi in Finlandia voluerit Rex Ericus Pomeranus 362 sqq.
- Altare* (cfr. *Capella*, *Chorus*, *Praebenda*, *Sacellum*) *Animarum* Christi fidelium 394 sq. 641: concessae ei indulgentiae 395.
- S. Annae et S. Andreae* 371. 396. 398 sq. *S. Bartholomaei* 310. *S. Catharinae* 300. 309. *Clericorum* (s. *Divae Virginis*) 404 sqq. *S. Crucis* 640. In Nova *Capella* 663. *Corporis Christi* (*C. Dominici*) 381 sqq. 387 sq. *S. Erici*, vid. *S. Henrici*. *B. Georgii* 236. 390 sqq. *S. Henrici et S. Erici*



- 338 sqq. *S. Johannis* 389 sqq. *S. Laurentii* 346. *Omnium Sanctorum* 497. *Parochiale* (s. *B. Virginis*) 216. 237. 300. 461. *S. Petri et Pauli* 393. 396 sq. *S. Sigfridi* 300 sq. 302. *Trium Regum* 407: ejus *Inventarium* 522 sq. *S. Trinitatis* 411 sq. *B. Virginis*, vid. *Clericorum et Parochiale*. *Undecim mille Virginum* 483.
- Altare* Portatile habere *Episc. Johanni Petri* Papa permisit 304. *Monachi Dominijani Aboënses* habebant 194. 252. Eoque abutebantur 252.
- Altaria* Ecclesiae Cathedralis Aboënsis 410 sq. XII uno die *Episc. Conradus* consecravit 489. 498 sq.
- Anders Westgöthe* Praefectus Aboënsis 670. Cfr. *Andreas*.
- Andrae* (S.) *Altare*, vid. *Altare*.
- Andreas*: hujus nominis *Episcopus* nullus Aboae fuit 583.
- Andreas* (Dr.) *Juris peritus*, *Fennis inimicus et invisus* 701 sq.
- Andreas Dacus* excommunicatur 322 sq.
- Andreas Jacobi* *Raumensis*, ultimus *Canonicus S. Johannis* Ab. 615. 624. 644.
- Andreas de Perna* 264.
- Anglici* *Wisbyenses* 139 sq.
- Animarum* *Altare* (cfr. *Altare*) 394 sq. 641. *Praebenda* (cfr. *Praebenda*) 370. 641.
- Aningais*, praed. 393. 396.
- Annae* (S.) *Altare* (cfr. *Altare*) 370. 396. 398 sq. *Clastrum* 307. 401—404. 437 sq. 537 sq. *Convivium* 581. *Fraternitas* 370. 424. *Praebenda* 640.
- Annales Sigtunenses* 154. 164.
- Annotationes ex Scriptis Karoli* *Episc. Arosiensis* 10. *Spuria* 10. *Chronologicae Anonymi* 624.
- Antonius Erici* *Praefectus Raseburgensis* 585.
- Antonius* (cfr. *Tönnes*) *Erici Tott. Vid. Tott.*
- Anungis*, praedium 302.
- Aratrum* (portio agri) 188.
- Arbores sacrae* 52.
- Arces Finlandiae* 18. 76. 86. 90 sq. 167 sq. 170 sq. 356. 536. Cfr. *Aboënsis*, *Castelholmensis*, *Kumoënsis*, *Korsholmensis*, *Olofsburgensis*, *Raseburgensis*, *Tavastburgensis*, *Wiburgensis* *Arx*.
- Archidiaconi* Aboënses 346 sq. 355. 378. 389. 425. 460. 546. 662 sqq. *Archidiaconatus* ab *Episc. Berone* in *Ecclesia Aboënsi* institutus 347. 408. *Tenues* habuit primo *reditus*, adeo ut de eo *supprimendo* ageretur 408. Eos auxit primus *Archidiaconus Henricus Magni* 347. It. *Episc. Magnus Tavast* 408 sq. It. *Archid. Johannes Anundi* 410. et *Episc. Magnus Nicolai?* 561. *Ejus praedia et reditus annui* 638.

- Archiepiscopus* Upsaliensis, primis temporibus visitavit Dioecesin Aboëensem 165. 190—192. 305. Ei obedientiam jurati promittebant Episcopi Aboëenses 584. 600.
- Archiepiscopi* Upsal. Literae 165. 190 sq. 203.
- Archipraepositus* vid. *Praepositus*.
- Archipresbyter* 590. 661.
- Arelax*, praedium 116. 391.
- Arffvesala*, praed. 116.
- Armigeri* Episcopi 230.
- Arola*, praed. 397.
- Artones* vid. *Ortones*.
- Aru*, praedium 302.
- Arvidus* (M.) Kurck, Episcopus Aboënsis 9. 595. 597—606. Ejus genus et cognati 597 sq. 665. Ignotum ubi studuerit et Magistri nomen acceperit 598 sq. Ravennae a Papa confirmatus 599. Strengnesiae consecratus 600. Partibus Sturianis contra Danos favit 601. Gustavo Erici opitulatus fuit 601. Danorum vim fugiens a. 1522 naufragio periit 604 sqq. Post ejus mortem vacavit sedes Episcopalis annis fere sex 596. 606.
- Arvidus Gustavi* (Sparre), Legifer Finl. 279.
- Arvidus* (M.) *Jacobi*, Archidiaconus Aboënsis 391. 542. 546. Frater *Hartichini Japson* Legiferi (adeoque non ex Gente Tavastiana) 578; ac plane diversus a M. *Arvido Kurck* postea Episcopo 546 sq.
- Arvidus Nicolai* (Clauusson), Miles. Ejus testamentum, genus etc. 386. 407 sq. 426. 432 sq.
- Arx* Aboënsis, Castelholmensis etc. Vid. *Aboënsis*, *Castelholm* etc.
- Ascasae*, praedium 311.
- Asken*, Hannes, Senator urb. Ab. 522. 542.
- Ascerus* Curatus in Saw (Sagu): ejus testamentum 182.
- Atulaby*, praed. 407.
- Aurorae* Missa per Reginam Margaretam (et R. Ericum Pomer.) in Ecclesia Ab. instituta 348 sq. 355. In eum finem parocia Pikis Ecclesiae data, donec ex ejus redditibus 300 marcae colligerentur: qua pecunia deinde jus Patronatus in Ecclesiam Borgo a Fratibus Padisensibus fuit redemptum, cujus ecclesiae censu missa illa sustentabatur 348. 349 sq.
- Avas*, praedium 203.
- Aylos*, praedium 438.
- Balk** cognomen *Beronis II* Episcopi 335. Cognati sui, Andreas Balck etc. 335.
- Balk*, Olaus 335. Magnus 335. 543.

- Balkis*, praedium nobile parociae Wemo 335.  
*Bartholomaei* (S.) Altare etc. Vid. *Altare et Praebenda*.  
*Bartholomaeus Ghotan*. Vid. *Ghotan*.  
*Bartholdus* (vel *Bertholdus*), Advocatus Tavastiae (ante a. 1297) 169. 176.  
*Baschkiri* an ad Fennicam stirpem pertineant? 39.  
*Beanus* 700.  
*Bellum* civile inter R. Magnum et filium suum Ericum 228 sq. 248. 255 sq. Inter R. Magnum et Albertum 257 sq.  
*Bellum* Russicum 90. 194 sqq. 254 sqq. 353 sq. 467 sq. 523. 538 sqq. 569—576. 680. 694 sqq.  
*Bellum* Sacrum. Pecuniae in ejus subsidium ex Finlandia collectae 200 sq.  
*Benedictus* Episc. Aboënsis 178—206. Prius Canonicus Upsaliensis 178. Natione Svecus, sed qui bona haereditaria habuit in Finlandia 178 sq. Duas fundavit novas Canonias in Ecclesia Aboënsi 178. 180. Ejus literae 183 sq. 191. Strenuus Hierarchiae Patronus 191. Decimam Phocarum in Alandia Curatis totam vindicavit 190 sq. Edicta de Decimis promulgari curavit 183—190. Nativitas S. Birgittae ei revelatur 194. Visitavit Tavastiam 192. Obiit (a. 1338) 206 sq.  
*Benedictus XII* Papa 80. Ejus Bulla 252 sq.  
*Benedictus* Algoti, Dux Finlandiae 256. 274. Onerat Ostrobotniam tributis 256 sq.  
*Benedictus* Birgeri, Dux Finlandiae 151 sq. Episcopus Linco-piensis 152. Obitus ejus 152.  
*Benedictus* Johannis, Sacerdos 426.  
*Benedictus* Lydechini nobilis Finlandus, liberalis Ecclesiae Aboënsis amicus 360. 395. 397. 405. 407 sq. 431 sq.  
*Benedictus* Michaelis, Judex 361.  
*Benedictus* Thureson 238.  
*Bengt* vid. *Benedictus*.  
*Berge*, Henrik van, 396 sq.  
*Bergh*, Petrus de, Proconsul Ab. 398.  
*Berna* vid. *Bierno*.  
*Bero I* Episcopus Finland. 140—142. Consanguineus R. Erici XI ejusque Cancellarius 140 sq. Alienavit tributum Finno- rum ad manus Regis 141. An Tavastiae praefuerit? 78. Primus Episcopus in Rändämäki sepultus qui commemoratur 140.  
*Bero (M.) II* Gregorii, Balk, Episcopus Ab. 334—365. In paroecia Wemo natus 334. Genus et cognati ejus 334 sq. Electio ejus a Papa Urbano VI confirmatur 336. Romam petierat confirmationem sibi comparaturus 336. Accepit ecclesias Masku et Pikis in feudum. 348 sq. Missam Aurorae suo



- sumtu non instituit 350. (cfr. *Missæ Auroræ*). Archidiaconatum in Ecclesia Ab. fundavit 334. 347. An coenobium virginum in Korois fundaverit? 334. 351 sq. Festum reliquiarum instituit 346. Jus Patronatus in Borgo Padisensibus adimere voluit 350 sq.
- Bero*, Legifer Finlandiæ primus 144. 169. 276 sq. Nylandiæ 20. 144. Ejus literæ, ibid.
- Bero* Andreae, Praepositus Strengnesensis 344.
- Bero*, Sacellanus 372.
- Bertholdus*, Advocatus Tavastiæ 169. 176.
- Biarmii* Veteres 39. 53. Generis fuerunt Fennici 39. Eorum Deus Jumala 53. Cfr. *Permiï*.
- Bibliotheca* Ecclesiæ Aboënsis, ab Episcopo Hemmingo locupletata 212. It. ab Episcopo Magno Tavast 372. 439 sq. (cfr. *Libri*). Fratrum Praedicatorum Sigtunensium ab Episc. Thoma aucta 127. 137.
- Bidellii* 248.
- Bidz* vid. *Bitz*.
- Bielke*: *Nicolaus* Thuronis, vid. *Nicolaus*. *Steno* Thuronis vid. *Steno*.
- Bierno* parocia Finl. 183 sq. In eam Rex habuit jus Patronatus 228.
- Birgerus* Archiepiscopus Upsaliensis 21. Ecclesiam Aboënsis visitans, jussit collectoribus Decimarum expensas liberas praebere 305. Ejus literæ pro Papa Urbano VI 327. Litem movit Episcopo Aboënsi de limitibus Dioecesis utriusque 317 sqq.
- Birgerus* (Dux) Jarlus, Ostrobotniam meridionalem et Tavastiam subjugat 7. 58 sqq. 65 sqq. 79 sqq. Causa expeditionis suæ Fennicæ 65. 81 sq. Ubi classis sua appulerit 67 sqq. Qua via venerit et quam late arma sua circumtulit 68 sqq. 75 sqq. Castrum Tavastehus condidit 76 sq. Templum ecclesiæ Hattula extruxisse traditur 78. Res Ecclesiæ Fennicæ firmat 61. 75 sq. Quam diu in Fennia commoratus sit 79 sqq.
- Birgerus* Rex: ejus literæ ad Lubecenses (a. 1295) 82. Literæ ad Nicolaum Andreae de Tavastia excolenda 168 sq. Protectoriæ pro feminis Careliorum 173 sq. 529 sq.
- Birgerus* Magni, Canonicus Aboënsis, Praepositus Arosiensis 548 sq.
- Birgerus*, Curatus altaris b. Virginis et Provisor Scholarium in Aboa, villam *Skuru* donat Ecclesiæ Aboënsi 216. 237.
- Birgitta* (S.): Ejus nativitas revelatur Episc. Benedicto Aboënsi 194' (cfr. 212 et 239). Amicitia ejus cum Hemmingo Episc. Aboënsi 239.

- Birkala* paroecia Satacundiae 361: ibi colonia Svecorum fuisse videtur? 76.
- Birkarli* 40.
- Bisse*, Ericus de Wik 431.
- Bitz*, familia 490 sq. Andreas 580.
- Bitz*, Canutus 426. 493.
- Bitz*, M. Conradus, Episc. Aboëns. vid. *Conradus*.
- Bitz*, Ericus, Legifer Finlandiae Australis 426. 492 sq. 580.
- Bitz*, Henricus, Senior, 356. 405. Miles et Legifer Finlandiae Australis, Pater Episc. Conradi 488. Ejus vita et familia 490 sqq. Inter a. 1458 et 1467 maxime claruit 492. 580. Dotat Altare S. S. Petri et Pauli 397.
- Bitz*, Henricus, Junior, Legifer Finlandiae Borealis 493 sqq. 426. 580. Ejus uxor 490.
- Björn* Classon, in Lepas, 618. 657 sq.
- Björnaby*, praed. 410.
- Björnaskog*, praedium, donatur Ecclesiae Aboënsi 183 sq.
- Blomen*, Christoph., Praefectus Tavastensis 671.
- Blomen*, Jacobus, ultimus Canonicus S. S. Petri et Pauli Aboënsis 616. 644.
- Bo Jonsson*, Drotzetus Regni 333. Legifer Finlandiae 357. Extruxit castrum Raseborg 308. 333 sq. In lite de limitibus Finl. Dioecesis, cum Upsaliensibus, favit Episcopo Aboënsi 319. Inducias cum Russis prolongare studuit 354. Pro anima ejus praedium Kandala datur Ecclesiae Aboënsi 337.
- Bock*, vide *Buck*.
- Bogamän* 165.
- Bogaskin* (pelles Sciurinae?) 204. 267. 324. *Bogatal* 510.
- Bol* 443.
- Bona* Ecclesiae, Episcopalia etc. vid. *Praedia*.
- Bona libera* (*Frälse=gods*), quae tributa Regia non pendebant: talia erant omnia praedia ecclesiastica 226 sq.
- Bona tributaria* (*Sfatte=gods*), ab hominibus bona sua libera tenentibus (*Frälse=män*) acquisita, tributo subjici R. Magnus voluit, exceptis iis, quae ecclesiae acquisita erant 225 sq.
- Bonde*, Tord Rörixson 337. Thordo 421. 438. Vide *Thord*.
- Bonifacius VIII* Papa, ejus Bulla 22. 110. 158 sqq. 161.
- Borgaby* 184. 233.
- Borglägers-Penningar* tributum Clero a R. Gustavo impositum 638.
- Borgo* paroecia Nylandiae 200. 206. 218. 297. In eam Rex habuit jus patronatus 228. 262 sq. Quod Rex Magnus concessit Fratribus Monasterii Padisensis in Estonia 263 sq. (cfr. *Padis*). Idem ab iis redemit Episc. Magnus Tavast 263. 416.

- Borgo Urbs* 541.  
*Boskatt* 464.  
*Bothe* Benktsson, Armiger 472. Praefectus Wib. 578.  
*Botvidus* (S.) ejus vita 105 sq. (cfr. WARMHOLTZ *Biblioth. Hist. Sveogoth.* T. IV p. 32).  
*Botvidus* Sunonis Episc. Strengnesensis, Agricola et Juustenum Episcopus Finland. consecrat 679. 692 sq.  
*Bowe* (Boije?) 273.  
*Brask* (Johannes) Episcop. Lincopensis, *Ericum* Electum Aboënsem reformationi religionis adversum reddit 611. Ejus ad hunc literae 611.  
*Brennikkylä*, praed. 311.  
*Breviarium* emebatur pro 14 marcis 236. Secundum Ordinem Fratrum Praedicatorum in Ecclesiis Finland. olim adhibebatur 515 sq.  
*Brusaby*, praedium, Eccles. Aboënsi acquisitum 215. 465.  
*Bränneke* Hannusson, Civis Ab. 343.  
*Budde*, Jenes, Monachus 544 sq.  
*Buck*, Olavus, 376. 384.  
*Buggonis* seditio, ad Smolandicas res pertinet, non ad Finlandicas 175.  
*Bullae* Papales. *Alexandri III*, 19. *Innocentii III*, 128. *Honorii III*, 64. 131 sq. *Gregorii IX*, 58. 59 sq. 62 sq. 65. 133 sq. *Alexandri IV*, 145. *Gregorii X*, 83 sqq. *Nicolai IV*, 156. 158. *Bonifacii VIII*, 110. 158. *Benedicti XII*, 80. 194. 252 sq. *Clementis VI*, 254. *Innocentii VI*, 218. *Urbani V*, 304. *Gregorii XI*, 309 sq. *Urbani VI*, 327. 331. 336. 354. *Martini V*, 418. *Sixti IV*, 518 sq.  
*Buskman*, Henricus, Consul Ab. 425.  
*Bykken*, Gertrud van, 522.  
*Byrdabudh* 217.  
*Bärnä*, paroecia 302.  
*Böle*, praedium 297. 329.

**Cementum** vid. *Calcis* mons.

- Calcis mons* Ecclesiae Ab. (a. 1329) donatur 182.  
*Campanarius* (klockare) 326.  
*Cancellarii* Episcoporum 681.  
*Cancellarii* Regii 140. Primi Episcopi Finlandenses quidam fuerant 140 sq. 143. 147. 150.  
*Canonias* IV veteres, duabus novis in Ecclesia Ab. auxit Episc. Benedictus 180. (cfr. 122. 123. 178.)  
*Canoniae* duae novae a R. Magno in Ecclesia Ab. institutae, a



- Nicolao Thuronis revocatae 263 sq. *Canoniae* Aboënses ab Episcopo Magno Nicolai instauratae 555. 564.
- Canonici* Aboënses 159. 182. 184. 211. 215. 299. 308. 329. 425 sq. 459. 462. 548 sqq. 558. Eorum seriem et praebendas bene haud novimus 180. Primum IV in Rändämäki instituti a Catillo Episcopo 148 sq. Duos addidit Episc. Benedictus 180. Quatuor addidit Episc. Magnus Tavast 370. 410. Ad residendum omnes coëgit Episc. Conradus 508 sq. (cfr. 555. 565). Iis decimae pauperum tributae 508 sqq. Mensam communem (praecipue iis) fundavit Episc. Magnus Nicolai 555. 562 sq. Eorum numerus 564 sq. Eorum Ordo per reformationem Ecclesiae desiit 615. 644 sqq. Canonici ultimi 622. 644 sqq. Iis impositum a R. Gustavo tributum 633 sqq.
- Canonicatum* Aboënsium reditus 638 sqq. Vacantium reditus aliquamdiu permisit R. Gustavus ad sublevanda studia juvenum Fennicorum impendi 614. 621 sqq.
- Canonici Regulares et Seculares* 122 sq. Upsalienses primum erant Regulares 127.
- Canonicorum* institutum in Svecia 122 sq. 127.
- Canutus* Johannis, Dapifer 318.
- Canutus* (M.) Johannis, Pastor Aboënsis, et deinde Episcopus Wiburgensis 677. Ejus vita 623 sq. Non fuit Archipraepositus Aboënsis 695. In Russiam mittitur 695. Juusteno in Episcopatu Wiburg. successit 704. Moritur (a. 1564) 704.
- Capella*, vid. *Sacellum* (*Chorus et Altare*).
- Capitanei* Finlandenses. Vid. *Praefecti*.
- Capitulum* Aboënsis. Acta sua literis consignari jubet 504 sqq. Quaedam ejus Statuta 506. Rändämäkiense 148. Capitula qualia in Svecia ante Concilium Skenningense essent 122. 127. 148.
- Cardinalium* IV (Papae Urbano VI adversorum) literae 328. Quinque eorum (et alias quatuor) Ecclesiae Aboënsi indulgentias concedunt 380. Sex eorum concedunt indulgentias Altari Animarum 395 sq. Sex alii indulgentias concedunt Altari Clericorum 406 sq. Quinque eorum indulgentias concedunt Altari S. Catharinae 499.
- Carelia* late olim patuit 88. Pars ejus a Svecis subjugatur 7. 82 sqq. 86. 163 sq. Pars ejus Russis olim paruit 54. 71. 74 sq. 87 sq. Ejus status sec. XIV, 92. 267. De suo ei praeficiendo Episcopo consilia agitantur 238. Ecclesiae ejus vetustae 199.
- Carelii*, cum Russis conjuncti, Svecos et Ecclesiam Fennicam infestant 13. 58. 60. 72. 75. 77. 94. 126. 132 sq. 165. Eo-

- rum piratica 13. 93. Eorum Decimae 185 sq. In Ostrobotniam penetrant 69. 72 sqq. 88. 91. Eorum feminae publice proteguntur 173.
- Carelicum Jus* (h. e. Territorium Careliense) 185.
- Carolus* Episc. Arosiensis: Annotationes ex ejus scriptis (spuriae) 10.
- Carolus Canuti*, Rex, confirmat privilegia Ecclesiae Fennicae 419. Libertatem concedit Presbyteriis Alandiae 419. Literis protectoriis munit praebendam corporis Christi 388. Tres novas Wiburgi fundat Praebendas 371. 421. Diminutionem tributi, ab Episcopo Magno Fennis comparatam, tollit 373. 450 sq. Finlandiam contra factionem Danicam defendere non valet 487 sq.
- Carolus* de Duracio, Rex Neapolitanus: ejus literae 328.
- Carolus* Folkungus, Finlandiae praeficitur 153.
- Carolus Haraldi*, Praef. Finlandiae 205.
- Carolus Näskonungsson*, Praef. Finlandiae 188. 204.
- Carolus Ulfonis* de Tofta (Sparre) 337, 356.
- Carpa* 188. (cfr. *Karp* et *Karpio*).
- Carpelan* (cfr. *Karpalainen*) Familia nobilis Fennica 363. Paulus *Carpelan* 363. Petrus, Judex territorii Maskoënsis 392.
- Casse*, Agmundus, 182.
- Castelholm* Arx Alandiae. Ejus initia ignorantur 91.
- Catharinae* (S.) Altare (cfr. *Altare*). Ei concessae Indulgentiae 499. Praebenda (cfr. *Praebenda*), ejusque reditus 640.
- Cathedra* (cfr. *Templum* Cathedrale et *Ecclesia*) Ecclesiae Finlandensis ubi primum collocata 62 sq. Ejus ad locum aptiorem transferendae consilia agitantur 62 sq. Ex Rändämäki Aboam translata 136 sq. 158 sq.
- Cathedraticum* 250. (cfr. DU CANGE *Glossar.* in hac voce, et NETTELBLADT *Schwed. Biblioth.* P. II p. 199).
- Catillus* Episc. Finlandensis 147—153. Cancellarius fuerat R. Waldemari 147. Instituit Collegium Canonicorum in Rändämäki 147. 148 sq. Vocavit se Episc. Aboënsem 148. It. Episc. Finlandensem 150.
- Catillus Olavi*. Vid. *Ketil Olafsson*.
- Cecilia Philippi*: ejus testamentum 533.
- Chorales* Ecclesiae Aboënsis 236. 404. 423 sq. 499. Eorum numero (pristino IV) novos adjecit Episc. Conradus 499 sq.
- Chorus* (cfr. *Altare* et *Sacellum*).
- Chori* Ecclesiae Aboënsis 211. 339. 407.
- Chrisma* in Ecclesia Fennica abolitur 617. 648. (cfr. NETTELBLADT, *Schwed. Biblioth.* P. II. p. 159).

- Christianae* religionis in Fennia, propagatio 22 sq. 53 sqq. 58 sqq. 64. 83 sqq.
- Christianus I* (R.) Finlandia potitur 485 sq. Ipse eam adit 523. Accepit a Papa jus praesentandi personas idoneas ad Praeposituram Aboënsem etc. 525. Privilegiis munit Ecclesiam Aboënsem 522. It. urbem Raumoënsem 524.
- Christiern* Bengtsson til Salestad (Oxenstjerna), Praef. Aboënsis 432. 578.
- Christiernus II* Tyrannus: ejus coronatio et laniena Stockholmiensis 595. In Fennos perfida crudelitas 595. 601 sq.
- Christina* Wapperska 343. 345.
- Christophorus* (R.) confirmat privilegia Ecclesiae Svecanae 419. It. concessum Fennis a tributorum acerbitate levamentum 449 sq. Concedit libertatem praedio ad Altare Corporis Christi pertinenti 388.
- Christophorus* Andreae (Röd) R. Senator 625.
- Chronici* Juusteniiani fontes 3—6. 8. 9. 93. 98 sq. 123. 590.
- Clastrum*. Vid. *Coenobium*.
- Clavus* (Claws) Vid. *Nicolaus*. Male redditur *Claudius* 427.
- Clemens VII*, Papa 327.
- Clemens* Danus: ejus de Schola Wiburgensi merita 704.
- Cleri* Finlandensis auctoritas et reditus per reformationem ecclesiae valde diminuti 615. 616 sq. 632 sq. 652 sq. Ei tributa a R. Gustavo imponuntur 633 sqq.
- Clericis* vetuit Episc. Hemmingus absque licentia Episcopi et Capituli ex dioecesi abire 234 sq.
- Clericorum* Altare. Vid. *Altare*.
- Coelibatus* Sacerdotum 234. 607. A R. Gustavo I abolitur 607.
- Coemeterium* Aboënse ab Episc. Conrado instauratur 500.
- Coenobia* Finlandensia 531—538: praeter Nådendalense parce dotata 643 sq. 649 sq.
- Coenobium* Aboae non nisi unum (Dominicanorum) fuit 341. 347. 351 sq. 415 sq. 531. — S. *Annae* (Ord. Dominicani) in Reso inchoatum, sed non perfectum 401 sqq. 437 sq. 537. 649. — *Coroisense* (cfr. *Korois*) 352: 402. 535 sq. — In *Kökar* 532. 535. 649. — *Nådendalense* (cfr. *Nådendal*) 352 sq. 401 sq. 436 sq. 531. 534 sqq. 543 sqq. 649. 650 sq. — S. *Olavi* Aboënse (cfr. *Dominicanor. Ordo*) 162. 167. 192 sq. 252. 416. 531. 533. 617. 620. 644. 649. Conflagravit et desiit 617. 649. — *Raumoënse* (Franciscan.) 531. Abolitur 624. 649. — Virginum Aboae nullum fuit 306. 307. 401 sqq. 438 sqq. 532. — *Wiburgense* (cfr. *Viburgum*) duplex, Dominicanor. et Franciscanor. 472. 528. 532. 649.
- Collegium* Raumense. Vid. *Raumoënse*.



- Colo* Episc. Lincopensis et dux Finlandiae 125. Ex duobus *Colonibus* unum faciunt 125 (cfr. *MESSENI Scand.* T. XIII p. 67.)
- Coloni* S. Henrici 115.
- Coloniae* Svecicae in Finlandia 16. 18. 68. 77. 144 sq.
- Comes* Palatinus (S. P. Palatii Lateranensis) Magnus Nicolai Praepositus Aboënsis et successores sui constituuntur 559 sq.
- Commeatus* (gengård) 445.
- Commune* Canonicorum, (*Communes-bord*, *Præste-Commune* cfr. *Mensa communis*) 562 sq.
- Completorium* 370.
- Concilium* Örebroënsē a. 1537, an celebratum fuerit? 647. Cfr. *Synodus*.
- Concubinae* Sacerdotum 234. 248. 607.
- Confirmatio* Adolescentium. Vid. *Chrisma*.
- Conradus* (M.) *Bitz*, Episc. Aboënsis 488—553. Ejus majores et cognati 488. 490 sqq. Magister Lipsiensis 488. 494. Praepositus Ab. per decennium 387. 494 sq. An fuerit Abbas Bernardinorum Senensium? 495. Senis consecratur sub Papa Pio II, 489. 495 sq. Conventus Nådendalensis institutum consummavit 489. 496 sqq. Sacellum Omnium Sanctorum (ae simul eodem die XI altaria in Ecclesia Aboënsi) consecravit, eique multum favit 489. 498 sq. Choralium numerum duobus auxit 489. 499. Sub eo Coemeterium Aboënsē instauratur 489. 500. Item plurimae Ecclesiae lapideae per suam dioecesin eriguntur 489. 501. Commodorum Cleri sui diligentem egit curam 503. Juventutis studiis literariis favit 507 sqq. Canonicos ad residendum coëgit, iisque decimas pauperum attribuit 508 sqq. Missale Aboënsē typis edi curavit 513 sqq. Infirmariam Clericorum fundavit 521 sq. (cfr. 522). Curatos ecclesiarum adauxit 522. R. Christiano fuit addictus 520 sqq. 522. Ob familiarium suorum stragem, quos in bellum miserat, aliaque sua peccata, a Papa absolutionem petit 518 sq. 522. Statuta ejus 504 sqq. 506. Moritur in Kuusto (a. 1489) atque in Choro Petri et Pauli sepelitur 489. Epitaphium ejus 531.
- Conradus* (M.) Decanus Ecclesiae Aboënsis 596. 664 sq.
- Conradus* (M.) Canonicus Aboënsis (a. 1347). Vix idem qui Parisiis fuit Procurator Nationis Anglicae 281.
- Conradus* (M.) *Henrici*, Curatus (a. 1477) in Tenala 462.
- Consecratio* Altarium 498 sq. Episcoporum quorundam Aboënsium 583 sq. 591 sq. 599 sq. (cfr. 519 sq.)
- Consules* Aboënses 218. 406. 425. 427. 582 sq.
- Conventus* Aboënsis Ordinis Fratrum Praedicatorum 167. 182. 236.

- Convivium S. Annae* 581. *B. Nicolai* 237.
- Coroïs* vid. *Koroïs*.
- Corpalum*, praed. 183.
- Corporis Christi Altare et Praebenda* (vid. *Altare et Praebenda*) diu fuit unicum consecratum in Dioecesi Aboënsi 489.
- Croneborg* vid. *Kroneborg*.
- Cruciata* (Bulla) a Papa contra Tavastos data 58. 82. Item contra Carelios 83 sqq.
- Crucis* (S.) Altare et Praebenda. Vid. *Altare et Praebenda*.
- Cröplin*, Hannus, 345.
- Cultura* terrae Finl. qualis olim fuerit 79. 169. 177. 202 sq. 210.
- Cunda* (Kunda). Vox enclitica Fennica, quae nominibus adjicitur collectivis 76. 97.
- Curatorum* (Pastorum Eccles.) reditus in Alandia 462 sq. It. in Carelia 267. It. in Nylandia 220 sq. It. in Ostrobotnia Boreali 186 sq. 267. It. in Satacundia 463 sq. It. in Tavastia 79. 464. 503.
- Curlandia* 96.
- Curones* hostes olim Ecclesiae Fennicae 9. 96 sq. 117. 126. Rodulfum Antistitem Finlandensem captivum abduxerunt 117. 119. Generis fuisse Fennici videntur 97. Non est necesse illos in Osilia quaerere 96.
- Custo et Custö*. Vid. *Kuusto*.
- D***andemän* 445.
- Dani* Fenniam vexant, inde Fennis invisi 9. 98. Cum Svecis rebellibus Finlandiam invadunt, et R. Carolo eripiunt 485 sq. Urbem et Ecclesiam Aboënses dolose invadunt et crudeliter devastant 593 sq. Oram Finlandiae vastant 604. Aboam duce Severino Norby capiunt et spoliant 603. Russos in Fennos incitant 98.
- Daniel de Egger*, Theol. Professor Parisiensis, Missale Aboënses correxit 513 sq.
- Decanatus* in Ecclesia Aboënsi 561 sq.
- Decani* Aboënses 664 sq.
- Decimae*: de iis per Finlandiam pendendis edicta R. Magni et Ep. Aboënsis 185 sq. 219 sq. 223. Ex omni fructu terrae dari debebant 185. 253. Infra festum Purificationis debebant solvi 221, imo statim de agro 224. Earum defraudatores puniti 224 sq. Earum ratio et divisio in Dioecesi Aboënsi 508 sq. 510. 635 sq. Earum partem Papa sibi vindicat 200 sq. 251. Earum collectoribus expensae erant solvendae 231 sq. 305. 306 sq. (cfr. *Föremark*). Easolvere Finnonnes Evangelici detractant 642. Decimae *Episcopales* quomodo a

- Careliis et Nylandensibus penderentur 185 sq. Item a Tava-  
 stensibus (cfr. *Pelles*) 165. Decimae S. Henrici (h. e. Eccle-  
 siae Cathedralis) 221. 510. 512. 635. 637. Decimae *Paupe-*  
*rum* Canonicis attributae 508 sq. Earum ratio 510. 512. De-  
 cimae lini, cannabis, humuli 203. Decimae *Phocarum* in Alan-  
 dia Curatis tributae 190. Decimas quomodo solvere deberent  
*Alandi* 223 sq. *Carelii* 185. 219 sq. *Ostrobotnienses* Borea-  
 les 186 sq. 219 sq. *Savolaxenses* 185 sq. 303. *Tavastenses*  
 79 sq. 186 sq. 464. 510. Incolae Paroeciae Säxmäki accu-  
 rate Decimas solvere a Papa jubentur 252.
- Dedicatio* Templi Aboënsis (celebrata 15 Kal. Julii) 147.
- Delubra* 65. 133.
- Demetrius* Alexandri, Princeps 72.
- Democratiae* quam Aristocratiae faventiores erant primi Eccle-  
 siae Svec. reformatores 632.
- Denarius* 327.
- Denarius* S. Petri in Finlandia non pendeatur 201.
- Depositio* et *Depositores* in Academiis 700.
- Dethmarus*, Curatus 215.
- Detmarus* Canonicus et Oeconomus Ecclesiae Ab. 329.
- Detmarus* (*Jacobus*, forte *Detmari*?) de Töfsala, cum Fratre suo  
 b. Georgii Praebendam fundat 370. 393. cfr. *Stoltefoth* (Hel-  
 vicus).
- Diaconatus* in Eccles. Aboënsi reparatur? 555. 561 sq.
- Diäkn* vid. *Diäkn*.
- Dietericus* Johannis, Judex Territ. 585.
- Dighernäs*, praedium 421.
- Dioecesis* Finlandensis in duas a R. Gustavo I dividitur 679.  
 Aboënsis et Upsaliensis prisca limites 92. 314 sqq.
- Dirich* (Dietericus) Hansson, Praefectus Ab. 670.
- Diupevik*, praedium 179.
- Diäkn*, Familia nobilis Finland. 176. 428 sq. Cfr. *Nicolaus* et  
*Benedictus Lydechini*, *Arvidus* et *Henricus Nicolai*. — *Jäppe*  
*Diäkn* 356. 358. *Magnus Diäkn* 360 sq. *Waldemarus Diäkn*  
 363. 454.
- Diäkn*, Clavus 360. *Jacobus* 215. *Jönis* 359. *Olavus*, Legifer  
 vicarius 356. 358.
- Diärffenäs*, praedium 338 sq.
- Dobbän*, Laurentius, Civis Ab. 542.
- Dolle*, Anders et Henricus, Cives Ab. 343.
- Dominicanorum* Ordo s. *Fratres Praedicatores*: illorum initia in  
 Svecia 127. 130. 139. 154. Illorum Monasterium Sigtonense  
 Ep. Thomas libris auxit 127. 137. In illorum Monasterium  
 Wisbyense idem Episc. se contulit? 139 sq. Capitulum Pro-



vinciale a. 1286 Sigtunae celebrant 154. Illorum monasterium Aboënsē tempore Ep. Johannis I conditum videtur 162. Ejus monasterii mentio fit (a. 1294) 162, (a. 1309) 173. Ejus Priores (a. 1331 etc.) 167. 192 sq. 252. Ordinarium nanciscuntur? 192. Ejus *Lectores* (Godscalcus a. 1328) 200. (Nicolaus Olavi a. 1418) 620. Ejus Monasterii potentia et avaritia 194. 252 sq. In Testamento Ducum Erici et Waldemari (a. 1318) commemorantur 168. 193 sq. Magistratus Aboënsis eos et alia pia corpora spoliare aggressus, castigatur 193. Eorum Monasterium (a. 1537) conflagrat et Monachi dilabuntur 617. 649. Per reformationem religionis totus Ordo in patria abolitur 675 sq. An hi Monachi in exilium ejecti? 675. Monasterium eorum Viburgense jam a. 1318 exstitit 528. De eo cfr. 472. 531 sq. 649.

*Domus Hospitalis* vid. *Hospitalis*. — S. Spiritus vide *Spiritus*.

*Douglas* 112. 113.

*Drake*, Olavus, Armiger 580.

*Duces* Finlandiae: *Colo* 125. *Benedictus Birgeri* 151. *Waldemar* 167 sq. *Benedictus Algoti* 256.

*Dufva*, Jusse, Hofmestare 361. 456.

*Dume*, Hennechinus, Advocatus Viburgensis 325, 356. *Duma*, Margareta 325.

*Durhake*, Johannes, Praebendatus 563.

*Dvärger*, Ingevald, Legifer vicarius 358.

*Dyker*, Hartik, Judex Territorialis, 392. 454.

*Dyme* vide *Dume*.

**Ecclesia** Aboënsis b. Mariae et S. Henrico dicata 145. A Ruthenis spoliatur 170. 174. Item a Danis 589. 593. Ejus indigentia 182. 211. Indulgentiae ei concessae, vid. *Indulgentiae*. Pars Decimarum ad eam pertinens 221. 510. 512. 635. 637. Ejus reditus tempore reformationis 637 sqq.

*Ecclesia* Cathedralis (cfr. *Templum*): primus ejus locus dubius 62 sq. Aboam ex Rändämäki transfertur 142. 146 sq. 157. 158 sq.

*Ecclesiae* Fennicae prima conditio afflictior 55 sqq. 58. 61. 83 sq. 125. 131 sq. Ejus restaurator et alter conditor fuit Episcopus Thomas 59. 63. 64 sq. 131. Quae primae in Finlandia occurrant 200. 280. 355. Tavasticae 78. cfr. *Carelia*, *Nylandia*, *Ostroboetia* etc.

*Ecclesiae* regales in Finlandia olim erant X, 228. Rurales sensim per Finlandiam conduntur 182. 200. 280. 355. 502 sq. Earum paucitas 502. 587. Lapideae plures exstruuntur 489. 501.

- Effrabominne* vid. *Euraâminne*.
- Egher*, Dan. de, vid. *Daniel*.
- Elavus* (de Reso), Canonicus Aboënsis 169. 210. Accipit terram Sexu in Rusko excolendam 202 sq. Primus Praepositus Aboënsis 169. 209. 280 sq. Bona sua Sexu dicta, cum decimis inde redeuntibus, Ecclesiae Cathedrali donat 210 sq.
- Electrum* 50.
- Emendae* pecuniariae (bötter) Episcopo a XL suis armigeris cedebant 230.
- Engelbertus Japson*, Praefectus Tavastensis 471. 578.
- Enlopesmän* 445.
- Episcopalem* domum in Urbe Aboënsi Ep. Magnus Tavast primus aedificavit 371. 435.
- Episcopalis* sedes ubi primum in Finlandia fuerit? 137.
- Episcopatus* (De) Finl. divisione et altero in Carelia erigendo consilia agitantur 238. A R. Gustavo novus Viburgi fundatur 679. 692. Ejus limites 692.
- Episcopi*: Eorum electio 148 sq. Visitare debebant Romanam Curiam 519 sq. (cfr. *Romana Curia*). Juramento obedientiam suam Papae obligabant 520. In Finlandia quo tempore primum constituti 63. 118 sq. 120. 124. 130. Prima eorum sedes 63. Ante institutum collegium Canonicorum ex Aulico officio a Regibus fere ad hanc sedem admoti 140. 147. 150. Finlandenses olim in Korois habitabant 372. 435. 467. Cur rarius ad Templum Cathedrale accederent 208. 467. Non habebant olim domum in Urbe 162. 371. Iis locum habitationis in Kairis comparavit Ep. Hemmingus 208. 467. Eorum arx, vid. *Kuusto*. Eorum reditus 222 sq. 633 sqq. Item ex piscatura Kemiensi 323 sq. (Cfr. etiam *Abborfors*, *Lammais* etc.)
- Episcoporum* Viburgensium primorum series 627 sq.
- Eques* vide *Miles*.
- Equites* aurati 550
- Erengisle* vid. *Ärengisle*.
- Ericus* (Sanctus) Rex Sveciae, Finlandiae partem Australem expugnat 7. 10 sq. 15 sq. 22 sqq. 100. 102 sq. Ejus expeditionis annus incertus 10 sq. 106. Causae ejus expeditionis 11 sq. 15. Quam late arma sua circumtulit 16 sq. Vestigia expeditionis suae dubia 18. Modus suus Fennos convertendi 22 sq. Ejus Legenda 21 sq. An Viburgo privilegia dederit? 16 sq. 528. 529.
- Erici S.* et *S. Henrici* Altare et Praebenda 338 sqq. Ejus reditus 640. Cfr. *Altare et Praebenda*.
- Ericus Emundi* Rex 15. 51.
- Ericus Magni* Rex: ejus benignitas in Ecclesiam Fennicam 217.

228. Confirmat donationem Patris sui, qui bona Holmgeri Legiferi Ecclesiae Aboënsi dederat 217. 228. It. Jus Monasterii Padisensis in Ecclesiam Borgo 257. It. Privilegia a Patre suo Ostrobotniensibus meridionalibus concessa 268. Familiaribus Episcopi Aboënsis exemptionem ab omni servitio militari concedit 228 sq. Finlandiam adit 217. 256 sq. Eam Benedicto Algothi eripuit 256 sq. 274.
- Ericus Pomeranus*, Rex, dedit (una cum Regina Margareta) 300 Marcas argenti Ecclesiae Aboënsi 349 sq. Privilegia Ecclesiae Ab. confirmat 350. 418 sq. Praediis quibusdam ejusd. ecclesiae immunitatem a tributis Regiis concedit 350. 418 sq. Mandatum ejus de Finlandia excolenda 362 sq. Finlandiam (a. 1407) adit 363 sq. Caussae ejus itineris 443 sq. An a. jam 1403 ibi praesens fuerit? 443. 529. Praedia Equitum quorundam Finland. a tributo regio liberat 363 sq. Veterem morem tributorum pendendorum mutavit 443 sq. Urbi Viburgensi privilegia concedit 529.
- Ericus Absalonis* (Axelii) Tott 426. 489. Finlandiam R. Christiano subjecit 485 sq. Regni administrator a factione Danica constituitur 486. Olafsburgum aedificat 489. 526 sq. 538. Legatus in Sveciam pro auxilio contra Russos implorando mittitur 539. Russiam invadit 540.
- Ericus Caroli*, Miles 301 sq.
- Ericus Johannis* (Jenson), Consul 291.
- Ericus* de Kumis 363.
- Ericus Ragvaldi*, Legifer Finlandiae Borealis 579.
- Ericus* (M.) *Svenonis*, Decanus Lincopensis, Episcopatu Finlandensi administrando praeficitur 596. 608 sq. Electus Aboënsis vocatur 596. 646. A Capitulo igitur, Rege commendante, electus fuisse videtur? 608 sq. Inter Regni Senatores locum tenuit 609 sq. Religionis reformationi adversus, munere privatur 611. Non fuit consecratus 611.
- Ericus Thuronis*, Praef. Viburgensis 672.
- Ernestus* de Dotzen 116. 258.
- Ernvast*, Curatus 215.
- Erstan*, aequor inter insulas Finlandiae, unde nomen habeat? 18.
- Eruditi* Finlandenses tempore reformatae religionis 615. 623 sqq.
- Esbjörn* Paedhersson 301.
- Eskillus* Eskilli, nepos Episc. Benedicti 179 sq.
- Eskillus*, Curatus 167. 168.
- Estaklipa* 13. 94.
- Estlandia*: Svecorum priscae ad eam expeditiones 49 sqq. Quomodo olim Russis fuerit tributaria 72—75. 95.
- Estones* generis sunt Fennici 39. Linguae eorum cum Fennica



comparatio 41 tab. Eorum nomen late olim patuit 14. 48. cum Russis et Careliis conjuncti infestant Sveciam 13. 92 sq. 96. Fennos vexant 94. Rebelles a Fennis auxilium petunt 264 sq. Lites inter eos et Viburgenses sopitae 265.

*Eugenii IV* Papae Bulla 415.

*Eura*, Ecclesia Satacundiae 462. 554.

*Euraâminne* Ecclesia 280.

*Eurâpää*, Ecclesia et deinde Territorium, in Carelia: in pace a. 1322—24 facta Svecis conceditur 199. In eam Rex habuit jus patronatus 228. A Russis spoliatur 576.

*Faber*, Henr. Johannis, Presbyter donat Eccl. Ab. praedia in Linita et Wesikoski 216.

*Familia* et *Familiares* Episcopi (qui in famulatio ejus erant, officiales ejus s. servitores, qui ad domum ejus pertinebant) 591. 596. 605. Episc. Martinus recepit Paulum Juusten in *familiarem* suum 706. Liberi erant ab omnibus tributis et gravaminibus publicis 228. Ad eos pertinebant bonorum Episcopaliū provisores 228. It. Armigeri sui 230.

*Famuli* ecclesiae 226.

*Fanth*, Henr., Civis Ab. 396. 542.

*Feminae*: earum conditio apud Fennos veteres 30 sq. 173 sq. Feminis Careliae literas protectorias dedit R. Birgerus 173. 529 sq.

*Fenni*: eorum sedes antiquissimae 32. 38 sq. 46 sq. Qua via in sedes suas hodiernas venerint? 46. Quo tempore accesserint 47. Eorum hoc nomen primitus ad Lappones solos pertinuit 40. 57. Eorum conditio et mores antiqui 21—32. Prisca religio 51 sq. Gentes iis cognatae 33 sqq. Ante Svecorum adventum sui juris erant 48. Svecos Piratica infestabant 12 sqq. A Svecis facile subjugabantur et vi ad Christianam religionem amplectendam cogebantur 7. 10 sq. 22 sq. 24. 54. 66. 82. 85, a qua saepe deficiebant 19, multique ad Tavastos et Carelios confugiebant 56. 58 sq. In servitutem non redacti (ut Estones) 56 sq. 66. An ante Ericum S. nota iis fuerit Religio Christiana? 53 sq. Status novellae ecclesiae Fennicae 55 sq. Ob fidelitatem in R. Magnum Fenni laudantur 278. Estonibus rebellantibus auxilium laturi, et sero venientes, consilium dissimulant 264 sq.

*Fennica* Ecclesia vid. *Ecclesia*.

*Fennica* lingua exhibet vestigia priscae conditionis et morum gentis 24 sqq. Ei cognatae 41—45. 41. tab. Ejus odium injustum 701.

*Festum* Reliquiarum ab Episc. Berone institutum 346 sq. S. *Erici* It. S. *Henrici* 22 115. 117.

- Fillandh*, Nicolaus 79.  
*Fincke*, Gödich, affinis Episc. Magni Tavast 385. 400. Catharina 376.  
*Finckenberg*, Henr., Senator urb. Ab. 542.  
*Finckianae* familiae sepulchrum in Templo Ulfsbyensi 280. 420.  
*Finke* 300.  
*Fialandia* pro *Finlandia* 128 sq.  
*Finlandia* pars Smolandiae 175.  
*Finlandia* pro *Vendia* s. *Venedia* 129.  
*Finlandia* (cfr. *Fenni*): an ante R. Erii S. tempora Svecis paruerit? 48—51. Nuper a Svecis occupatae civilis administratio ignoratur 56. 78. Superior ejus pars seculi XV medio adhuc valde erat inculta 466. It. sec. XVI, 587. Eam Russi subinde vastarunt, vide *Russi*. De ea excolenda consilia R. *Birgeri* 169. R. *Magni* 202, et R. *Erii* Pomerani 362 sq. A factione Danica occupatur 485 sq. Ejus conditio misera sec. XVI, 8. 93. 652 sq. 685 sq. Ejus Praesules Regibus patriae fidei 659 sq. Christierni Tyranni imperio subicitur 603. Ejus proceres a Tyranno Holmiam ad comitia perfide vocati, non venerunt 601 sq. Ejus igitur jussu passim trucidantur 602. Multi Tyrannidem ejus evitaturi, naufragio pereunt 604 sq.  
*Finlandenses* Episcopi, postea demum vocati Aboenses 145.  
*Finnonicum* Jus, vide *Jus* Finnonicum.  
*Finska Rätten*, vide *Jus* Finnonicum.  
*Finström* ecclesia Alandiae 182. 200. In eam Rex habuit Jus Patronatus 228.  
*Fleeg*, plures cives Ab. 542.  
*Flegh*, Marqu., 177.  
*Fleming*, Nicolaus s. Clavus, Legifer Finlandiae, hujus familiae in Finlandia auctor: ejus vita 358 sq.  
— Petrus, Legifer Finl. 472.  
— M. Jönis, Canonicus (a. 1449) 425. 437?  
— M. Johannes, Archidiaconus (a. 1448) 425? 437? 460.  
— M. Johannes, Praepositus (moritur a. 1549) 616. 646. 662.  
— Ericus, Miles et Legifer Finlandiae Australis 626. 656. 672. Promisit Mich. Agricolae se de editione N. Testamenti Fennici apud R. Gustavum acturum 686. Sepulturae suae locus et dies 617. 626. 656. 702. — Alius *Ericus Fleming* 670.  
— Ivarus, Miles et Legifer Finl. Borealis 617. 626. 655. 670.  
— Jacobus, 656 sq.  
— Joachimus, 656. Praefectus Aboënsis 671.  
— Magnus, 598.  
*Flücke*, Gerlacius, Civis Ab. 427.

- Follingius*, (M.) Petrus, Episcopus Aboënsis 699—703. Non optima frugis vir (frustra a Rhyzelio defensus) 699 sq. 701 sq. Studuerat Hafniae, ibique Depositor Beanorum fuerat 699 sq. Vir doctus et artis Musicae peritus 699. Fit Episcopus (a. 1558) ib. A quibus et cur Regi commendatus fuerit? ib. Linguae Fennicae ignarus 699. 701. Suspectus R. Erico privatur munere 699. 702. Fit Episcopus Revaliae, sed Aboam rursus invisens ibi moritur (a. 1565) 700. 703.
- Folquinus*, Antistes Ecclesiae Fennicae 119—125.
- Forsby*, praedium, Ecclesiae Aboënsi acquiritur 207. 214. 273.
